DISSERTATIONES QUATUOR,

QUIBUS EPISCOPATUS JURA EX S. Scripturis & Primæva Antiquitate ADSTRUUNTUR,

Contra ſententiam D. BLONDELLI ET ALIORUM.

Quibus præmittitur diſſertatio procœmialis, de *Antichriſto*, de *Myſterio Iniquitatis*, de *Diotrephe*, & ἐν παρόδῳ, de *Gnoſticis*, ſub Apoſtolorum ævo ſe prodentibus.

Authore *Henrico Hammond*, S. S. Theol. Profeſſore, PRESBYTERO ANGLICANO.

LONDINI,
Typis *J. Fleſher*, impenſis *R. Royſton* in vico vulgo voc. Ivie-Lane. 1651.

BIBLIOTHECA BODLEIANA

EPISTOLA

AD

Virum Integerrimum.

§. 1. QUæris à me, *vir Integerrime*, quid rei sit, aut quid in excusationem nostram apud exteros obtendi possit, quâ ratione, aut quibus demum patrociniis propugnanda Gentis existimatio (seu potiùs cœli hominúmque invidia amolienda) sit, quòd, cùm duo inter *Reformatos* magna nomina, *Claudius Salmasius*, & *David Blondellus*, *Episcoporum* ordinem tam strenuè & prolixè invaserint, universa apud nos literatorum natio (quæ satis novit, non solùm fortunas & famam suas, verùm & ipsum corporis *Christi* κολαρτισμὸν cum dignitate istius ordinis conjuncta esse) tam profundo interim silentio rem omnem permiserit, ex torpore seu veterno suum, quo jamdiu sepulta gens apud proximos eviluit, nullâ hostium provocatione aut minis, nullâ calamorum, quasi arundinum, apparatu, nullo pugnantium celeusmate, nullis triumphantium vel *Io* canentium ἀλαλαγμοῖς excitanda.

§. 2. Nec certè dissimulaverim, illud nobis expectandum fuisse, ut, qui res nostras per decennium utrique regimini tam *sæculari*, quàm *Ecclesiastico* adeò improsperè succedentes, (*Benignissimo Patre*, ob impietates & *Sacrilegia* nostra, sic jubente) vel qui *Genium Populi*, & præcipuè literatorum apud *Anglos* ingenium è longinquo, & non suis, sed aliorum oculis perlustraverint, hanc nobis dicam impingerent.

§. 3. Verùm, cùm recognoverint viri boni, rerúmque, & existimationum nostrarum περιεργότατοι indaga-

tores, quàm non calamis hîc, sed sclopetis, non pacatis animorum, sed ferocibus brachiorum impulsibus, res universa gesta fuerit, quàm nobis jamdiu nihil profuerint, imò quàm (miserandâ sorte) obfuerint firmissimarum rationum momenta, quibus contra populares & contribules nostros (dimissis chasibus omnes controversiarum nodos discindere paratos, nec syllogismis, sed tormentis, bellicísque omne genus machinis, *acropoles* nostras impetentes) *Episcoporum* Jura, non indiligenter, sed tamen frustra, tuebamur: Cùm rursus meminerint (quemadmodum *insula* haec, naturâ contra exteros munita, eorum jamdiu formidinem abjecit, à quibus toto Pelago *divisa* fuerit, sic &) *Ecclesiam Anglicanam*, quamvis cum *Universâ Primitivâ Ecclesiâ* & cum aliis omnibus, quibus ista non displicuit, concordiam intimam sedulò colat, αὐτονομίας tamen jure gaudentem, & (sub *Monarchâ* primùm, *Fidei Defensore*, *Christíque* in *Regno* ipsius *Vicario*, deìn, salvis *Regni juribus*, sub *Primate* suo) αὐτοκεφάλου, suis privilegiis munitam, suis columnis innixam, nullíque externo tribunali ὑπεύθυνον, causam suam coram *transmarinis*, actoribus neutiquam dicendam censuisse, nec quidem anxiè aut solicitè curavisse, quam de ipsâ (utcumque asperam) sententiam dissentientium unus aut alter, injussus pronunciaverit: Cùm denique in mentem revocaverint, quantò magis in evolvendis, quàm scribendis libris *Doctores*, & *Professores* nostri operas & diligentiam suam exercuerint, quàm obnixè laboraverint omnigenâ lectione dogmata firmare, antiqua statuminare, illúdque *Nicenorum Patrum* διάταγμα, [τὰ ἀρχαῖα ἔθη κρατεῖτω] *Reformationis Anglicanæ* fundum, pectoribus intimis imbibendum proponere, adeóque omnes, curæ ipsorum commissos, ex *Scripturis* & *Patribus* ad omnigenam puritatem, simúlque πραότητα instituere, nec tam inimicitias cum aliis, quàm cum suis, & *universâ* (quatenus per *Dei* verbum licuerit)

[illegible] *Ecclesiæ Christi* pacem custodire, eam hac, inquam, omnia solerti & pacatâ mente recoluerint, desinent tandem mirari, aut portenti loco habere, quòd quibus nec animus, nec arma, nec calami, nec argumenta ad propulsandum omnem adversariorum insultum defuerint, iis tamen quandoque uti non placuerit, aut cum exteris, & curæ nostræ neutiquam commissis, supervacaneam & inutilem miscere disputationem, cùm asperioribus telis, & ex *Vulcani*, non *Minervæ* officinâ petitis, domi res tota ageretur.

§. 4. Nobis interim ex adverso, nec enim diffitemur, cumulatiorem *admirationis* simul, ac *querelarum* materiam *D. Blondellus* suppeditavit, qui cùm *Reformatæ* in *Galliâ Ecclesiæ* defensionem à contribulibus suis ipsi satis honorificè impositam in se receperit, simúlque à doctis hujus sæculi viris magnæ diligentiæ, plurimæ lectionis famam reportaverit, adeò tamen nullâ aut *Ecclesiæ nostræ* curâ, aut miseriarum sensu tangebatur, ut è contra *Oppressos* acriùs pungendos, afflictos conterendos existimaret, ideóque [a] *Britannias nostras*, provinciam satis squallidam, & non suam, ipsius tamen judicio subjiciendas, calculo opprimendas censeret, & de *Ecclesiâ* nostrâ (cui ante annos non multos, cùm rebus pacatis & prosperis uteretur, eum non adeò infensum fuisse certis indiciis nobis innotuit) ægrâ jam, & vacillante, & animam quasi ipsam, inter intestinas turbas, & clades, agente, ilico *triumphos* agere moliretur.

[a] *Universis Dei O. M. servis occidente toto, maximè vero per Britannias D. Blondellus salutem precatur. Ep. nuncup. inscript.*

§. 5. Quod tamen idem de *Cl. Salmasio* nolim à nobis dictum putetur, qui *virum eximiæ eruditionis* non modò utroque isto crimine ἀλλοτριεπισκοπίας, & ἀσπλαγχνίας palàm liberamus (ut qui in prioribus scriptis suis nullibi, quod scimus, in agrum nostrum falcem suam immiserit, aut in *Ecclesiam Anglicanam* calamum strinxerit) sed etiam *Episcopis* nostris (quos & *necessarios* & *retinendos* disertè [b] pronunciavit) multò æquiorem, &

[b] *Defens. Reg. Præf. fol. 4.*

& ἰσοβασμίας *Ecclesiasticæ propugnatoribus* meritò infensiorem, ex ipsius post *Caroli Regis* πλείωνων [a] edito scripto, agnoscimus, & gratulamur.

[a] *Def. Reg. capite præcipue X.* p. 352, 353. 357. 362, 363. 375.

§. 6. Cæterùm ut ad *D. Blondellum* revertamur, *virum* itidem inter *primos* Collegarum suorum *eruditum*, at in hoc, quo nos ferire & opprimere voluit, *argumento*, non à nobis longiùs, & ab *Apostolicâ Catholicâ Christi Ecclesiâ*, quàm à *Doctissimis fratribus* suis, sat scio, à *Magno Isaaco Casaubono*, & *optimo sene Petro Molinæo* abeuntem, licebit pauculis interpellare, & notissimi facti sensum, quo tangimur, etiam palàm exponere.

§ 7. Certè si hoc sit arctiorem cum *Christo* nostro suavissimo, & lenissimo ἀρχιατρῷ unionem profiteri, si hoc defæcatiorem puritatem factis exprimere. si cùm *Christus* ipse à suis iniquissimè habitus, noluerit, suorum nimio contemptu provocatus ἐρίζειν vel κραυγάζειν, *Christianus* interea, & inter *Evangelicos* εὐαγγελικώτατος universum *Ordinem*, à popularibus nostris tam inclementer habitum, ipsius etiam calamo transfossum cupiat, si qui ex utroque rivo, *Helicone* & *Jordane*, copiosiùs ebiberit, religionis intaminatæ, & bonarum literarum duplici cultura emollitus, istam erga fratres *contritos*, & *perfundatos* (nimiam, & inutilem) asperitatem exercendam existimet, si, quod de *Idumæis* querebatur *Deus*, [b] *Lætatos esse super filios Judæ in die perditionis eorum, intrasse portam populi Dei in die ruinæ eorum, & in exitibus stetisse, ut interficerent eos qui evaserant ex ea*, si, quod *iram Dei magnam in opulentas gentes* accendisse dicitur, *Zach.* 1. 15. [quòd scilicet cùm *Deus iratus fuerit paxillum, ipsi adjuverint in malum*] id etiam de *Puritatis Evangelicæ Professore*, in die vastitatis & angustiæ nostræ dici possit tunc certè longum valete *Charitatis* & εἰρηνοποιίας *Evangelicæ* blandissima, sed vana nomina, valete turtures, agnique, nec ab ovili *pastoris* nostri, aut de candidis sanctissimi *Spiritus* turribus auspicatiora, aut mitiora

[b] *Obad.* 12. 13, 14.

tiora dehinc expectanda sint, quàm ab immansuetis quibusvis deserti incolis, ab incultissimo montium comitatu sperari possent.

§. 8. At nec nobis, nec Matri nostræ dilectissimæ, *Ecclesiæ* adhuc (*Deo* procurante) *Anglicanæ*, luctuosæ quidem, sed & formosæ, & ab ipso pædore & fœditate magis spectabili (nobisque multo chariùs æstimatæ, ex quo in cruce posita, *imagini Christi* nostri *conformis* facta est) querelis aut μεμψιμοιρίαις opus est: imò potiùs *gaudendi* & *exultandi* copiam nobis factam esse putamus, quòd decennio jam integro, constantiam & officium nostrum fortunarum omnium jacturâ, custodiis diutinis, exiliorum non uno genere, ipsóque demum sanguine consignatam, *Deo*, *Angelis*, *hominibus* θεατριζόμενοι, παρηλαυζόμενοι (solo *agonothetâ* nostro nobis assistente, aut opem ferente) fortiter, & pro *athletarum* more comprobavimus.

§. 9. Dabit, uti speramus, *Benignissimus Pater*, (quem etiamnum assiduis precibus δυσωπῶμεν) dabit reliquis *Universæ Ecclesiæ* suæ partibus, post tot procellarum vicissitudines, γαλήνην, pacémque felicissimam, dabit *Orbi Christiano Halcyonios*, & placidos dies; nobis verò perpessiones nostræ, stigmata, & cicatrices, (πνευματικαὶ, inquit Θεοφόρος Martyr, μαργαρίται, imò διαδήματα τῶν ἀληθῶς ἐκλελεγμένων, ait *Polycarpus*) nulla blandientis sæculi mercede, nullo profundæ & illibatæ tranquillitatis pretio à nobis redimendæ (utpote quarum ope, θανάτῳ Χριστοῦ συμμορφούμεθα) inter donativa *Imperatoris* nostri, inter χαρίσματα & privilegia numerandæ sunt.

§. 10. Hinc nos posteritas æstimet, quòd de nemine querimur, de omnibus εὐχαριστῶμεν; *Patrem* quippe nostrum benigniorem nusquam aut præsentiorem experti, quàm, cùm sic nobis in *Leonis spelunca*, in *ardenti furno* se adjunxerit, ipsíque fratrum nostrorum improperiis

periis, & calumniis (inexpectato quidem gratitudinis & ἀντιπελαργίας genere) non ut pestiferâ tamen, sed salubri, suavique & leniter spirante aurâ, tristissimumque illud *væ*, *Lu. 6. 26.* (solennem *Pseudoprophetarum* mercedem) à nobis procul arcente, recreaverit & refocillaverit, sic demum τῆς δυνάμεως τοῦ Χριστοῦ ἐφ' ἡμᾶς ἐπισκηνώσει. *2 Cor. 12. 9.* Quibus omnibus *Patris optimi* dignationibus & privilegiis freti, nihil reliquum habemus nisi ut tot εὐεργέταις nostris vicem rependamus, beneficiis acceptis non indignam, ἀγαπῶντες, εὐλογοῦντες, καλῶς ποιοῦντες, & pro illis, qui tanto cum periculo suo sic nobis prodesse voluerint, indies ad misericordiarum *Patrem* preces fundentes, ne, quod nobis faustè, & ad salutem nostram commodissimè, id illis infaustè, ne quod nobis tolerantibus feliciter, illud malorum nostrorum autoribus funestè cedat. Πάτερ ἄφες αὐτοῖς, Κύριε μὴ στήσῃς αὐτοῖς τὴν ἁμαρτίαν ταύτην.

§. 11. His ergo (non in vacuum & leviter sparsis, sed) ad cœlum solenniter effusis suspiriis, iisdem etiam finibus continenda esset hæc *Epistolaris* dissertatio, si non alia quædam essent, eáque *Christiane*, seu pacis, seu veritatis amatoribus neutiquam contemnenda, quæ alias à nobis curas, novámque & prolixiorem operam postularent. Cujus ratio paucis explicanda erit.

§. 12. Prodierunt nuper *Theologicæ theses, Præside D. Lodovico Capello, de Episcoporum & Presbyterorum discrimine* propositæ, quibus post alia quædam sic præluditur [*De Episcoporum supra Presbyteros prærogativâ hactenus inter ipsos Protestantes ab Anglicanis Episcopis disputatum fuit, sed & ea lis & controversia definita jam videtur à viris longe doctissimis D^no^. Salmasio & Blondello, &c. Thes. 5.*] Scilicet *Episcopalem Ordinem* sic à *Claud. Salmasio* & *D. Blondello* devictum, et expugnatum esse, ut ab omnibus planè desertus et derelictus nec fautorem invenerit, nec defensorem; Assurgere tandem omnes,

porrigere

porrigere herbam, nihilque in universo orbe *Hierarchico* repertum, quod duobus his Ὀλυμπιονίκαις opponi possit, venerabundos agnoscere.

§. 13. Hac in re ne ἐχεμυθία nostra bono viro fraudi sit, quædam breviter à principio repetenda sunt, quæ nobis *Anglis* in hac, de *ordine Ecclesiastico*, controversiâ, per annos aliquot obtigerunt.

§. 14. Quibusdam jamdiu concivibus nostris novandi animum, regiménque (ut *Politicum* taceam) saltem *Ecclesiasticum* solicitandi, movendi, et ab ipsis radicibus convellendi lubidinem insedisse, illud demum universo *Orbi* terrarum (re ipsa loquente) magis innotuit, quàm ut testimoniis, aut probationibus indigeat: id primò ciendis odiis personalibus contra *Episcopos*, simúlque universam, quantum fieri potuit, *Episcoporum* prosapiam et familiam, *Prælaticos*, ut in diverbio erat, omnes, Dein, susurris in verba mutatis, tandemque scriptis famosis ipsum *Ordinem* ut *Antichristianum*, et bestiæ *Apocalypticæ* partem non minimam impetentibus, tentabatur.

§. 15. Nec importunum jam, aut minùs necessarium videbatur consilium *Reverendissimi Patris, Josephi Halli*, (notissimi pridem, et qui *Dordracenæ synodo* interfuerat, *Theologi, Exoniensis* primò, jam *Norwicensis Ecclesiæ Pastoris*) qui *Divinam Episcoporum* in *Ecclesiâ Christi institutionem*, tantâ jam tum maledicentium invidiâ deturpatam, et oppressam, vindicandam sibi assumpsit. Huic luculento *Patris* optimi scripto, non deerant quinque *Presbyteri*, qui junctis viribus responsum unum instruebant, serrámque, si bene memini, semel reciprocabant, quàm idoneè, aut quàm prosperè, penes æquos Lectores judicium esto.

§. 16. Alii interim nec pauci, nec contemnendi *Theologi* ad tutandam *Episcoporum* προστασίαν operas et *Symbolas* suas contulerunt, singuli singulis et justis vo-

luminibus rem integram exorsi, quibus, ut fas erat, *Reverendißmus Archiepiscopus Armachanus, Hiberniæ Primas* (suis de *Origine Episcoporum*, & *Metropolitarum* & de *Asiâ Proconsulari* eruditissimis *Diatribis*) facem prætulit.

§. 17. His omnibus nihil unquam à *Presbyterianæ* paritatis defensoribus aut reponi aut opponi potuisse, nolo sic *Præsidi Capello* ἐξομοιοῦσθαι, ut pronunciem: Certè (post primam illam seu *Smectymnianam*, quæ dicebatur, velitationem) nihil adhuc repositum est; octo integris voluminibus ὑδὲ χεὺ, ut dici solet, nec post annos jam plures dividendis *Ecclesiæ* patrimoniis insumptos expectandum est, ut qui gladiis, non stylo, decretoriis, tam ampla spolia ab *Episcopis* reportaverint, causam jam suam pacatis rationum momentis discutiendam permissuri sint.

§. 18. His addi potest, libellum istum, quo *solennis liga, fœdúsque* contra *Hierarchiam Ecclesiasticam* concepta continebatur, à *Doctis* viris quindenis, si rectè memini, vicibus, totidem voluminibus refutatum esse, (tandémque ab *Universâ Academiâ Oxonienſi* membratim discerptum, multísque non ex trivio petitis argumentis transfossum) & *sexennio* integro *Samaritanum* unicum, qui tam crebra vulnera religaret, *viníque* aut *olei* guttam unicam infunderet, non inveniſſe.

§. 19. Tædet enumerare concertationes singulares, seu in *Tractatu Uxbrigiensi* inter solos *Theologos* institutas, seu in *Novoportensi* custodiâ inter unicum *Carolum Regem*, & omnes omne genus *Antagonistas*, ubi *Pientissimus Princeps* tanquam *Angelus Dei*, causam *Ecclesiæ* & *Episcoporum*, ad stuporem omnium propugnavit, idque cùm stricta novacula supra esset, &, ut verbo dicam,

Μῶν. ἀνὴρ σύλησεν ὅλον τρεῖον, ἐνδ' ἄρα μέσσῳ
Αἰμαλόεις ἔστην ἀτείρεϛ. Ἄρεος εἰκών.

§. 20. Quàm verò sit hoc unum non speciosè aut magnificè, sed si res ipsa ispectetur, frigidè & infra rei dignitatem,

dignitatem, à me dictum, mallem ex scriptis *Sanctissimi Athletæ*, c. 14°. *De Fœdere*, & 17°. *De regimine Ecclesiastico*, simúlque ab integra cum *Al. Hendersono* per literas habita disputatione (congressu satis inæquali, *Constantissimi* quidem *Ecclesiæ* ὑπερασπίςου, verèque, qui dicebatur, *Fidei defensoris*, at illius in profectione seu potiùs fugâ *Novocastrensi*, solis *Fœderatis* cincti, omníque, non librorum tantummodo, sed & famulorum comitatu intercluſi, cum presbytero nominatissimo, universo contribulium suorum agmine stipato) mallem, inquam, ex his vivis speciminibus &, post certamen &, πλείοσιν *celeberimi* Πενταάθλου, adhuc spirantibus & loquentibus, quàm ex hoc qualicunque testimonio meo conjecturam fieri.

§. 21. Plura non adjiciam, ex istis pauculis *Doctissimo Præsidi* me persuasurum confisus, *Hierarchiam Ecclesiasticam* assertoribus nondum suis planè destitutam esse, sed (si *Britannias* nostras respexerit) adhuc vivere & valere, calamitosam, sed erectam, & nunquam de devictis & explosis *Aerianis* glorioſiùs, quàm de jam prosperis & victoribus, triumphantem: expertam quippe, & re ipsâ enunciante edoctam, omne illud inimicorum argumentis defuisse, quod *Fœderibus*, armísq; supplendum censebatur, ipsúmque (quod *Rhetor* monuit) τὸ πλῆξαι, τῦ μὴ δὲν ἔχειν ἐλέγχειν ὁμολογίαν εἶναι, illúdque quodammodo *Ordini sacro sancto* obtigisse, quod olim de *Regno cælorum* edixit *Christus*, non *Scribarum*, aut literatorum ratiociniis, sed βιαστῶν & ἁρπασῶν impetu rapiendum esse. Sic nempe *Callimachi* fatum causæ nostræ obtigisse, transfodi, et emori posse, cadere non posse, et inter ipsas *Florentissimæ Matris* ruinas adhuc invictam stare, hostibúsque (νεκρὸς προφυγῶσιν ἀπειλας) nondum minari desinere, etiam cùm occumbat.

§. 22. Cùm interim *Cl. Salmasii*, et *D. Blondelli*

 aquilas

aquilas planè victrices (utut de συμπολίταις nostris actum sit) sibi sic prolixè gratuletur *Doctissimus Præses*, libet pauculis *dissertationibus* experiri, ecquid magnificum aut eximium hac in re ab illis præstitum fuerit, aut quod causæ nostræ jugulum petiisse rectè dicatur.

§. 23. Primò igitur sententia ista, quam contra *Prælaticos* propugnandam susceperunt duo magna nomina, ex præfatione *Blondelli* p. 5, 6, 7, 8. & *testimoniorum Hieronymi explicatione*, p. 3. proponenda est.

1. *Episcopos, non ex Apostolorum institutione*, sed *ex consuetudine tantùm Ecclesiæ Presbyteris majores fuisse: Pares* quidem & *collegas in eâdem Ecclesiâ ab Apostolis creatos fuisse, sic tamen, ut inter pares* πρωτοκαθεδρίαν *ex quodam primogenituræ in Christo jure, primâ Cathedrâ (à qua Ecclesiarum census consignari & successiones deduci cœperunt) & delegato præsidendi munere fungeretur*, ordine jam tum, *non merito Episcopum creante.*

2. *Istam Ecclesiæ consuetudinem non statim ex quo inter Corinthios auditum fuit* [*ego sum Pauli &c.*] *sed post Apostolorum omnium excessum, post Clementis Romani ad Corinthios, & Polycarpi ad Philippenses scriptam epistolam, paulatim circa annum Christi* 140. *invaluisse.*

§. 24. Hujus sententiæ confirmationem ex *Hieronymi* præcipuè testimoniis peti voluit *D. Blondellus*, ita tamen, ut & quatuor *Scripturæ* commata, 1 *Tim.* 3. 2. 7. *Act.* 20. 17. 28. *Phil.* 1. 1. *Heb.* 13. 17. simúlque *Clementis Romani* ad *Corinthios*, & *Polycarpi* ad *Philippenses*, dicta quædam, suffragium & calculum suum dedisse, tandémque omnium ferè antiquorum scriptorum, (sed præcipuè *Pseudo-Ambrosii*) prolixa caterva hanc antiquam de *Episcopatus* & *Presbyterii identitate* sententiam agnovisse & expressisse putarentur.

§. 25. Duo præterea sunt, quibus hanc sententiam suam ab utraque parte claudi; unum, quo ei viam sterni, alterũ, quo eam à tergo muniri cupiebat vir *Doctissimus*.

§. 26. Quod

§. 26. Quod in *anteceſſum* præmitti voluit, illud eſt, [a] *Importatam ſub ipſis Apoſtolorum oculis Chriſti gregi à turbonibus ſchiſmatum peſtem fuiſſe*, 1 Cor. 11. 18. *effoſſa Judaizantium zelo*, Act. 15. 1. *quæ ſepulta fuerant, ſynagogæ elementa, oppugnatam ab Antichriſtis Dei ſuper omnia regnantis Monarchiam, negatam ab Ebione* ἀναθρώπῳ, *abjuratam à Nicolaitis ſanctitatem, nec defuiſſe* τῆς Ἐκκλησίας φιλοπρωτεύοντα *Diotrephen. Et hanc primam (ſive dogmatum, ſive Diſciplinæ corruptelam ſpectemus) mali labem latiùs deinceps ſerpſiſſe nemini mirum videri oportere.* [a] Ep. nunc. p. 3.

§. 26. Quod à *poſteriori* ad tutandam ſententiam ſuam neceſſariò addendum duxit, illud eſt, [b] *Inquietam ardelionum libidinem ſibi temperare non potuiſſe, quò minus piis fraudibus, ceu idoneo Epiſcopalis apicis tibicine, abuteretur, ementitiſque primorum martyrum nominibus, quicquid in mentem venerit, vulgaret: idque de Epiſtolis ab Euſebio, Hieronymo, Athanaſio laudatis pronuntiandum eſſe, quibus, inquit, antiquior (ſed qui poſt Clementis Alexandrini dormitionem emerſiſſe videtur)* ὑποβαλεὺς, *Ignatii Martyris nomen appinxit, &c.* [b] Ep. nunc. p. 39.

§. 28. Quid verò hîc à nobis expectandum ſit, eâdem brevitate delineatum lectori jam proponendum eſt.

§. 29. Primò igitur de πρωτοκαθεδρίᾳ, πρωτοστασίᾳ, quid cenſendum ſit, an primis temporibus (quod *D. Blondellus* fidenter ex *Pſeudo-Ambroſio* contendit) *ordo, non meritum Epiſcopum fecerit*, & ἀπαρχαῖς continuò *primatus* obtigerit, ſic *ut, recedente uno, ſequens ei ſuccederet*, nos breviter tantùm (& ὡς ἐν παρόδῳ, [c] cùm ex *Clemente Romano* teſtimonia producenda eſſent) diſquirendum putavimus, nec enim hac in re, utcunque ab omni veritatis ſpecie ſatis abeunte, nos *D. Blondello* δίκλω iutendimus. Si enim, cui *præſidentia* iſta, ſeu ex *primogenituræ*, ſeu ex *meriti* jure com- [c] Diſſert. v. c. 5.

competebat, *singularis* etiam *authoritas*, & potentia ſuper *Presbyteros*, ex *Apoſtolorum ordinatione*, aut *conſtitutione*, contigiſſe agnoſcatur, nobis ſic demum *Epiſcopus ſingularis* ab *Apoſtolis* inſtitutus videbitur, nec quicquam cauſæ noſtræ oberit ſi, qui primus *Chriſto* nomen dederit, *Apoſtolis*, aut *Spiritu Dei* ſic volentibus, reliquis poſtnatis præponeretur. Hunc verò πρεσβύτατα, aut *Præſidentem*, *Presbyteris*, ubi *Presbyteri* erant, nullatenus præfuiſſe, illud eſt, quod illi aſſerere non verentur, nos, ſine quibuſvis ambagibus fidenter pernegamus, & in eo unico omnem inter nos & *Presbyteranos* litem poſitam eſſe contendimus.

§. 30. Secundò, λογομαχίας, aut inanes de *vocibus* concertationes ante omnia fugiendas eſſe putamus, nec igitur ab *homonymiâ*, aut *ſynonymiâ* vocum ἐπισκόπου & πρεσβυτέρου, rerum longè diſſitarum identitatem concludendam eſſe, ſed (ut in ambiguis fieri ſolet) diſtinguendas voces eſſe, ſic ut primò omnibus notum fiat quid in *ſacro* inprimis codice, dein inter alios antiquiſſimos *Scriptores*, *Clemẽtem*, *Ignatium*, *Polycarpum*, ut & *Papiam*, aliósque, per ἐπίσκοπος aut πρεσβύτερος intelligatur, & 2do ex eo dijudicetur, an in *ſingularibus* cujuſque *Eccleſiæ*, & *Provinciæ Præfectis*, qui in alios omnes κρίσεως & χειροτονίας, *juriſdictionis*, & *ordinationis* poteſtatem exercebant, (quocunque demum ſeu ἐπισκόπου, ſeu πρεσβυτέρου, ſeu ἡγουμένου, ſeu ποιμένος, ſeu πρεσβύτατος, ſeu *Sacerdotis*, ſeu *Præfecti* titulo inſignirentur) an in *Collegis*, & *Comparibus*, quibus nemo præficiebatur, in communi *Eccleſiam* gubernantibus, *Apoſtoli* poſt *Chriſtum Eccleſias* in omnibus profectionibus ipſorum fundandas curaverint. Nec igitur in eo controverſiam poni, Quibus demum (vel an iiſdem omni ævo) *nominibus* cogniti fuerint *Eccleſiarum Rectores*, ſed an ad *unum* in

ſingular

singulari Ecclesia, an ad *plures* potestas ista devenerit.

§ 31. Nos ad *unum singularem Præfectum*, quem ex famosiore *Ecclesiæ* usu, *Episcopum* vulgò dicimus, potestatem istam in singulari cœtu, ex *Christi* & *Apostolorum* institutione, nunquam non pertinuisse affirmamus, ideóque nec *Presbyteris* (*comparibus*, & ἰσολίμοις) nec *Presbyterorum consessui* eam competere: Et hanc *Thesim* nostram ab omnibus contra-militantium argumentis vindicandam & propugnandam statuimus, eo ordine, qui nobis commodissimus visus est.

§. 32. *Primò* scilicet de *schismatum*, & *hæreseωn* peste, ipsis *Apostolis spectantibus*, *in Ecclesiam importatâ*, aliísque à *D. Blondello* in antecessum memoratis, dissertationem integram instituimus, ut palam fiat, quàm ad nos non pertineat invidia ista.

§. 33. Secundò *Ignatii sanctissimi Martyris Epistolas*, illi tam sedulò & prolixè abjudicatas, dignitati suæ restituendas primùm, & tunc demum cum *Hieronymo*, *Blondelliana* sententiæ fundo, comparandas curavimus, simúlque quid de *Hieronymi* sententia censendum sit, indicavimus.

§. 34. *Tertiò* omnia *Sacri Codicis* loca, primò, quæ in [a] *Evangeliis*, dein, quæ in [b] *Actis* & *Epistolis* ad hanc materiam pertinere videntur, præsertim, quæ ad causæ ipsius defensionem à *D. Blondello* adducta sunt, (iis, quoties opus fuit, ἐξ ἀρχαίας *Ecclesiæ* παραδόσεως explicatis, simúlque singulis primævæ *Ecclesiæ* monumentis, quæ quâvis ratione opponi posse putantur, ex hoc lucis fonte illustratis) tandémque [c] *Polycarpi* obiter, at ex instituto [d] *Clementis Romani* testimonia, utpote quæ ante annum *Christi* 140. (solennem illam, secundum *D. Blondelli* computum, *Episcopatus* nascentis *eram*) scripta fuerint, ad calculos nostros revocavimus.

[a] *Diss.* 3.
[b] *Diss.* 4.
[c] *Diss.* 4. c. 22.
[d] *Diss.* 5.

§. 35. Illis denique & alia nonnulla, quæ ex *Hermâ*, ex *Pio Papa*, circa ann. D. 148. ex *Ecclesiastici regiminis* formâ, *quo tempore Romam advenit Marcion*, tandemque ex *Justini Apologiâ Anno Christi* 150. conscriptâ, ut & ex *Papiâ*, & *Irenæo D. Blondellus* producenda censuit, nos etiam, licèt ex abundanti, vel [a] obiter, vel ex [b] instituto visenda, & adjicienda putavimus.

[a] *Diss.* 4. *c.* 17. & 22.
[b] *Diss.* 5. *c.* 9. 10, 11, 12.

§. 36. Quibus peractis, non putavi me operæ pretium facturum, aut si innumeris *Patrum* & *Conciliorum* testimoniis, quæ post annum *Christi* 140. (quo *Episcopatum* caput suum in *Ecclesiâ* extulisse faretur *D. Blondellus*) conscripta sunt, causæque nostræ ubique suffragium ferunt, lectorem fatigarem, aut si paucula eorum *immemata* à corpore, cui satis commodè adhærent, divulsa, [c] & ad usus suos à *D. Blondello* accommodata, ad examen nostrum revocarem. Quæ inter illa præcipuæ sunt (ut & in [d] *Synodorum decretis, &c.*) aut, quæ cuivis fraudem facere posse videbantur, obiter in tertiâ *dissertatione* perlustravi, ut & quæ ex ipso *Hieronymo*, in *secundâ*; Ab his pauculis indiciis satis superque expertus, quo animo antiquorum *scripta* discerpserit, quâ fide recitaverit *vir Doctissimus*, quantámque demum caliginem eorum oculis offundendam curaverit, qui ex testimoniis singularibus, ab eo prolatis, & observationum ipsius ope ad propositum suum accommodatis, integram et intemeratam *Primitivæ Ecclesiæ* sententiam concludi posse existimant.

[c] *Sect.* 2ª.
[d] *Sect.* 3ª.

§. 37. Si, quæ ex *Clemente Alex. Tertulliano, Origene, Cypriano, Eusebio, Basilio, Nazianzeno, Chrysostomo, Augustino*, aliisque demum sequioris ævi scriptoribus, ab eo laudata sunt, cuivis mortalium persuaserint, aut non placuisse *Patribus* istis *singularem Episcopatum Presbyteratu majorem*, aut ante *An. Chr.* 136. aut 140. *Ecclesiæ incognitum* fuisse (quod unum nisi effecerint, nihil faciunt) ego hoc unum ab eo exoratum cupio, ut

oculis

oculis ſuis locum in ipſo authore, è quo *D. Blondellus* teſtimonium ſingulare decerpſerit, integrum perluſtret, aut cum aliis ejuſdem ſcriptoris apertiſſimis dictis componat, ſibíque demum, non mihi credat, quid ſit δυλεύειν ὑποθέσει, aut ad partes fovendas teſtimoniorum non *cenſum*, ſed *delectum* facere. In re tantâ illud ſemel monendum fuit; Quod an minus rectè à me, an intemperantiùs, aut aſperiùs factum ſit, æquis ego lectoribus judicandum lubentiſſimus permitto. Vale vir *integerrime*, et *Chriſtiane* pacis amator unicus, me etiam ὁμόψυχον amare perge.

PRÆMONITIO AD LECTOREM.

§. 1. NEquis has à nobis operas *aut* minùs necessarias, *aut frustra susceptas putet*, & *modò* Ecclesiasticus Ordo *quovismodo conservetur*, Censuræ *exerceantur*, Sacerdotes *perpetuò futuri in* Ecclesiâ *ordinentur*, *seu per unum*, *seu per plures id fiat*, *parùm rei* Christianæ *interesse existimet*, *unum est*, *quod hîc præfari visum est*, *illud eorum postulatum multum ab omni ratione*, *addam & pietate*, *abhorrere*.

§. 2. *Neminem enim* τιμὴν *hanc* (*ut nec honorem in familiâ* Christi *quemlibet*) λαμβάνειν sumere, arripere, *sibi arrogare*, *nisi qui* ὑπὸ τοῦ θεοῦ καλούμενος, à Deo *aut* mediatè *aut* immediatè vocatus sit.

§. 3. *Illud à* Baptistâ, *cùm de* missione *ipsius sermo incidisset*, *liberè pronunciatum*, Joh. 3. 27. ἠ δύναται ἄνθρωπος λαμβάνειν οὐδὲν, ἐὰν μὴ ᾖ δεδομένον αὐτῷ ὁκ τοῦ οὐρανοῦ, Nemo quippiam assumere *aut* arripere rectè potest, nisi sit datum ei à cœlo, *ut & ipsius* Christi *dicto stabilitum & firmatum*, Lu. 12. 14. Ἄνθρωπε τὶς με κατέστησε δικαστὴν, &c. Quis, *inquit ipse* Christus, me judicem constituit? *Omnem exindè* juris *dicendi facultatem à se procul avertens*, *quòd respectu* ἐναθρωπότητος, *nondum* δικαστὴς *aut* μεριστὴς constitutus *fuerit*.

§. 4. *Sepositâ igitur pauliſper controversiâ hac*, *an* potestas vocandi ministros *in* uno *aut* pluribus *primùm fundata sit*, *nos illud in hac disceptatione pro con-*

cesso

eesso positum censebimus, Neminem rectè dare quod non habet; *eúmque, aut eos, qui hâc potestate induti nunquam fuerint, sine violatione, aut* Sacrilegio *quodam sibi arrogare aut assumere, aut aliis æquè à* Deo *non vocatis, aut missis communicare neutiquam posse.*

§. 5. *Patet illud ex vulgatâ hypothesi, quâ nec* unus *nec* plures Diaconi *fidelem quemvis in* Diaconum, *multò magis in* Presbyterum ordinare, *aut constituere posse censentur; cujus tamen hæc unica ratio reddi poterit; quòd, licèt* fideles *in* Ecclesiam *per* Baptismum *recipiendi* potestas Diaconis, *per χειροθεσίαν, data sit, nulla tamen* Diaconos *aut* Presbyteros ordinandi, mittendi, vocandi *facultas illis indulta sit.*

§. 6. *Quod si de* Presbyteris *æquè verum sit, idem etiam exindè de* Presbyteris *æquè concludendum esse, nemo tam iniquus erit, ut refragetur*; Quod enim ex æquo accipitur, ex æquo dari potest, *ait*[a] Tertullianus.

[a] *De Bapt. c. 17.*

§. 7. *Hîc igitur primò* Hieronymi *illud satis tritum, & decantatum memorasse liceat,* A Presbyteris Episcopum (*si non aliis saltem*) Ordinatione differre. *Cui concinit illud* Chrysostomi, *χειροτονίαν ἀναβαίνειν αὐτῶν δύσκοπον.*

§. 8. *Huic & illud secundò adjiciendum est, in* Anglicanâ *nostrâ* Ecclesiâ *illud semper, & ante, & post* Reformationis *nostræ tempora, fixum, & indubitatum esse*, Presbyteros, *quos* secundarios *dicimus, seu singulos, seu universos, nullâ* Diaconos *aut* Presbyteros *ordinandi potestate indutos aut præditos esse, nec enim, cùm quisquam, per* manuum Episcopi impositionem, *ad* Presbyteralem *gradum provehitur, indeterminatam illi, aut indefinitam authoritatem (aut quidem omnem eam quam ad πρεσβύτερον τῆς ἐκκλησίας attinere posse* opinatorum *quispiam affirmaverit) grosso, ut dicitur, modo ab* Ecclesiæ *patribus commissam, aut concreditam esse, sed suis eam finibus liquidò dispunctam, suis cancellis & limitibus distinctam, & dilucidâ* actuum

ſpecialium ad quos admittitur, enumeratione (inter quos creandi Presbyteros, *aut* Diaconos *facultatem, neutiquam comparere ſatis conſtat) definitam & concluſam.*

§. 9. *Illud etiam ipſe* Presbyteranorum *querelæ, & accuſationes contra* Prælaticos *ſparſa ſatis dilucidè profitentur, in eo quippe* myſterium iniquitatis, *ipſo* Apoſtolorum *ſæculo ἐνεργούμενον, ſe prodidiſſe affirmantes, quòd* φιλοπρωτευόντες *&* καταπρωτευόντες Epiſcopi plenam poteſtatem *in* ſacris, Presbyteris *quibuſque non conceſſerint, eam verò* Epiſcopalis tyrannidis *labem ſe ſtatim ad omnes* Eccleſias *tranſfudiſſe*, Ordinatione *ſcilicet, &* Cenſuris Eccleſiaſticis *ſibi ſolis reſervatis, inferiores tantùm actus* Presbyteris *indulſiſſe* Epiſcopos. *Rectè quidem illud, &, ſi* Eccleſiæ Univerſæ *annales conſpiciantur, veriſſimè pronunciatum, cui conſentaneum eſt, ut ab omni eos excuſatione procul eſſe concludamus, qui, quas ſibi neutiquam conceſſas conquerantur, poteſtates, ſibi ſic ſacrilegè arripiant, & quas tantâ cum injuriâ negatas vociferantur, eo ipſo negatas agnoſcunt.*

§. 10. *Tertiò igitur unum illud lubens interrogarem, an* Hieronymus, *dum hîc eſſet, &* Presbyteratu ſecundario *fungeretur, partiariâ tantùm indutus poteſtate, præſente, ſed ſpreto, & inſuper habito* Epiſcopo, Diaconum *aut* Presbyterum *ordinare (aut* Presbytero *uni aut alteri adjunctus) rectè potuerit?*

§. 11. *Si affirmetur, dicatur ſodes, quâ demum ratione ab eo dictum ſit,* Epiſcopum ſolâ ordinatione (*& ergo* ordinatione) *à* Presbytero *diſterminatum eſſe?*

§. 12. *Sin negetur, quomodo igitur* Presbytero Anglicano, *cui nullam, quæ non* Hieronymo, poteſtatem *ab* Epiſcopis *noſtris datam ſcimus,* uni, *aut* pluribus facultas *ritè competat, quæ* Hieronymo, *ipſi* Presbytero, *&* Preſbyteranorum ὑπεραστῆς, *nunquam competebat?*

§. 13. *Quid huic* dilemmati *reponi, aut opponi poſſit, fateor equidem me non adeo* lynceum *eſſe, ut perſpiciam,*

nec

nec igitur opus esse, ut (nec pauca ea, nec contemnenda) Ecclesiastici *hujus per* Episcopos Regiminis *commoda & utilitates hic fusiùs recenseantur, quatenus ad* unitatem Ecclesiæ *conservandam, ab* Apostolis *institutum, nunquam* sine schismate, *rarò sine* omnigenarum sectarum *insequente colluvie, ex quâcunque particulari* Ecclesiâ *repudiatum & rejectum sit: Illud hîc nobis unicum meminisse sufficiet, Unumquemque in* Anglicanâ Ecclesiâ *ab* Episcopis ordinatum Presbyterum, *nullâ* ordinandi *alios* facultate *(aut per se, aut quà quolibet comparium cœtu munitum) præditum esse, nec igitur eam sibi rectiùs arrogare posse, quàm si* Diaconorum, *imò* [a] Laicorum *unus, aut plures, tali potestate nullatenus induti idem ausuri sint.*

[a] *Alioquin enim etiam Laicis jus erit. Tertull. de Bapt. c. 17.*

§. 14. *Ex his admissis, quæ (& quàm infeliciter* Ecclesiæ Christi, *ipsisque* Presbyteris *cessura) mala oriunda sint, optarim aliâ quâvis, quàm* experientiâ, Magistrâ, *nos edoctos esse.*

§. 15. *Siquis interim* Fratrum *meorum* ἐν τούτῳ παραπλώμαλι σφαλησθείς, *vel his demum infimi & pullati* vatis *monitis sic parere voluerit, ut ad luctuosissimæ* matris *amplexus, à quibus se abripuit, redire non recuset, me quidem* operæ *hujus satis prolixæ nunquam pœnitebit: nec eam suspicabor viris bonis* inutilem *visam esse, donec destinato omni fructu destitutam esse eventus tristis monstraverit.*

DIS-

DISSERTATIO PRIMA,

DE *ANTICHRISTO*;

DE *MYSTERIO Iniquitatis*;

DE *DIOTREPHE*;

Sub Apoſtolorum ævo ſe prodentibus.

CAP. I.

Myſterium iniquitatis à Presbyterianis arreptum. Quid hâc in re Al. Henderſonus. Quid D. Blondellus. Innovationum omnium φόβος. Myſterium Trinitatis, Cenſuræ Eccleſiaſticæ, ſub iſto titulo rejectæ.

§. 1. SOlenne illud inter pleroſque *Presbyterianæ* paritatis aſſertores ſemper fuit, à *Myſterio Iniquitatis*, ipſo *Apoſtolorum* ævo, lacertos movente, exordium ſumere; hoc Antidoto ſeu φυλακλητίῳ ſaluti ſuæ ſe quadantenus providiſſe, & contra primorum ſeculorum ex adverſo propoſitam praxin, quam ſibi ſatis infeſtam eſſe agnoſcunt, hoc jam ſcuto obtectos, abundè ſe cauſæ ſuæ conſuluiſſe, cenſentes.

§. 2. Sic, ut alios taceam, *Al. Henderſonus Scotorum* fœderatorum anteſignanus, *Optimo Regi Carolo τῷ μακαρίτῃ Epiſcoporum προσασίαν* & ſuperioritatem (ut & alia omnia, quæ in *Reformatione Anglicanâ*, ut eſſentialia, retinebantur) ab *Apoſtolis* ipſis, & *univerſali Primitivæ Eccleſiæ praxi* ad nos deductam affirmanti, hoc ſtatim reponendum exiſtimavit, *Diotrephen ipſis Apoſtolorum temporibus præeminentiam affectaſſe, myſteriúmque iniquitatis jam tum operari cœpiſſe.*

§. 3. *D. Blondello* tritum illud *Mysterii iniquitatis* effugium, ut videtur, non placuit. At, quod eodem recidit, prolixiore ἰσχυῷ, *quinque* notissima, sub *Apostolorum* ævo, *Christiani nominis* Δημιουργὸν & Παγγενέσιαν complectente, sic demum *hypothesi* suæ præludere voluit.

§. 4. Nos, ut in posterum isti præjudicio reditum omnem intercludamus, simulque ne ad hujus unici μορφολυκείου mentionem perculsi, statim ab omni *Primitivæ Ecclesiæ* (cui, *Deo* providente, ipsum *Scripturarum Canonem* acceptum debemus) *fide, praxique*, tanquam à *Syrtibus* & scopulis, tanquam ab ipsissimo *Antichristi* prodromo, & fæciale, ad *Novatorum* castra transfugiendum putemus, Ne hoc unico stratagemate, universum *Christi depositum* prodi patiamur, Ne denique, quicquid ἀντιχειμένως ex *fidei* aut *disciplinæ Christianæ* matriculâ expunctum aliquando optaturus sit (seu sit illud [a] *sacrosanctæ Trinitatis doctrina* verè *mystica*, seu [b] *Ecclesiasticæ censuræ*, seu ipsorum *Ecclesiæ Christi* μυστηίων, i. e. *sacramentorum* administratio) id sub odioso *mysterii iniquitatis* titulo deturpatum (quoties cuiquam malè feriato *alastori* libuerit) ἀπὸ κλεπτῶν, καὶ λῃστῶν, statim rejiciatur, ~~statuimus in integrum~~ rem integram ab exordio petitam ad examen vocare, & quàm nihil aut nostræ causæ officiat, aut ad *Presbyterianam* ἐπιλυμίαν astruendam conducat, quod ab *Antichristis*, 1 Joh. II. 18. (aut, quod ejusdem monetæ est, à *mysterio iniquitatis*) quod à *schismate Corinthiaco*, quod à *Diotrephis* φιλοπρωτείᾳ, aut singulis, aut universis, concludi possit, paucissimis, quibus res tanta comprehendi potest, verbis monstrare. Illud interim pro confesso sumentes, *effossa umbratica Synagoga elementa*, Act. XV. 1. *& abjuratam à Nicolaitis sanctitatem, aliáque*, magnificè, & ut cumulum augeam, à [c] *D. Blondello* memorata, non magis ad *Episcoporum* ~~usurpatur~~, quàm *Presbyterianorum paritatem* impugnandam, quâvis ratione accommodati posse. Nec igitur opus esse, ut de iis lectori molestiam creemus.

[a] *Hoc à me non sine causâ prædictum fuisse, infœlix eventus nimis, heu, deiEtice confirmavit, cum liber Anglicanus (eo ipso, quo hæc à me scripta sunt, tempore) in prælo sudaverit, & sine longâ morâ postmodum prodierit, quo mysterium Trinitatis disertis verbis mysterii iniquitatis nuncupatur. Deus ab afflictissimâ gente hoc omen avertat.*

[b] *Sic excommunicationem à Presbyteris Genevensibus in Ecclesiâ suâ retentam, Papatui, i. e. Antichristi in terris potestati ancillari Erastus querebatur, & post eum non pauci. Sic Ecclesiam & disciplinam Scotorum Fœderatorum per Presbyteros administratum, Independentiæ nuper assertores Antichristianam appellarunt.* [c] *Ep. p. 3.*

CAP. II.

Dicendarum syllabus. Prædictiones Christi. Mat. XXIV. *Adventus Christi medius,* v. 3, 27, 37, 39. Jo. XXI. 23. Mat. XVI. 27, 28. *ejus emolumenta. Ejusdem quinque. Tres πλάνων classes. Prima, Pseudochristi, immediatè post ascensionem Christi, ἕως τοῦ τέλους,* Mat. XXIV. 6. *Thendar duplex. Ægyptius. Desithæus. Definitio Christi.* Lu. XXIV. 21. *Ultima. Seductores sub tempore obsidionis Hierosolymitanæ; Recessio Græci, Christiani ad Pellam.* Mat. XXIV. 20, 21. *Media περίστασις. Præludia quinque Cladis Hierosolymitanæ. Σκανδαλισμὸς* Mat. XXIV. 10. *Pseudoprophetæ tertii generis; Πολυπραγμοσύνης, πλήθους ἀνομιῶν. Charitas refrigiscens.*

§. 1. INprimis igitur, quod ad *Antichristum*, & ut ait *Johannes*, νῦν Ἀντιχρίστου γεγόνασι, simúlque quod ad μυστήριον ἀνομίας, ἤδη (inquit *Apostolus*, II. Thess. II. 7.) ἐνεργούμενον, spectat, nos, prolixius forsan, quàm pro instituti nostri ratione par erat, at sic, ut *Scripturarum* studioso lectori rem non ingratam nos facturos speremus, *Origines* rerum sectabimur; Et primò quid sit illud, quod utroque *Johannis*, & *Pauli* ad *Thessalonicenses* loco describitur: Secundò, quàm nihil ad *Primitivæ Ecclesiæ* authoritatem minuendam, aut ad *Episcoporum* ἐξουσίαν, quatenus à nobis asseritur, enervandam pertineat, explicabimus.

§. 2. Quod ut rectè fiat, illud fundamenti loco jaciendum est, *Christum* mox discipulis suis ipsique mundo valedicturum, *Matthæi* XXIV. (capite integro) *adventum* suum, v. 3. 27, 37, 39. (non illum ad *judicandos vivos & mortuos* novissimum, sed) *medium*, post annos non adeò multos, brevi futurum, ad ultionem de διωγμοῖς & χειρουλβοις *Judæis* sumendam, destinatum (cujus igitur *Mat.* XVI. 27, 28. *Jo.* XXI. 23. & alibi sæpiùs in *Evangeliis* & *Epistolis* mentio occurrit) solenniter prænuntiâsse, additis insuper σημείοις, quibus *adventus* iste, seu, quæ idem sonat, ἡ τῶν ὅλων συντέλεια, *Judaici*, aut *Mosaicæ seculi consummatio*, eâ ipsâ γενεᾷ, v. 34. (sive [a] ea XXX. sive, quod aliquando fit, XL. annorum spatio definienda sit) i.e. quibusdam qui tunc interfuerunt (& [b] *Joanne* præcipuè) adhuc viventibus *Mat.* XVI. 28. obventura, prænoli potuit.

[a] Τεσσαρακοσίαις μὲν ἀνδρῶν γενεαὶ μύειαι ἔτεα. *Herod.* l. 2. p. 144. Εἰς τὰ ἑξήκοντα ἔτη τρεῖς ἐγκαλαλέγουσαι γενεαί. *Clem. Alex. Strom.* l. 2. p. 334. *Homero, Tullio, ætas, triginta annorum spatium. Cæl. Rodig.* lib. 19. c. 22. vide *Mat.* I. 17. & *Hesych.*

γενεὰ ἐπὶ διασημῷ χρόνων τῶν μὴ κατ' ἀνθρώπους βεβιωκότων. Τῶν δὲ ἄλλων λύο μὲν γενεαὶ μακρόβιοι ἀνθρώπων. Τὴν δὲ γενεὰν ὑφίσαν ἔτῶν οἱ μὲν ρ'. οἱ δὲ ρκ'. οἱ δὲ λ'. *At in Epistolâ Hieremiæ, pro decem annis sumitur, ut & apud medicos pro septem.*

[b] *Non dixit illi Jesus, ὅτι οὐκ ἀποθνήσκει, sed si volo eum manere ἕως ἔρχομαι, Jo.* XXI. 23.

§. 3. Inter ea, pro tribus certis temporibus, tres *Pseudoprophetarum*, & id genus πλάνων, & ἀποστάσεων, mentiones occurrunt.

Prima v.5.ultima v.24. media v.11. Primus locus *Pseudochristis* tribuitur, non multis post ascensionem *Christi* annis, (quibus certissimum est *Judæos Messiam* expectasse, licet *Christum* verum & unicum *Messiam* repudiaverint) se pro *Messiâ* frequenter venditantibus. De quibus verè dictum illud [ἔτι γὰρ τὸ τέλος] per hos nempe non præsignificari *instantem*, aut subitò ingruentem hunc *Christi adventum* adeò *Judæis* exitialem, sed eum aliquot jam annis protelatum iri, ut tandem ferociori & certiori ruinâ universos obrueret. In his erat *Theudas* (non ille *Judâ Gaulonitâ* antiquior, *Act.*V.36,37. sed cujus apud *Josephum*, *Fado Judææ* procurante, sub *Claudii* imperio, mentio est) qui, ut ex [a] *Josepho* [b] *Eusebius* affirmat, πολλὰς ἠπάτησεν, *seduxit multos*. Quod ipsum hûc *Christus* prædixit, πολλοὺς πλανήσουσιν, inquiens, *multos deceptu-ri sunt*. His itidem *Ægyptius*, apud *Lucam*, *Act.*XXI.38.ut & apud [c] *Eusebium* ex *Josepho*. His *Dositheus Samaritanus* apud [d] *Origenem*, (qui se Christum esse suis persuasit) aliique, singuli se *Liberatores Patriæ* futuros spondentes, & sic (ex definitione *Lucæ*, c.XXIV. 21. qui pro *Christo* [μέλλοντα λυτροῦσθαι τὸν Ἰσραήλ, *eum qui Israëlem liberaturus est*] poni voluit) *Messiæ titulum* sibi vendicantes.

[a] *Ant.* l.XX. c.5.
[b] *Eccl.hist.* l.II. c.ια'.
[c] *Eccl.Hist.* l.II. c.κα'.
[d] *Cont. Celsum*, l. 1. & apud *Hegesippum* apud *Euseb.* l.IV. c.κβ'.

§.4. Sic & tertio seu ultimo loco, v. 24. *Pseudo-Christi* itidem, & *Pseudoprophetæ* ponuntur, non iidem, qui prius memorabantur, sed (ex distincta rerum σεισάσῃ dignoscendi) qui post obsessam v. 15. *Hierosolymam* prodibant, idque sub ipso temporis articulo, quo *Christiani Judeâ* fugam capessebant, v.16. Cùm scilicet factâ primùm per *Gratum Hierosolymæ obsidione*, v. 15. statimque (*Deo* sic volente) recedente ad tempus obsessore, *Judæorum fideles* (quotquot fuerunt, & qui *Christo* monenti morem gesserunt) factam sibi evadendi copiam amplecterentur. Quod quidem multis feliciter cessisse nos docet *Josephus*, ut & *Eusebius* l.III.c.5. Qui illud κατὰ τινα χρησμὸν τοῖς ἄνωθεν λογίοις δι' ἀποκαλύψεως ἐκδοθέντα, *secundum oraculum quoddam probatis illic viris per revelationem traditum*, factum esse affirmat: eóque fretos oracolo, σφᾶς τῆ πολέμῳ μεταστῆναι τῆς πόλεως, *ante bellum ex urbe migrasse*, & *Pellam* usque superato *Jordane*, confertim transcurrisse. Tunc enim sub isto calamitosissimo temporis articulo, v.20,21. (ipsaque opportunitate fugam suadente) non mirum est plurimos se labascentis populi σωλῆνας & statores venditasse, si quis uxorem *Lothi* imitatus, iis aurem præbiturus esset.

§. 5. At quod rem nostram inprimis spectat, illud à *mediâ* temporis

temporis θεσπάτε (v.11. descriptâ) petendum est. Ibi enim immediatè ante Εδέλυγμα ἐρημώσεως ἑστὸς ἐν τῷ τόπῳ ἁγίῳ, *abominationem desolationis stantem in loco sancto*, seu (ut explicatiùs *Lucas*) *Hierosolymam* (*Romanis*) *exercitibus obsessam*, Hæc *quinque* simul prænuntiari videas, singula ab eodem fonte scaturientia: Primò, *Judæos in Christianos rabidè desevituros esse, ipsósq; ad θλῖψιν necémq; tradituros*, v.9. Secundò, *Christianos multos savitia persecutionum*, v.9. *perterritos, scandalizatum iri*, v.10. i.e. *Christo planè abrenuntiaturos*. Tertiò, *desertores hosce, statim Christianos Christo crucique constantius adhærentes, interneçino odio prosecuturos, ipsíque persecutoribus ad supplicium tradituros*, v.10. Quartò, *surrecturos Pseudoprophetas, multósque secum in perniciem seducturos*. Quintò, *ex hâc ingruentium calamitatum mole* (quam *Apostolus* per πονηρὰν ἡμέραν *dies malos*, *Christus* per πληθυνθῆναι ἀνομίαν, *multiplicationem iniquitatis indigitat*) *futurum esse, ut multorum charitas refrigesceret*, i.e. ut *fidelium*, & satis jamdiu *constantium Christi athletarum*, & *confessorum quammulti*, de *perfectâ* istâ, & *ardenti Christi* (& *veritatis*, II. *Thess.* II.10.) *dilectione multum remitterent*.

Cap. III.

Gnostici ante extidium Hierosolymitanum. Γνῶσις, I. Tim. VI.20. *Judæi fontes persecutionum*, Mat. X. 17. *Mat.* XIII. 9. *Mat.* XXIII. 50. πᾶν δίκαιον αἷμα, *Zacharias filius Baruchi*, ναὸς, θυσιαστήριον, ἱερεῖν, Gal. IV. 29. *Bareabbebas. Quid sit* σκανδαλίζειν. *Gnosticorum illecebra duplex*, Apoc. XXI.8. *Nefandæ libidines.* Πλεονεξία *apud Paulum, Barnabam, Polycarpum. Licere temporibus persecutionum, aut Judaismum aut Gentilismum simulare, dogma Gnosticum. Basilidis doctrina à Simone derivata. Helkesaitæ. Emendatus Eusebius, Idolothyta edentes* λέγουσιν Ἰησοῦν ὁμολογεῖν. *Prodicius, Valentinus. Tertulliani Scorpiacus. Gnosticorum argumenta contra martyrium, Tertulliani argumenta pro martyrio, Cypriani ex eo. Idolothytorum gustatio.* I. Cor. VIII. Γνῶσις ἀψευδὴς *opposita. Testimonium Irenæi & Justini. Christi abnegatio, circumcisionis simulatio*, Gal. VI.13. *explicatur. Cataphryges intacti à persecutoribus: Sic primi Simonis sectatores.* Jud. 4. προγεγραμμένοι εἰς κρῖμα, Mat. XVI. 25. *explicatur. Christi adventus Johanni spectandus.* Gal. IV. 13. *explicatur.* ἀσθένεια, πειρασμὸς, σκόλοψ, II. Cor. XII. 7. Ezech. XXVIII. 24. Ἐχθροὶ σαυρῶ, Phil. III. 18. *& apud Polycarpum.* πικρίας ῥίζα, Heb. XII. 15. *Fidei abnegatio, Ejus species apud Plinium. Desertio cœtuum & hetæriarum.*

§. 1. His quinque mirum est quàm dilucidè, & signanter integram ferè *Gnosticorum* Historiam, à *Paulo*, sub titulo Γνώσεως, I. *Tim.* VI. 20. & alibi non semel designatam, à *Christo* per τὰ βάθεα τοῦ Σατανᾶ, *Apoc.* II. 24. (quæ ipsi βάθεα τῆς γνώσεως

γνώσεως appellabant) à *Barnabâ* itidem per universam *Epiſtolam*, obſcurius adumbratam, & poſtea à *ſcriptoribus Eccleſiaſticis* uberiùs deſcriptam, *Chriſtus* delineaverit, &, quatenus ea excidio *Hieroſolymitano* præluſura erat, *Apoſtolis* hâc prænunciaverit.

§. 2. Quod ad primum, i. e. *Judæorum in Chriſtianos rabiem*, attinet, Poſt ea quæ *Chriſtus Apoſtolis* prædixit, *Mat.* X. 17. & 23. *Mar.* XIII. 9. multis opus non erit. Conſulatur præ aliis capitis immediatè præcedentis (*Mat.* XXIII.) *periocha* ultima, ubi (ad *implendam menſuram patrum ſuorum*, qui ſic ſe *Prophetarum* jamdiu ſanguine fœdaverant) prædicit *Chriſtus* προφήτας, σοφοὺς, γραμματεῖς à ſe *mittendos*, ab ipſis ſtatim neci traditum iri, *Sic ut veniat ſuper eos* (iſtis deceſſorum ſuorum veſtigiis perdité inſiſtentes) πᾶν αἷμα δίκαιον, *omnis ſanguis juſtus*, vel *juſtorum ab Abele ad Zachariam* (*filium Barachiæ*, aît *Matthæus*, *Baruchi* * *Joſephus*, ſic ut *Ananus Joſepho* dictus, *Lucæ Ananias* dicitur) ille enim ἐν μέσῳ τῷ ἱερῷ, *in medio templi*, inquit *Joſephus*, *Matthæus* verò, quod idem eſt, inter τὸν *Sanctuarium* (οἶκον, *Lu.* II. 51.) & θυσιαστήριον, (*altare* ſcil. ἐναντίον τοῦ ναοῦ poſitum) *occidebatur*, idque à *Judæorum zelotis* immediatè ante obſidionem *Hieroſolymitanam*, ſic ut *Abeli* πρωτομάρτυρι diſertè, & ἐν ἔσχατοις respondeat noviſſimus *Zacharias*. De quo [ἐφ' ὑμᾶς] jam tum dixit *Chriſtus*, Ac illud vel *Prophetarum* more, [a] futura per præterita enunciantium, vel forte *Aoriſto* non præterita, ſed futura etiam comprehendente, [ὃν ἐφονεύσατε, [b] *quem futurũ eſt à vobis occiſum eſſe*] (ſic enim manifeſtum eſt ipſius *Chriſti*, *Stephani*, *Jacobi Hieroſolymitani Epiſcopi* nondum peractas ἀθλήσεις, hâc πάντος δικαίου ἅιματος mentione continendas eſſe) ſic ut ille (adhuc vivus, vidénſque) ante divinam hanc ingruentem vindictam occiſus prævideatur. Idem itidem in univerſum ab *Apoſtolo* in theſi affirmatur, *Gal.* IV. 29. Ut *tunc ſecundum carnem genitus* (*Iſmael* ſcilicet, & ſub ejus nomine *Judæi*.) *perſequebatur eum qui ſecundum Spiritum genitus eſt*, i. e. *Iſaacum*, & ſub eo *Chriſtianos*, οὕτω καὶ νῦν, *nos hoc nunc fieri videmus*. Illud etiam ubiq; & fuſè in *Apoſtolorum Actis*, ſeu potius *Martyrologio* patet, per modum hiſtoriæ. Videatur, ſi placet, *Act.* XVII. ubi *Paulo* jam primum *Theſſalonicæ* fidem *Chriſti* annunciante in *Judæorũ* ſynagogâ, ſtatim adjicitur, ζηλώσαντες δὲ οἱ ἀπειθοῦντες Ἰουδαῖοι, v. 5. καὶ προσλαβόμενοι τῶν ἀγοραίων τινὰς (ii ſunt ὄχλοι πονηροί), aut *Lictores*, qui in * ἀγορᾷ aut *comitiis* civitatis illius [b] τῆς ἄρχουσι inſerviebant) convocato

* Lib. 4. c. 18.

[a] *Vid.* Cypriani de Valera Hiſpan: Bib: not: in Mat. XXIII. 35.

[b] whom ye ſhall have ſlain.

[a] *Vid.* c. XVI. 19.

[b] *Ib.*

convocato populo contra eum tumultum ciebant, ſtatímque eum εἰς τὸ δῆμον, *ad comitia*, adeóque ad ſupplicium *protrahere cupiebant: Paulóque* non invento, *Jaſonem* ἐπὶ τοὺς πολιτάρχας ἕλκουσι, v. 6. Sic & poſtea *Beræa* prædicantem ὑπὸ ἀπὸ τῆς Θεσσαλονίκης Ἰουδαῖοι inſectabantur, σαλεύοντες τοὺς ὄχλους, v. 13. Sic & *Corinthi*, *Act.* XVIII. 12. κατεπέστησαν ὁμοθυμαδὸν οἱ Ἰουδαῖοι τῷ Παύλῳ, *Judæi unanimiter Paulo obſiſtebant*, ſtatímque eum ἐπὶ τὸ βῆμα *ad tribunal ducebant*, violatæ *Legis Moſaicæ* eum poſtulantes, v. 13. Sic denique & *Hieroſolymis*, (*Act.* XXI. 27.) *Judæi* itidem *Aſiatici* συνέχεον πάντα ὄχλον, *eíque manus inferebant, clamantes, Hic eſt ille qui omnes inſtitutis* κατὰ τοῦ λαοῦ καὶ τοῦ νόμου καὶ τοῦ τόπου τούτου, v. 28. ſtatímque ſequitur, ζητούντων αὐτὸν ἀποκτεῖναι, v. 31. Videatur II. *Cor.* XI. 24. A *Judæis*, inquit, *quinquies* XXXIX. *plagas ſuſtuli, ter virgis* (*ab iiſdem* Judæis) *cæſus ſum, ſemel lapidatus*, v. 25. *ſæpius* ἀπὸ γένους, *à contribulibus* illi imminentibus *periculis*, v. 26. (ut & à *Gnoſticis* ψευδαδέλφοις ſæpius) Hinc itaque rectiſſimum illud *Tertulliani* contra *Gnoſt.* c. 10. *Synagogas Judæorum fontes perſecutionum fuiſſe*, Earum nempe quæ *Chriſti* diſcipulis intentabantur; Ut & illud *Juſtini* de *Barchochebâ*, poſtea quidem, ſub *Adriani* imperio, exorto, ſed notiſſimo *Judæorum Ductore*, & ἀρχηγέτῃ, Qui, inquit ille, χειτιανοὺς μόνους εἰς τιμωρίας ἄγειν, εἰ μὴ ἀρνοῖντο καὶ βλασφημοῖεν, ἐπιθυμῶν ἄγων, *ſolos Chriſtianos, ni Chriſtum abjuraturi eſſent, ad ſæva ſupplicia dari juſſit. Apol.* II. Quod & de *Judæis*, in univerſum, prius pronuncia verat, Ἰουδαῖοι, inquit, ἐχθροὺς ἡμᾶς καὶ πολεμίους ἡγοῦνται, ἀναιροῦντες καὶ κολάζοντες, ὁπόταν δύνωνται. *Judæi nos hoſtes æſtimant, punientes & occidentes quandocunque poſſunt.*

§. 3. Ad ſecundum quod attinet, De *Chriſtianis* ad *crucis ſcandalum* impingentibus, clariſſimum fuit, quod in *ſementis* parabola *Petroſa* terræ obventurum prædixit *Chriſtus*, *Mar.* IV. ubi de ῥιζοτόμοις, *radicem non habentibus* ſic pronunciat, v. 17. poſt receptam alacriter, & *cum gaudio fidem*, γενομένης θλίψεως ἢ διωγμοῦ διὰ τὸν λόγον, *quamprimum perſecutiones & procellæ Fidem impetant*, εὐθέως σκανδαλίζονται, *ſtatim ſcandalizantur*. Quod quidem ſic intelligendum putârim, ut qui *Chriſto* ſemel crediderint, hoc crucis *ſcandalo* deterriti, non ſtatim ad priorem ἀναστροφὴν receſſuri eſſent, ſed ad aliud aliquod vitæ genus, quod incolumitatem & εὐδαιμονίαν, pacata, & proſpera, & jucunda omnia ipſis ſponderet, lubentes diverterent, eo quidem ipſo remedio triſtiſſimum *fidei Chriſtianæ*, cujus potiſſima pars eſt *crucis geſtatio*, naufragium

gium facientes, ſtatim etiam & alia non pauca malæ mentis rotrimenta, *Univerſæ Chriſtianæ* doctrinæ ruinam interminantia, huic fundamento ſuperſtructuri. Quod quidem hîc ſtatim factum apparet, cùm, graſſante in *Chriſtianos* (à *Judæis* præcipuè invectâ) perſecutione, eâque non diu ante hunc ſupremum *Judæis* dilucentem diem, multi *Chriſtianæ fidei* profeſſores, ob mala *Chriſtiano* nomini intentata, à verâ fide ad *Gnoſticorum* dogmata, ipſis pro ſcutis & antidotis futura, deficerent. Quò ſine dubio illud *Petri* ſpectat, I. *Pet.* II. 8. multos ad *Evangelium Chriſti impingere*, ἀπειθοῦντας ſcilicet, qui, inquit *Petrus*, ad illud ἐτέθησαν; *decernente* quippe *Chriſto*, ut quod *terræ petroſæ* inſeminabatur, incaleſcente ſole exareſceret, ut inſinceri *Chriſtianæ fidei* profeſſores ingruentibus perſecutionibus, ad *hæreticorum* & *Apoſtatarum* caſtra catervatim transfugerent, ſéque eo indicio προσκαίρους monſtrarent; quod & *Simeon* prædixit, *Lu.* II. 34. κεῖται εἰς πτῶσιν, *ad ruinam* ἀνθρώπων & ἀνάστασιν conſtitutus eſt.

§. 4. Illud enim de *Simonis* aſſeclis, aliiſque iſtius ſeculi *Gnoſticis* ex hoc fonte oriundis, imprimis notandum eſt. *Duplici* eos illecebrâ, non eâ ſolum, quâ *libidinibus*, ſed & alterâ quâ *incolumitati* & ſecuritati omnium conſulebatur, *carnales* quidem, ſed & *timidos*, ad partes ſuas pellexiſſe; ideóque ſimul poſitos inveniri ex parte unâ ἄγαν καὶ ἀπίστους, *timidos* & *infideles*, ex alterâ ἀβδελυσσομένους καὶ πορνὰς, *abominandos* & *impuros*, *Apoc.* XXI. 8. quibus *Gnoſticos* iſtius ſeculi deſignari, reliqua φονέων, φαρμακέων, εἰδωλολάτρων caterva ſimul poſita, mihi ſatis perſuaſum dedit.

§. 5. Quod ad primum attinet, id ſatis omnibus notum eſt, hos ψευδωνύμου γνώσεως ἀρχηγὰς (quibus ubique *Clemens* τοὺς ἀληθῶς γνωστικὰς *Pios* & verè dictos *Gnoſticos* opponit) multos *Chriſti* profeſſores (τοὺς ὅτιοῦν ἀποφυγόντας τοὺς ἐν πλάνῃ, II. *Pet.* II. 18.) hâc *voluptatum* carnalium illecebrâ ineſcaſſe, & quotquot ad eorum partes accedebant, (ſeu, ut ait *Euſebius*, εἰς τὸ τέλεον τῆς καθ' αὐτοὺς μυσαρωγίας, ἢ καὶ μᾶλλον μυσαροπραγίας ἐλπίσασι ἥκειν) iis ἀνερυθριάστοις πάντα, *infandam impuritatem omnium licentiam* intuliſſe, νόμον τὴν ἀκολασίαν ποιουμένους, inquit *Theodoretus*, ut & ἀσελγείας καὶ ἀθεμιτουργίας διδασκάλους, *incontinentiam*, *molliciem* & *nefanda omnia pro legibus diſcipulis ſuis proponentes*. Sic & alibi idem *Euſebius*, Οἱ γόητες καὶ ἀπατηλοὶ καὶ αὐτοῖς ἡμῖν τῷ δόγματι τοῦ σωτῆρος ἐπονειδίστως ἐπιβουλεύοντες τοῖς πάντων πανταχοῦ πρὸς αὐτοῖς ἁλισκομένοις εἰς εὐθὺν ἀπωλείας ἄγουσιν, *Hi Magi & deceptores eandem cum Chriſtianis doctrinæ denominationem induentes*, *Chriſtianos*, *quot-*

quot

quot fraudibus eorum capti ſunt, in perditionis profunditatem ſecum trahunt, I.IV. c.ζ. (quò pertinet illud *Petri* de iſtis dictum, δελεάζοντες ψυχὰς ἀστηρίκτους, *ineſcant inſtabiles animas,* II.*Pet.*II. 4.) Simúlque iiſdem *technis* τοῦ τῆς πίστεως ἀγῶνος τὸ ὑγιὲς καὶ σωτήριον λόγιον παρέλκειν ἀποξένωσιν, *alios fidei rudes à ſalutari viâ, aditúque ad fidem iis patente avertunt.*

§.6. Iſtos* ἀθεμίτους ἀφροσυνοποιίας, & nefanda piacula recenſere non vacabit. Ex quibus interim quam plurima *Epiſtolarum Apoſtolicarum* loca, *Ro.*I.29. & XIII.13. I.*Cor.*V.10,11. & VI.9. II.*Cor.*XII. 21. *Gal.*V.19. *Eph.*IV.19. & V.3. I.*Theſſ.*IV. 6. I.*Pet.*IV. 3. II.*Pet.*II.7,8. *Jud.*4. *Col.*III.5. de ἀσελγείας, πλεονεξίας (non ut [a] *nummorum amor*, ſed ut [b] *maſculæ veneris* uſus, πλεονεξίας voce notatur) de [c] πορνείας item, & εἰδωλολατρείας explicare pronum eſt.

* ἀθεμιτουργίαν, καὶ ἀθέμιτον πρᾶξιν, ἣν οὐ θεμιτὸν ἐστὶ γόμαις & φέρειν, ὅτοι παράπλησι, &c. *Epiphan.*

[a] *Hebræorum* בצע *quæ avaritiam ſignificat, libidinem etiam & concupiſcentiam denotat, & cùm ſæpius* πλεονεξία *reddatur, aliquando etiam* μιασμὸς *vertitur,* Ezek. XXXIII. 31. *ubi idem intelligendum videtur quod* v.29. *per* [*abominationes*] *explicatur.* [b] *Sic in Annotationibus* Bedæ *in* Mat.V.32. *(ubi de unicâ divortii cauſâ* πορνείᾳ *ſermo eſt)* [*Non, inquit, hic intelligitur tantùm fornicatio in ſtupro, quod in alicnis viris & fœminis committitur, ſed omnis concupiſcentia, & avaritia, & Idololatria*] *Hæc ſine dubio ex Græcis Scholiaſtis deſumpta, qui hac in re* ὀπτασίαν, πλεονεξίαν, εἰδωλολατρείαν *repoſuerant, hoc ipſo ſenſu, quo ſingulæ ad* ἀφροσυνοποιίας *carnales pertinebant, Aliter enim à Chriſti dicto* [παρεκτὸς λόγου πορνείας] *procul abſutura ſunt.* [c] *Videatur* Maimonides Moreh Neb.l.III.c.38. *ubi commixtiones, ſeu inciſiones arboris in aliam ſpeciem, prohibitas ait, ut elongemur à cauſis Idololatriæ & fornicationum.*

§.7. Sic & in *Epiſtolâ Barnabæ*, ubi ad ☩ μίλαν & ὀλὸν *viam tenebrarum* (quam priora ad *Gnoſticos* pertinere monſtrant [*Peribit homo habens viam veritatis ſcientiam* (γνῶσιν) *& ſe à via tenebroſâ non continens adhuc*]) referuntur εἰδωλολατρεία, μοιχεία, φόνος (alibi φόνος τέκνων ἐν φθορᾷ) ἁρπαγὴ, παρέβασις, φαρμακεία, μαγεία, πλεονεξία, & ἀφοβία Θεοῦ, quibus viva *Gnoſticorum* imago delineatur.

§.8. Sic & in *Epiſtolâ Polycarpi*, monitum illud p.22. [ut *abſtineatis ab avaritiâ* (πλεονεξίας ſine dubio) *ut ſitis caſti*] cui ſtatim adjicitur, *ſi quis non abſtinuerit ab avaritiâ* (ἀπὸ πλεονεξίας,) *ab Idololatriâ coinquinabitur.* Multos interim, quibus *crux* non placuit, tam *molli*, & delicato, & impuro dogmate, adeò carni & ſanguini gratiſſimo, irretitos eſſe, II.*Pet.*II.18. quis mirabitur?

§.9. *Secundum dogma* (quo præcipuè ἁγλοῖς *ignavis*, & *timidis*, & à *crucis ſcandalo* abhorrentibus ſe conciliabant) his verbis proponebatur, Διαφορεῖν εἰδωλοθύτων ἀπογδομένους, καὶ ἔξω πυ-

ἐξομνυμένους ἀδιαφορίλως ἔχειν, καὶ τοῦ διωγμοῦ καιροὺς, *Interlicita & adiaphora ponendum esse, si quis temporibus persecutionum.* (si à *Paganis* periculum esset) *Idolothyta gustare*, (quoties verò à *Judæis* metueret) *ipsam demum fidem abjuraret.* Sic eorum sententiam descripsit [a] *Agrippa Castor* in *Elencho* suo contra *Basilidem*, Sic & [b] *Irenæus*, *si quis, inquiunt, confitetur crucifixum, adhuc servus est, & sub potestate eorum qui corpora fecerunt; Qui autem negaverit, liberatus est.*

[a] ap. Euſ. l. IV. c. 7.

[b] l. I. c. 23.

§. 10. Illud quidem certum est, *Basilidem* post hæc excidii *Hierosolymitani* tempora, venena sua *Ecclesiæ* propinasse; At & illud constat, ipsum ea antecessoribus suis, & disertè *Simoni* accepta debuisse, Οὐκ ἀπὸ τῆς ἑαυτοῦ ἐννοίας ἐναρξάμενος ἡμῖν τὰ δόγματα ἐξεῦρεν, ἀλλὰ παρά τε Σατορνίλου καὶ Σίμωνος. *Non ille suopte ingenio periculosa, & exitialia dogmata primus excogitabat, sed à Saturnilo & Simone argumenta eorum mutuatus est*, inquit *Epiphanius haer.* XXIV. &, ut semel dicam, semina universæ segetis, quâ postea omnes ferè *Ecclesiæ* χωραὶ, tanquam ad πειρασμὸν tristem, & exitialem ἀλλοκότου, in hac unâ Φιλουμένου Γνώσεως *hæresi* jacta sunt.

§. 11. Quod de *Basilidianis Agrippa*, & *Irenæus*, idem etiam de *Helkesaitis* (ab *Helkai, Trajani* tempore, oriundis) *Epiphanius* notavit, *haer.* XIX. & LIII. ex eorum sententiâ, *Fidem persecutionis tempore abjurari sine peccato posse, modò quis corde eam retinuerit*; Ut & [c] *Eusebius* ex *Origene*, in *Psal.* LXXXII. ὅτι τὸ ἀρνήσασθαι ἀδιάφορόν ἐστι, καὶ ὁ μὴ νοήσας τῷ σώματι ἀρνήσεσθαι ἐν ἀνάγκαις, τῇ δὲ καρδίᾳ ἔχει (non dubitarim legendum esse, ὁμολογήσας τῷ σώματι) i. e. *qui semel ore Christum confessus est, si à confessione ad martyrium vocetur* (illud enim per ἀνάγκας, *necessitates, angustias, extremum scilicet vitæ periculum*, intelligendum est) *illi tunc fidem abnegare licet, modò id corde non fiat.* Quibus concordat illud *Justini* [d] mox producendum, hos nempe qui *Idolothytis* se liberè vesci affirmant, λέγειν Ἰησοῦν ὁμολογεῖν, *se tamen dicere Jesum confiteri*, in *Dial:* cum *Tryph.*

[c] l. VI. c. λη'.

[d] §. 17.

§. 12. Sic de *Prodico*, & *Valentino* ab eâdem hâc stirpe (ἀπὸ τῆς μιᾶς ταύτης Γνωστικῆς ἐπαγγελίας, inquit [e] *Epiphanius, ab hâc magnâ Gnosticorum professione prognatis*) affirmat *Tertullianus* in *Scorpiaco*, ubi *martyrii bonum* ex instituto demonstrat, illúdque ab his *Martyriorum*, quos vocat, *refragatoribus*, dogma recenset, *Non esse palàm confitendum Christum, nec pro eo subeundum Martyrium.*

[e] De Valentin.

§. 13. Imò

§.13. Imò & argumentis eos dogma ſuum fulciendum putaſſe, c. I. *Semel nempe Chriſtum pro nobis obiiſſe, occiſum ſemel, ne nos occideremur, nec ideò à nobis vicem repetendam eſſe, niſi & ille ſalutem de noſtrâ nece expectet, nec* igitur *hîc, aut apud homines confeſsionem conſtitutam, ſed in cœlo,* c.X. *nec* enim *Deum ſanguinem humanum ſitire, nec Chriſtum vicem paſsionis, quaſi ipſe de eâ ſalutem conſecuturus eſſet, repoſcere,* cap.XV.

§.14. Adverſus hos, ille *Diviniſsimus Scriptor* validè & prolixè militat, Primò, à *præceptis* Dei contra *Idololatriam* latis, ducto argumento, c.II. *ex quibus,* inquit, *tota Martyriorum ratio conſtabit,* c.III. dein ex notiſſimo *Johannis* loco ad hanc materiam accommodatiſſimo, *In dilectione timorem non eſſe, timorem ſcilicet, qui negationis author ſit; cùm dilectio, quæ eum foras mittit, ſit animatrix confeſsionis,* c.XII.

§.15. Longum eſſet ex iſto *Scorpiaco,* ſeu contra *Gnoſticorum Scorpios* parato *alexipharmaco,* omnia recenſere. Quæ ipſa ad verbum frequenter imitatur *Beatus Cyprianus. lib.* de *Exhort:* ad *Mart.*

§.16. Iſto imbutos ſemel, & munitos dogmate, *Chriſtum abnegaturos,* ſtatimque, quotieſcunque *Chriſtianis* ἡμέραι πονηραὶ, *dies mali* impenderent, *Fidei* nuntium remiſſuros, quis ſanus dubitaverit? Quod quidem ubique ante excidium *Hieroſolymitanum,* hoc ipſo, de quo jam loquebatur *Chriſtus,* tempore, ſolenniter factum eſt.

§.17. Si à *Paganis* periculum eſſet, *Gnoſtici* illicò *Idolothyta* comedendo ſe coram illis purgabant, contra *Chriſtianos* interim ſe tuentes ex eo, quòd *Idolum nihil* ſit; & contra hoc dogma diſputantem *Paulum* I.*Cor.* VIII. à γνώσεως mentione (φυσιόω quippe γνώσεως) exordium feciſſe videas, v.1. eámque τῇ ἀγάπῃ (*dilectioni* ſcilicet iſti aut *Chriſti,* aut *veritatis Chriſtianæ* II.*Theſſ.*II.10. quam hîc *refrigeſcentem* prævidit *Chriſtus*) opponendam cenſuiſſe, v. 2. cujus geminata itidem mentio eſt v. 7. & 10. Sic de *Gnoſticis Irenæus; Idolothyta contemnere, & nihil arbitrari, ſed ſine aliquâ trepidatione iis uti,* l.I.c.23. ut & ante *Irenæum** *Juſtinus* in *Dial:* cum *Tryphone.* Cùm enim *Judæus* ille *Juſtino* objiceret, πολλοὺς τῶν ἐπὶ Ἰησοῦ λεγόντων ὁμολογεῖν, καὶ λέγεσθαι χριστιανοὺς, ἐσθίειν τὰ εἰδωλόθυτα, καὶ μηδὲν ἐν τούτῳ βλάπτεσθαι λέγειν, *multos eorum qui ſe Chriſtum confiteri dicerent, idolothyta edere, & ſe nihil ex eo detrimenti capere affirmare,* Reſpondet *Juſtinus,* ex hoc ipſo quòd tales eſſent, *Chriſtianos* in fide

*p. 195.

confirmatiores reddi, cùm quæ *Christus* futura prædixerit, [*Surrecturos scilicet multos Pseudochristos &c. multósque deceptu-ros*] sic impleta conspiciant.

§. 18. Si autem à *Judæis* procella oriretur, *Gnostici* itidem statim *fidem abnegare*, se *Judæos* mentiri, & discipulis suis, ut circumciderentur, persuasis, *in carne eorum* ἐυπροσωπῆσαι, *Mosaicæ legis zelum omnem præ se ferre*, *Gal.* VI. 12. καυχήσωνται, *coram ipsis gloriari*, v. 13. diligentissimos se ipsorum disciplinæ observatores venditare, Non quòd ad normam illam, vita, morésque eorum quovismodo amussitarentur, non quòd certò affirmari possit, ipsos *circumcisionem* susceperisse, (nec enim necessum est, ut illud v. 13. [ἀλλὲ γὸ οἱ περιτεμνόμενοι αὐτὸν νόμον φυλάσσουσι] sic reddatur, ut *circumcisos* illos fuisse, magis quàm legem observasse, exinde concludatur, sed sic, ut [ἀλλὲ] integram periodum afficiat [*neque ipsi circumcisi legem servant*] i. e. [*neque ipsi circumciduntur, neque legem observant.*] Quò & illud *Ignatii* spectat, *Ep.* ad *Philadelph*: *Satius est à circumciso Christianismum*, quàm ἀπὸ ἀκροβυστίας Ἰουδαισμὸν, *ab incircumciso (hæretico, aut Gnostico) Judaismum*, i. e. *circumcisionis legem accipere*) sed tantummodo, ἵνα μὴ τῷ σταυρῷ χειτῷ διώκωνται, *ut persecutionem à Judæis, Christianis*, quà legis desertoribus, intentatam evitarent.

§. 19. Id illis aliquandiu satis feliciter, & ex animo ipsorum successisse notârunt antiqui, cùm alii omnes *Christiani*, aut à *Judæis*, aut *Paganis* infestarentur, neminem tamen illorum, aut ὑπὸ Ἰουδαίων διωχθέντα, aut ὑπὸ Ἑλλήνων ἀποκταθέντα, aut *molestiam à Judæis*, aut *à Paganis persecutoribus* mortis supplicium passum esse; Sic de ipso *Simone*, & ipsius sectatoribus, *Gentiles* alloquens, *Justinus*, οὐκ ἐδιώχθητε ὑφ' ὑμῶν, *Apol.* II. *à vobis persecutionem non sunt passi*: & iterum, εἰ τὰ δύσφημα ἐκεῖνα ἔργα μυθολογούμενα φράσητε &c. ἃ γινώσκουσιν, ἀλλ' ὅτι μὴ διώκουσι, μηδὲ φονεύουσιν ὑφ' ὑμῶν, κἂν διὰ τὰ δύσκολα, ὅπερ ἀκούομεν, *An infamia illa, & in vulgus sermonibus sparsa facinora in se admittant, nescimus, Persecutione quidem eos non peti, neque occidi à vobis, ob ipsa etiam dogmata, satis novimus.* p. 54.

§. 20. Hinc illud putarim *S. Petri*, II. *Epist.* II. 1. de his ipsis temporibus, & *Pseudoprophetis* (introducentibus αἱρέσεις ἀπωλείας, *sectas perditionis*, quas ex * v. 10, 12, 13, 14, 15, 18. *Gnosticorum*

* τὰς ὀπίσω σαρκὸς ἐν ὀπιθυμίᾳ μιασμοῦ πορευομένους, & ἄλογα ζῶα γεγεννημένα εἰς ἅλωσιν καὶ φθοράν, & ἐν τῇ φθορᾷ αὐτῶν φθαρήσονται ἐν ταῖς ἀπάταις, & καρδίαν γεγυμνασμένην πλεονεξίας ἔχοντες, & ἐξακολουθήσαντες τῇ ὁδῷ τοῦ Βαλαὰμ, & ὑπερογκα μαλιστα & φθεγγόμενοι ἀλελάζουσιν ἐν ὀπιθυμίαις σαρκὸς, ἐν ἀσελγείαις, &c.

hæreses

hæreses fuisse statim dignosces) verba facientis, ἢ ἀγοράσαντα αὐτὸν δεσπότην ἀρνοῦδς, *eos Christum ipsum, qui sanguine eos suo redemerat*, cum sanguinis sui periculo *confiteri* nolle, sed ingruente calamitate statim *abnegare*, eos interim, cùm saluti suæ, & incolumitati sic consulant, *vitas*, quas sic sollicitè *servare* cupiunt, *disperdere*, junctísque cum *Judæis* manibus, in eandem se cum illis παρανόμειαν præcipitare, (ἐπάγοντ) ἑαυτοῖς ταχινὴν ἀπώλειαν) *subitaneam sibi ruinam accersentes* (eam nempe *Judæis* jamdiu appropinquantem, *Mat.* III 2. & X. 7. & XXIV. 33. *Mar.* XIII. 29. *Lu.* X. 11. & XXI. 30, 31. &c. ut & aliam postmodum funestiorem) ex quâ, qui fidei constanter adhæsurus sit, eum ante omnes evasurum *Christus* prædixerat, *Mat.* X. 22. & XXIV. 13. & *Mar.* XIII. 13. ut & *vitam æternam* in lucro acceptarum. Quò respexisse *Sanctum Barnabam* nullus dubito, cùm de *Gnosticis* verba faciens, eósque cum fidelibus *Christi* asseclis componens, * Ἐν τῇ βασιλείᾳ, inquit, Ἰησοῦ ἐσόμεθα πονηροὶ καὶ ῥυπαροὶ, ἐν αἷς ἡμεῖς σωθησόμεθα, *In regno Christi, mali, & sordidi, aut luctuosi dies erunt, in quibus* (pereuntibus *Gnosticis*) *nos incolumitatem consequemur*, & statim, γινόμενα ἡμῖν ἔσται φανερὰ, ἐκείνοις δὲ σκολιὰ, *nobis quidem lucida, illis tenebricosa obventura sunt.* * p. 227.

§. 21. Idem de temporibus suis *Judas* edixit, v. 4 παρεισδῦσαί τινας, *irrepsisse* tunc in *Ecclesiam nonnullos, gratiam Dei in dissolutam transmutantes, Jesumque solum Dominum suum abnegantes*, quos *Gnosticos* fuisse universa *Epistola* luculenter monstrat; Et de iis disertè dicitur in initio versûs, εἰς τοῦτο τὸ κρῖμα προγεγραμμένοι, *ad hoc judicium præscriptos*, i. e. *prædicente Christo*, & *Apostolis* designatos fuisse.

§. 22. Quid sit illud [κρῖμα] ex prius-laudato *Petri* commate liquebit, nempe ταχινὴ ista ἀπώλεια, *repentina perditio* (vel, ut sequitur, τὸ κρῖμα ἔκπαλαι οὐκ ἀργεῖ, καὶ ἡ ἀπώλεια οὐ νυστάζουσα, v. 3.) quæ *Gnosticos*, quà tales, aliósque, ex mente *Gnosticorum*, saluti suæ sollicitè prospicientes ipsóque, quo se *tutos* sperabant, dogmate se *prodentes*, oppressura erat. Illud * *Eusebius* sub *Claudii* imperio factum narrat, *Simon*, inquit, *transfossus*, & ἡ δύναμις αὐτοῦ παραχρῆμα καταλυθεῖσα ἐσβέσθη, *potentia ejus statim extincta est*, Et * iterum λάθρον εἰς τὸν παντελῆ ἀπολέσθαι, *dicto citiùs penitus extincti sunt.* Idémque *Christus* prænonstraverat, obscuriùs quidem, cùm τὸ συντόμως εἰς τέλος, eos esse peculiariter affirmaret, quibus (τὸ σῴζεσθαι) ista ex *Judaicâ* clade *evasio*, * l. 2. c. 13. * l. 3. c. 2.

seu incolumitas speranda esset; At & luce clarius, *Mat.* XVI. 25. Cùm de *crucis* tollendæ disciplinâ illud adderet, eum, qui *animam* suam *salvam facere voluerit, perditurum esse*, quod de æternâ animæ salute neutiquam dici potuit, cùm eam servandi, aut incolumem præstandi consilium, nullo modo culpabile, aut puniendum fuerit, sed de *vitæ* nimiâ, & cum constantiæ & fidei dispendio conjunctâ, sollicitudine; Idque peculiariter habito respectu ad hunc *Christi* adventum, v. 27. qui, inquit *Christus, quibusdam ibi astantibus* (*Johanni* proculdubio, priusquam *mortem gustaverit*) *spectandus erat*, v. 28.

§. 23. Idem & à *Paulo* distinctè προειρημένον prædictum, seu *præscriptum* fuit II. *Thess.* II. 8. (ut mox dicetur) imò à *Deo* ipso præstitutum, ut πάντας ὅσοι ommes sic explorati, *Fidem Christi* planè desticuerent, sibique funestissimam cladem arcesserent.

§. 24. Huc referendum putârim dictum illud *Apostoli* ad *Galatas*, c. IV. 13. Scitis, inquit, quòd δι' ἀσθένειαν τῆς σαρκὸς εὐηγγελισάμην ὑμῖν τὸ πρότερον, καὶ τὸν πειρασμὸν μου τὸν ἐν τῇ σαρκί μου οὐκ ἐξουθενήσατε, οὐδὲ ἐξεπτύσατε, ἀλλ' ὡς ἄγγελον Θεοῦ ἐδέξασθέ με, &c. Idem planè hîc ἀσθένεια τῆς σαρκὸς, & πειρασμὸς ἐν τῇ σαρκὶ, ut & σκόλοψ λοιδεῖς τῇ σαρκὶ, II. *Cor.* XII. 7. (ex *Ezech.* XXVIII. 24. ubi afflictiones *Israelitarum* sic appellantur, *pungens vepretum*, & *contristans furculus*) & κολαφίζων ἄγγελος ibidem, quos per ἀσθένειαν v. 9. per ἀσθενείας ὕβρεις, ἀνάγκας, διωγμοὺς, στενοχωρίας ὑπὲρ Χριστοῦ v. 10. per omne genus *persecutiones pro Christo* toleratas, explicari videas. Hæ mihi, inquit *Paulus*, *persecutiones* satis cumulatè obtigerunt, cùm *priùs* vobis *Evangelium* prædicarem, & tunc quidem has ob fidem *Christi* perpessiones meas non adeò *aversabamini*, sed me, licet omnigenis *afflictionibus* undique cinctum, ut *Angelum Dei recipiebatis*, &, ut sequitur, vos ipsos *beatos* censebatis, quòd me *talem Apostolum* vobis *Christus* indulserat, ipsique, si opus esset, quodlibet pro me passuri eratis, imò chariſſimos *oculos* vestros ἐξορύξαιτε, aut siquid charius, mihi *daturi*. Jam verò, inquit, post hæc ἀπλεόνων inter vos jacta semina, nulla affectûs hujus indicia, aut reliquias perspicio; Omnia in contrarium mutata, Abdicandus est ille *Apostolus*, ut ἐχθρὸς, v. 16. incolumitati *Galatarum* infensus, qui *Mosaicorum* rituum abrogationem annuntians, *odia* & inimicitias *Judæorum*, tandémque persecutiones discipulis inducit, Illíque soli vos ζηλῶν, præ omnibus diligere putantur, qui nos *excludi volunt, ut soli à vobis diligantur*, v. 17. hi scil: *Judaizantes Gnostici*, c. III. 1. &c.

§. 25. De

§.25. De hâc *Gnosticorum* praxi & dogmate, *Christum in angustiis abnegantium*, *Apostolus* alibi pronunciat, multos nempe inter *Philippenses* eo tempore fuisse, deploratissimæ & toties conclamatæ *sectæ Christianos*, πολλοὺς ἐχθροὺς τ̃ σταυρ̃ τ̃ Χριστ̃, *Phil.* III. 18. *Crucis Christi inimicos*. Sic & *Polycarpus* in *Epist.* ad eosdem *Philippenses*, eorum mentionem facit, p. 23. & τ̃ μὴ ὁμολογ̃ντων τὸ μαρτύριον τ̃ σταυρ̃, *eorum qui martyrium crucis non confitentur*, p. 20. quibus, *Simonis* (τ̃ μάγου τ̃ Σαμάρα) assecla *Gnosticos* notari, sequentia satis monstrant.

§.26. Hâc *inimicorum crucis* φαντασίᾳ, ait * *Tertullianus*, *Basilidiani*, i. e. *Gnostici* innuuntur, qui ἀθλητικὸν ἐνστάσιν exercentes, *quicquam pro Christo pati recusarunt*, Quos ut sequentia [ὅτι ὁ Θεὸς κοιλία, καὶ δόξα ἐν τ̃ αἰσχύν, &c.] *Gnosticos* fuisse monstrant, sic & eorum *finis* ἀπώλεια, v. 19. ut & *Eph.* V. 6. * De Præscript. c. 46.

§.27. Sic cùm *Hebræos* suos contra *mucus ἰΐζαν*, hujus scilicet *Apostaticæ* sectæ venenum, armari cuperet *Apostolus*, *Heb.* XII. 15. statimque adderet [πόρνος, & βέβηλος, ὡς Ἡσαῦ] ad *Gnosticos* eum respexisse mox patebit, quibus permixti, & irretiti *Hebræi fratres*, i. e. *Christianæ* fidei professores, συνοίκησιν suæ tam vili vendebant, ipsam nimirum, ut momentaneæ incolumitati suæ consulerent, *Christi fidem* abnegantes, c. III. 12. aut saltem *cœtus Christianorum* destituentes, c. X. 25.

§.28. De his intelligendus *Plinius*, sub temporibus *Trajani*, *Epist.* X. 97. ubi plures *Christianos* se esse *negantium* species annumerat, *Multorum qui negârunt se esse Christianos, aut fuisse, Deos appellârunt, imagini Cæsaris thure ac vino supplicârunt, Christo maledixerunt*; Aliorum qui *se esse Christianos dixerunt, & mox negârunt, fuisse quidem, sed desiisse*; Aliorum denique qui post *edictum Plinii*, quo *hetæriæ* vetabantur, *cœtus, & conventus, facere desiêrunt*. At de istis plus satis.

Cap. IV.

Gnostici Christianorum infestissimi hostes. Eorum schisma, I. *Joh.* II. 1. & V. 8. *Odium contra fratres. Mordentes, & rixæ*, *Gal.* V. 15. *Phil.* III. 2. κατατομὴ; II. *Tim.* III. 3. *Tit.* I. 20. *Apoc.* IX. 20. πνεῦμα τ̃ πλάνης (*Balaam* Βαλαὰμ *Apoc.* II. 14.) - ἀντιλογίαι κοπὶς, ὀδὰξ τ̃ κατὰ, *Jud.* 11. I. *Pet.* IV. 17. Κρίμα ἀπὸ οἴκε τ̃ Θεῦ. λυκοὶ βαρεῖς.

§.1. A Dillud transeamus, quod tertiò addendum putavit *Christus*, *desertores hostes*, *reliquos stativa Christianos* ad *vicinia* adio *prosecutores* fuisse, ipsisque patefecutoribus ad *suppli-*

cium traditurus. Id enim de *Gnosticis* itidem certissimum est.

§. 2. Orthodoxos omnes, & puros *Christianæ* fidei professores primò deserebant, *unionémque Ecclesiæ* hoc *schismate* disrumpebant, (ἐξ ἡμῶν ἐξῆλθον, inquit *Johannes* I. *Epist.* II. 1. ex *nobis exiverunt*, in *Apostolicæ Ecclesiæ* gremio diutiùs non mansuri) dein disruptâ *unitate*, *Charitatem* omnem erga fratres, i. e. *Christianos* exuebant, I. *Joh.* IV. 8. (ex quo concludit *Apostolus* [ὁ μὴ ἀγαπῶν τὸν ἀδελφὸν] æquivocè tantùm *Gnosticos* dici posse) imò *odio* eos habebant, c. II. 9. (quod de his ipsis *Gnosticis* dictum esse, ex eo quod præcesserat, *criterio*, [ὁ λέγων ἐν τῷ φωτὶ εἶναι &c.] aliísque quamplurimis in *Epistolâ* istâ sparsis, abundè liquet) tandémque ἀλλήλους ἐδακνον καὶ κατήσθιον, *Christianos mordebant & devorabant*, *Gal.* V. 15. ideóque κύνες *canes* appellantur, *Phil.* III. 2. (ut & κύνες λυσσῶντες, *canes rabidi Ignatio*, *Epist.* ad *Eph.*) simúlque κατατομὴν *concisio*, quòd cum se *Judæos*, i. e. *circumcisos*, & *Mosaicæ* ζηλωτὰς *zelotas* mentirentur, minimè tamen legem observarent, sed hâc tantùm φθορέα *Ecclesiam Christi* lacerarent.

§. 3. Hinc ἀπατεῶνες, διάβολοι, ἀνήμεροι, ἀφιλάγαθοι, tandémque προδόται, *proditores* dicti sunt, II. *Tim.* III. 3. Hinc inter carnalia eorum opera, non solùm ἀκαθαρσίαν, & ejusmodi nefanda nomina, sed & (post φαρμακείαν, alium istum χόνων seu *magorum* horum *characterem*) ἐχθρὰς, ἔριδας, ζήλους, θυμοὺς, ἐριθείας, διχοστασίας, αἱρέσεις, φθόνους, φόνους τε, ipsas demum *cædes*, & *homicidia* posita videmus, *Gal.* V. 20, 21. Quorum item mentio, *Apoc.* IX. 20. cum φαρμακείαις, & πορνείαις conjuncta, eosdem respicere videtur. Ut & in *Epistolâ Barnabæ*, διωκταὶ τῶν ἀγαθῶν, &c.

§. 4. Exhinc itidem constabit, quare non solùm τῷ πλάνῃ τοῦ Βαλαὰμ (διδαχῇ dixit *Johannes Apoc.* II. 14. *doctrinam*) *errorem Balaami*, fœdissimam nempe *Moabiticarum* fœminarum constuprationem cum *Idololatriâ* conjunctam, (ad quam, [a] *mercede* conductus *Balaam*, alliciendos & inescandos *Israelitas* [b] monuit, pari modo quo puriores *Fidei* professores ad impuritates suas trahebant *Gnostici*) ut & τὴν ἀντιλογίαν τοῦ Κορὲ, (ob *Apostolorum*, & ἡγεμόνων omnium authoritatem nauci habitam) sed & τὴν ὁδὸν τοῦ Κάϊν, *viam Caini*, *fratrem* suum ideo tantùm, quòd *opera ipsius mala*, fratris autem *bona* essent, jugulantis, his ipsis objici videamus. *Jud.* 11.

[a] μισθοῦ, *Jud.* 11.

[b] ἐδίδασκεν τῷ Βαλὰκ βαλεῖν σκάνδαλον ἐνώπιον τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ, φαγεῖν εἰδωλόθυτα καὶ πορνεῦσαι. *Apoc.* II. 14.

§. 5. Quò itidem respexisse *Petrum* palam est, cùm I. *Epist.* IV. 17. *tempus*, aut opportunitatem τοῦ ἄρξασθαι τὸ κρῖμα ἀπὸ τοῦ οἴκου τοῦ Θεοῦ, quo scilicet puriores *Christiani*, à *Judæis*, & *Gnosticis* mala

mala quæliber passuri erant, imminere affirmavit, aliam mox ἡμέραν futuram prædicens (fatalem istam *Judæis* impendentem diem v. 7.) quâ *Evangelio* Dei ἀπιθοῦσι omnes, *Judæi* unâ, *Gnosticique*, miserandum in modum plectendi erant, v. 18.

§. 6. His adjungendum illud *Justini* * *Quæst.* & *Respons:* ad *Orthod:* ubi cùm quæratur, quomodo iniquum non sit *hæreticos*, qui assequi veritatem non possunt, *pœnis subdere?* Ex *hæreticorum*, qui ante ejus tempora in *Ecclesiâ Primitivâ* exorti fuerant, consideratione sic respondet, *Hæreticis solenne esse contrasentientes condemnare*, ideóque *Hæresiarchas ab Apostolo*, λύκους βαρεῖς λαπος (ovili *Christi*, i.e. *Orthodoxis* omnibus) *graves* nuncupari. * *Quæst.* 4.

Cap. V.

Gnostici ψευδώνυμοι dicti, II. *Cor.* XI. 13. II. *Pet.* II. 1. II. *Tim.* IV. 2. διδασκαλίαι δαιμονίων, ἑτεροδιδασκαλοῦντες, I. *Tim.* VI. 3. *Pessimum Gnosticorum dogma*, πορισμὸν τὸν εὐσέβειαν. φιλαργυρίας *malum* v. 10. *Clemens Alex. de Gnosticis. Justini Testimonium. Christiani à Gnosticis irretiti.*

§. 1. AD quartum à *Christo* pronuntiatum expediendum, paucissimis opus erit. Hos enim è *Simonis* familiâ per *Menandrum*, & *Carpocratem*, aliósque institutos *Gnosticos*, *Pseudoprophetas*, *Pseudodoctores* ubique vocant *Apostoli*. *Pseudapostoli*, inquit *Paulus*, II. *Cor.* XI. 13. μεταχηματιζόμενοι εἰς ἀποστόλους Χριστοῦ, eodem modo, quo *Satanas* in *Angelum* lucis sese transmutat, ψευδοδιδάσκαλοι, II. *Pet.* II. 1. ψευδολόγοι (& πλάσματα πλάνης) I. *Tim.* IV. 2. διδασκαλίας δαιμονίων, *doctrinas* planè *diabolicas*, de *nuptiis non contrahendis*, sed *putidissimis* ἀσκητείαις earum vice *usurpandis*, (non, quod viro magno placuit, sequioris ævi dogmata de *mortuis adorandis*, *nuptiisque Clero* interdicendis) in *Ecclesiam* invehentes: de quibus videatur *Clemens Alex: Strom:* l. III.

§. 2. Sic & ἑτεροδιδασκαλοῦντες I. *Tim.* VI. 3. (à quibus, ut ab *Hæreticis*, abstinendum jubet *Paulus*, v. 5.) multis indiciis se *Gnosticos* esse produnt, eo præcipuè quod πορισμὸν τὸν τῆς εὐσεβείας putarent. Eo enim ipsissimo dogmate continebantur omnia de *Christianis* à *Dominorum* jugo liberandis, v. 1. & *crucis aversatione* toties *Gnosticis* imputatâ, dogmata, (quos ideo τῆς ψευδωνύμου γνώσεως v. 20. ut & τῶν μηδὲν ὀφειλόντων, τετυφωμένων τῷ titulo insignitos videas, v. 4.) ut & φιλαργυρίας malum, *malorum omnium radix* v. 10. & τὸ βάλλειν πωλεῖν v. 9. Quod & *Gnosticis* imprimis objici videas insigni apud *Clementem Al: in Strom:* loco, quem

hic integrum apponi abs re non erit. Πλεῖ γὰρ ἀνθρώπων γνωστικῶν, de *pio & propriè dicto Gnostico*, vero & genuino mysteriorum indagatore, quatenus ille ψευδωνύμως sic dicto opponitur, sic loquitur, Οἶδεν, inquit, *δεῖπνον καὶ ἄριστον τὸ ἀνεξίκακον, καὶ ἡμερῶν τέρψιν, καὶ πεῖναν καὶ δίψαν καλῶς.* Ἐπιμελεῖται δὲ, ὃ δὴ ἔφην, μόνη Ἀφροδίτης. Ἄνλιγα γοῦν δεῖπνα καὶ βίον φιλαργυρίας τε ἁπάσης, καὶ φιλονεικίας, ἐξ ὧν δὴ πᾶσαι ἐπιθυμίαι πηγάζουσι. *Novit ille jejunii enigmata, dierum scilicet quarta & sexta, Ea enim Mercurii, hæc Veneris dies dicitur, Ideóque jejunus & abstinet ille ab amore pecuniæ & voluptatis, ex quibus omnia mala nascuntur.*

§. 3. Post *Paulum* videatur *Justinus*, loco illustri, & prius laudato, in *Dial:* ad *Tryph:* ubi factâ *Gnosticorum* mentione, sub titulo λεγομένων Χειστιανῶν, qui *Idolothytis vescendi libertatem* sibi *vendicabant*, concludit *Justinus*, in his istam *Christi prophetiam* impletam esse, quâ *Pseudochristos*, & *Pseudoapostolos* orituros prænuntiat, πολλὰς ἐπ' ὀνόματι αὐτοῦ πλανήσεις, *qui fidelium multos decepturi erant*. Sic & alibi, *Christum* prænovisse, quæ post *resurrectionem*, & *ascensionem* ejus futura essent, *Pseudoprophetas* nempe & *Pseudochristos* multos in nomine ejus (sub *Christianæ* professionis larvâ) venturos, ἔφη, inquit, καὶ ὅτι πολλοὶ ψευδῆ καὶ βλάσφημα, καὶ ἄδικα ἐν ὀνόματι αὐτοῦ ἀπεργασάμενοι, ἀνθρώπους, καὶ τὰ ἀπὸ ἀνθρώπου πνεύματος καὶ ἀκαθάρτου ἐμπαλλόμενα ἑαυτοῖς διδάσκουσι αὐτῶν, καὶ διδάσκουσι ὑμᾶς νῦν. *Quod quidem impletum est, Multa enim impia & blasphema & injusta sub nomine ejus facto ederunt, & quæ mentibus eorum ab impuro spiritu* (ne eum de *Gnosticis* locutum non esse dubitemus) *diabolo sunt injecta, docuerunt, & etiamnum nunc vrodant.*

p. 195, 196.

p. 241.

§. 4. Quod verò & *Christus*, & ex *Evangelio Justinus* adjicit, hos *Pseudoprophetas* multos fidelium, ipsi ûsque *Christi* gregis partem non minimam, eo ipso (statim post ascensionem *Christi*) tempore secum abrepturos, illud in *Gnosticis* eventum suum sortiebatur. *Christianos* enim per speciosum fidei nomen illectos undique ad eorum castra defeciſſe, καὶ πάντας σχεδὸν Σαμαρεῖς, inquit *Justinus Apol:* II. *pro Christ:* universam fere *Samariam* (*Apostolicæ* prædicationis *primitias*, *Act.* VIII. 14.) & ὀλίγους ἢ καὶ ἐν ἄλλοις ἔθνεσι, *aliarum regionum aliquos iisdem erroribus irretitos esse*.

Cap. VI.

Charitatis refrigescentia, Apoc. II. 4. *Laodicenus tepor, Apoc.* III. 16. *Gnostici in Asiâ, I. Joh.* IV. 17, 18. *explicata. I. Pet.* II. 11, 16, 19, 22. II. *Tim.* III. 4. *Paulina ἀγάπης elogia I. Cor.* XIII. 7. & XVI. 22. *explicata. Eph.* V. 2. & VI. 24.

§. 1. Quintò igitur quod prædixit *Christus* fore, ut *Mosaicæ* disciplinæ *Zelotis, Gnosticisq; Pseudoprophetis*, in *Christianorum* perniciem conspirantibus, & sic in stupendam molem auctâ persecutionum iniquitate, *refrigesceret multorum erga Christum & veritatem Christianam ardentior charitas*, id etiam ubique sub istis temporibus factum constat.

§. 2. Sic *Ephesina Ecclesia πρώτην ἀγάπην ἀφῆκε, primam*, vel quæ primò ab ipsis exercebatur, *charitatem amiserat*, vel *remiserat, Apoc.* II. 4. à priscâ erga *Christum* dilectionis ardore multùm declinaverat, cùm priùs in eâdem & ὑπομονὴν, & κόπον, & ὑπομονὴν (eam quam, si *ad finem duraverit, Mat.* XXIV. 10. coronandam polliceatur) *Christus* deprædicaverat, v. 2.

§. 3. Eundem *Ecclesiæ Laodicenæ* teporem imitabatur, *Apoc.* III. 16. calamitates *Christianæ* professioni undique impendentes ægrè perpessa, *Christóque* igitur monitore indigebat, ut *aurum ex igne πεπυρωμένον* ab *eo emeret*, i. e. dilectionem erga *Christum*, & constantiam quibusvis perpessionibus redimeret.

§. 4. Quamplurima tepidæ hujus, & impuriſſimæ sectæ semina, in istis *Asiaticis Ecclesiis* sparsa fuisse, non solùm *Epistola* ista ad septem *Ecclesias Apoc.* II. & III. conscripta monstrat, sed & idem etiam *Catholica* prima ejusdem *Johannis Epistola* satis manifestè indicat, quâ *Asiaticos*, peculiarem *Joannis* provinciam (τὰς ἀνατολικὰς διοικήσεις ἐκκλησίας, *Ecclesias quæ illic erant, administravit*, inquit *Eusebius* l. III. c. xy'. *Ephesíque*, quæ est harum *Ecclesiarum Metropolis*, diem obiit, ait † *Polycrates* ejusdem *Episcopus*) ut *alexipharmaco*, aut φυλακτηρίῳ sacro muniri voluit, ideóque *charitatis* hujus *perfectæ*, & *Christum*, etiam cùm pericula extrema imminerent, *confessuræ* necessitatem ubique inculcavit. *Perfectus*, inquit, *Christi amor, charitásque*, *nec unum* τῶν ἐναντίων, procul à se arcendum curat, *inter rejectanea*, & *viro Christiano* planè indigna, *æstimat*, I. *Joh.* IV. 18. *In hoc*, inquit, *perficitur charitas* μεθ' ἡμῶν, aut ea quæ inter verè *Christianos* reperitur, aut si cuivis magis placeat, ipsius *Dei* erga nos *charitas*, quæ in eo imprimis consistit, ut nos *Dilectissimo filio* suo conformes

† apud *Eusebium*, l. III. c. xxʹ.

reddat, (τῦτο χάρις ϑεῦ, I. *Pet.* II. 19, 29.) ἵνα παῤῥησίαν ἔχωμεν ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῆ κρίσεως, *ut fidenter Chriſtum confiteamur*, (ſic παῤῥησία ſignificat *Heb.* X. 35.) *in die judicii*, i. e. cùm pro tribunali à *Judæis* ſiſtamur, & à tyrannis ad mortem condemnemur, ὅτι καθὼς ἐκεῖνός ἐστι, κ) ἡμεῖς ἐσμὲν ἐν τῷ κόσμῳ τύτῳ, Qui enim ſic facit, *Chriſtum* ipſum (hîc coram *Procuratoris Pilati tribunali* καλὴν μαρτυρήσασα ὁμολογίαν, *pulchram teſtificantem confeſſionem*, I. *Tim.* VI. 13.) diſertè imitatur.

* I. *Pet.* IV. 7. §. 5. Quod & à *Petro*, ſub iſto * ἤγγικεν δὲ τὸ τέλος πάντων, *appropinquantis omnium finis*, i. e. *excidii*, ſeu παντελείας *Judaicæ* tempore, factum cernimus, qui primâ ad eaſdem *Aſiaticas Eccleſias* deſtinatâ *Epiſtolâ*, à ζαρκικῶν ἐπιθυμιῶν, II. 11. & *libertatis*, quâ *Secta* iſta κακίαν omni genam velabat, mentione, v. 16. ſimúlque de obedientiâ *Magiſtratibus* præſtandâ, non paucis contra eoſdem *Gnoſticos* (vide II. *Pet.* II. 10. *Jud.* 8.) adjectis, pergit ad perpeſſionum *Chriſtianarum* doctrinam, v. 19. & 21. ut & c. III. 15, 17. & c. IV. 16, 19.

§. 6. Hinc de *Gnoſticis* dictum illud, II. *Tim.* III. 4. φιλήδονοι μᾶλλον ἢ φιλόθεοι, *voluptatum magis quàm Dei*, aut *Chriſti amatores eſſe*; nec *Chriſto Jeſu domino noſtro*, *ſed ventri* aut gulæ ſuæ *ſervire*, *Ro.* XVI. 18. Hinc & frequentia iſta apud *Sanctum Paulum* τὴν ἀγάπης *charitatis*, aut *dilectionis*, in ampſitudine ſuâ, tam *Dei*, quam *fratrũ* dilectionem complectentis Elogia, I. *Cor.* XIII. (ſupra omnium *myſteriorum cognitionem*, κ) πᾶσαν τὴν γνῶσιν, *myſticam* nempe iſtam ſcripturarum intelligentiam, v. 2.) ut omnia στέγοντος, & ὑπομένοντος, v. 7. quaſcunque *calamitates* pro *Chriſti* nomine conſtanter toleraturæ, & c. VIII. 1. ut *Chriſtianum* hominem εἰκοδομοῦντος (ita ut vivum *Eccleſiæ*, i. e. *Corporis Chriſti*, membrum, adeóque cum reliquo fidelium cœtu καθηρμοσμένον æſtimetur) & πᾶσαν τὴν γνῶσιν, huic omni, quam ſibi *Gnoſtici* arrogabant, *myſtericorum cognitioni* è diametro oppoſitæ, v. 2 &c.

§. 7. Hinc *cenſurarum* indictio, I. *Cor.* XVI. 22. in eos omnes, qui *Dominum Jeſum Chriſtum non dilexerint*, qui ſcilicet cum *perſecutionum* tempore deſtituerint, ſic ut ἀγαπᾶν & ἀγαπᾶσθαι, *diligere*, & *conſtanter adhærere*, pro eodem ponuntur, *Mat.* VI. 24. Nec enim de interno amore, *Apoſtoli* dictum explicari debet, cùm *interni* affectus, utcunque vitioſi, ſub *cenſuram*, aut *anathema Eccleſiaſticum* non cadant.

§. 8. Hinc adhortationes crebræ, *Eph.* V. 2. περιπατεῖτε ἐν ἀγάπῃ καθὼς κ) ὁ Χριστὸς, *ambulate in charitate*, eâ nempe, quæ ad exemplum,

plum, & ἀπαρνεμένων *Christi*, (II.*Pet.*II. 21. & I.*Joh.* IV. 17.) qui se pro nobis morti tradidit, exigebatur, eaque iterum, quæ *Gnosticorum* ἀναισχυντία, versu tertio delineatæ, opponebatur. Et c.VI.24. *Gratia cum omnibus qui diligunt Dominum nostrum Jesum Christum* ἐν ἀφθαρσίᾳ, eâ quippe *dilectione*, quæ *fide* sanâ, & ὑπομονῇ ex utroque latere munitur, *Tit.*II. 2. quæ *Ro.* XII. 9. ἀγάπη ἀνυπόκριτος dicitur (cùm è contra *hypocrita iniquitatem potiùs*, quam *afflictionem eligere dicatur*, *Job.* XXXVI. 21.) & τῷ ἀπρονοήτῳ τὸ πονηρὸν, *impiorum* hujus *sectæ* dogmatum & factorum *aversationi* præludit, quam denique nulla *Gnosticorum* stratagemata illis ereptura, aut * *corruptura* essent.

* ἀφθαρσία ab α, & φθείρω, unde & φθορὰ quæ *Gnosticorum impurissimis* doctrinis, factisque *ubique attribuitur.*

Cap. VII.

Ἐπισυναγωγὴ ἑαυτῶν ἐκλείπειν, *Heb.*X.33. ἀποστολὴ, v.33. Ἡμέρα ἐγγίζουσα, *Ro.*XIII.11. σωτηρία. *Barnabæ Epistola Mysticis Gnosticorum Scripturæ explicationibus opposita.* Γνώσεως *duplex genus.*

§.1. DE hâc *Christianorum*, sub ingruente ἀνομίας πλημμυρίσης flumine, *refrigescente Charitate*, quædam ulteriùs ἐν παρέργῳ adjici possunt; Exhinc factum esse, ut fidelium aliqui in *confessione Christi* vacillantes, τῶν ἐπισυναγωγὴν ἑαυτῶν *derelinquerent*, *Heb.*X.25. *cœtus* nempe *Ecclesiasticos*, ut incolumitati & securitati suæ consulerent, *paulatim deserentes*, quod ἀποστάλκας dicitur, v.38. eodem modo quo *Petro* objicitur, quod ὑπέστελλε καὶ ἀφώριζεν ἑαυτὸν, φοβούμενος, &c. *subtraxit, & separavit se præ timore Judæorum*, Gal. II. 12. Quâ de re *divinus author Hebræos* suos monendos duxit, eoque potissimum amuleto muniendos, quòd τὴν ἡμέραν ἐγγίζειν, *diem* nempe visitationis, eâdem clade geminos *Christianorum* hostes, *Judæos* & *Gnosticos* æquaturum, jam statim *adfuturum* prævideret. Quo quidem, spei, vel fidei *Christianæ* professores animandi, & persuadendi erant, ne in ultimo jam virtutis stadio deficerent, & post πολλὴν παθημάτων ἄθλησιν, *diutinum perpessionum certamen*, v. 32. τὴν παῤῥησίαν, pristinam *confidentiam*, & *constantiam* abjicerent, v.35. cum, ut inquit *Apostolus*, ἔτι μικρὸν ὅσον ὅσον, ὁ ἐρχόμενος ἥξει, καὶ οὐ χρονιεῖ v.37. ille suorum *ultor* v.30. qui jamdiu *venturus* prædicebatur, statim *sine omni morâ adventum* suum maturaturus esset.

§.2. Quo quidem argumento, ad ingenerandam fessis constantiam accommodatissimo, ad expurgandum *Romanis* suis *Gnosticorum* fermentum, usus est *Sanctus Paulus*, *Ro.*XIII.11. *Et hoc*, inquit,

inquit, *cùm sciatis καιρὸν, opportunitatem*, (ipsum scilicet punctum aut articulum temporis, in quo eos alloquebatur) *νῦν γὰρ ἐγγύτερον ἡ σωτηρία, ἢ ὅτε ἐπιστεύσαμεν, Nunc enim dies ille*, v. 11. quo persecutoribus *Judæis*, seductoribus etiam *Gnosticis* perditio, fidelibus autem, & puris *Christi* confessoribus *evasio*, & incolumitas (sic fonat [a] aliquoties σωτηρία) obventura est, *multò propinquior est, quàm cùm suscepta imprimis fide Christo nomina dedissent.*

[a] *Ecclus.* XL. 1. σωτηρία ἐκλεκτῶν, *à Josua praestita, liberatio electorum ejus*, & σωτηρία ἑτοίμη ἀποκαλυφθῆναι ἐν καιρῷ ἐσχάτῳ, I. Pet. I. 5. & αἰωνίου σωτηρία, II. Pet. III. 15. & κοινὴ σωτηρία, *Jud.* 3. *evasio fidelibus omnibus (ut Israëlitis ex Ægypto*, v. 5. *Loto ex Sodomâ*, II. Pet. II. 7) *obventura, ut &* ἀπολύτρωσις, *Lu.* XXI. 28.

§. 3. Ex hâc δείξει videre est, quàm non pauca sint hujus *Instrumenti* (*Epistolarum* præcipuè *Apostolicarum*) commata, quæ à *Gnosticorum* doctrinis, factisque lucem plurimam acceptura sunt.

§. 4. Et, ut id obiter dicam, *Apostoli Barnabæ*, quæ non ita pridem prodiit, *Epistola*, ex hoc uno *Gnosticorum* charactere, commodè explicari poterit, aliàs (ut complicatum, & prolixum ænigma) certissimam lectoribus *crucem* factura. Isti quippe *Simonis* assecla γνῶσιν, i. e. *Scripturæ sacræ mysticè* interpretandæ facultatem sibi arrogantes, multa *veteris Testamenti mysteria* ad impuros usus suos accommodabant. Sic de illis Polycarpus *Ep. ad Phil.* p. 20. ὃς ἂν μεθοδεύῃ τὰ λόγια τοῦ Κυρίου πρὸς τὰς ἰδίας ἐπιθυμίας, πρωτόκτιστός ἐστι τοῦ Σατανᾶ, & fusè *Epiphanius* in *hær. Gnosticorum.*

§. 5. Hinc *Barnabas* hâc ferè universâ *Epistolâ* suâ, *veteris Instrumenti* loca quamplurima *mysticè* etiam, & *cabalisticè* exposita, (quale illud quod [b] modò ex *Clemente* obiter protulimus) *Gnosticorum* doctrinis opponit, primò ut *Christum* verè *natum*, passúmque probaret, quod à *Gnosticis* negatum, τί λέγει, inquit, ἡ γνῶσις, μάθετε, ἐπιμελῶς δεῖ ἐν ζωῇ μᾶλλον φανερῶς ὑμῖν Ἰησοῦν, *Discite, quid Scientia dicit, Spem scilicet omnem in Jesu in carne manifestando ponendam esse*, & ejusmodi multa. Secundò ut *circumcisionem*, & ritus *Mosaicos* abolitos concluderet, *Deum* enim *comparasse* populum *dilecto* suo, qui in *simplicitate* esset *creditурus*, & *ostendisse omnibus, ut non incurrant tanquam proselyti ad illorum legem, quam Gnostici Judaizantes* observandam contenderunt. Tertiò denique, ut πορνείαν, πολυφθορίαν, ἀκαθαρσίαν omnigenam, à *Leporis, hyænæ, mustelæque* interdictione *Mosaicâ*, fugiendas suaderet, (sic ut *incisionem* arboris in aliam

[b] c. V.

speciem,

ſpeciem, *prohibitam Judæis* affirmat [a] *Maimonides, ut elongentur à cauſis Idololatriæ, & fornicationum*) Quibus ubique Γνῶσις mentionem immiſcet, ejúſque *duplex genus* proponit, *Unum ἐν τῷ φωτὶ*, viam lucis (eandem quæ ὁδὸς ἀληθείας à *Petro* dicitur, II. *Pet.* II. 2. & *Gnoſticis* planè opponitur) & γνῶσιν περιπατῶν ἐν αὐτῇ, *ſcientiam ambulandi in illâ*, & poſtea γνῶσιν δικαιωμάτων Θεοῦ ἐν ὑπομονῇ, *ſcientiam judiciorum Dei in patientia*, per omnia his putidis *Gnoſticis* oppoſitam, Alterum itidem à *ſectatoribus* ipſius Γνῶσιν dictum, ſed eorum qui à *viâ tenebroſâ adhuc non continent*, item τὴν τῆ μέλαν ὁδὸν, σκολιὰν, καὶ κηλίδας μεστὴν, *Nigri, ſeu tenebrarum viam, obliquam & execrationis plenam*, ad quam, inquit, reducenda εἰδωλολατρία, θεομανία, ὕλη, δυνάμεως ὑπόκρισις, ἀπιστία, μοιχεία, φόνος, ἁρπαγὴ, ὑπερηφανία, παράβασις, δόλος, κακία, ἀνδροφθορία, φαρμακεία, μαγεία, πλεονεξία, ἀφοσία Θεοῦ, σπουδὴ τῶν ἀγαθῶν, μισοδίκαιοι ἀλήθειαν, *Idololatria, confidentia, ſublimitas, potentiæ ſimulatio* (ſic *Simon* dixit ſe τινα μέγαν εἶναι, *Act.* VIII. 9.) *deceptio, fornicatio, cades, rapina, ſuperbia, tranſgreſſio* (legum omnigenarum) *dolus, malitia, audacia, magia, intempeſtiva cupiditas, Dei nulla reverentia, bonorum perſecutio, veritatis odium*, tandémque (ut ad hos *Pſeudognoſticos* omnia pertinere dignoſcamus) ὃ γινώσκοντες μισθὸν δικαιοσύνης, (quicquid demum *ſciant*, ait) *juſtitiæ mercedem non ſcientes, Balaamiticis* potiùs (ut *Petrus* cenſuit) accenſendi, qui μισθὸν ἀδικίας ἠγάπησε, *injuſtitiæ mercedem dilexerunt.*

[a] *Moreh Neb:* l. III. c. 38.

CAP. VIII.

Evangelium Gentibus annuntiandum immediatè ante excidium Hieroſolymitanum, Lu. X. 11. Apoſtolorum à Judæis abſceſſio, auſa à Gnoſticis accepta ad Chriſtianos opprimendos.

§. 1. HÆc omnia à nobis adeò fuſè propoſita, quomodo ad *Myſterium iniquitatis*, & *Antichriſtos* (quorum occaſione me huc divertiſſe nondum pœnitet) accommodanda ſint, indicaturi jam ſtatim ſumus, poſtquam illud unicum adjunxerimus, quod quinque iſtis ſubjungendum *Chriſto* videbatur, v. 14. de *Evangelio* nempe priùs *Gentibus* omnibus annunciando; καὶ τότε, inquit, ἥξει τὸ τέλος, tunc ſtatim funeſta iſta & exitialis *Periodus adventura eſt.*

§. 2. Id enim ſemel notandum eſt, *Evangelium* inprimis à *Chriſto*, dein (ex ejus inenarrabili erga hoſtes, & σωτῆρας clementiâ,

mentiâ, & μακροθυμίᾳ) ab *Apostolis*, post *Christi* ἀποδημίαν, *Judæis* primo loco annuntiandum fuisse; ἀρξάμενον ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ, initio ab *Hierosolymis* facto, *Lu.* XXIV. 47. ὑμῖν πρῶτον, vobis primùm, inquit *Petrus*, *Act.* III. 26. & c. XIII. 46. Tandem verò, cùm obstinati & impœnitentes *Judæi*, fidem *Christi*, nuntio solenniter remisso, repudiarent, *Ecce*, inquit *Paulus*, *ad Gentes convertimur*, *Act.* XIII. 46. Sic & *Act.* XVIII. 6. Cùm *Judæi obsisterent, & blasphemarent, excutiens vestimenta, iis dixit, Sanguis vester super caput vestrum, Purus ego, Exhinc ad Gentes profecturus sum.* In quibus proculdubio ad *Christi* dictum, *Luc:* X. 11. respexit *Paulus*, quo, cùm *Judæi* eos non reciperent, *pulverem civitatis vestimentis ipsorum adhærentem excutere jubentur discipuli*, id tantum adjecturi, *sciendum* iis esse, *quòd Regnum Dei* ἐφ' ὑμᾶς ἤγγικεν, *ipsis jam statim instaret*, hoc nempe ad judicandum hostes (nullâ longanimitate emolliendos, aut ad fidem *Christi* perducendos) erigendum *tribunal*; Hanc quippe finalem *Judæorum* obdurationem, eíque consectaneam *Apostolorum* ad *Ethnicos* migrationem, huic fatali & cruento diei præluisuras esse.

§. 3. Quod verò ad *Gnosticos* spectat, quorum descriptioni hanc annuntiati *Gentibus Evangelii* φείσασιν addendam curavit *Christus*, Illud itidem sciendum est, *Gnosticos* hos à purioribus & *Orthodoxis Christianis* jam aliquandiu divisos, & inter *Judæos* (ut incolumitati suæ prospicerent) *Judæos* se esse *simulantes*, nondum tamen apertâ fronte *Christianos* opprimendi occasionem nactos esse (*canésque*, sed adhuc λαθροδήκλας *latenter mordentes* fuisse) donec *Apostoli* solenniter hunc *Judæis* nuntium remisissent; Tunc enim velo omni depositò, ad exscindendos *Christianos*, *Judæis* operas adjunxerunt, & ex professo *Simonem* ἀρχηγὸν, & ductorem suum, *Christo* (ut mox patebit) præferentes, clades, quas potuerunt maximas, *Christiano* nomini intentarunt, (Quod ipsissimum illud erat, quòd versibus ex *Mat.* c. XXIV. tam prolixè à nobis explicatis, prænuntiabatur) & cùm hæc ita se habuerint, τότε, inquit *Servator*, tunc (*illo ipso* temporis articulo) ἦξει τὸ τέλος, *Judæorum*, & cum illis *Gnosticorum pariter clades* expectanda erit.

Cap. IX.

II. *Thess.* II. 1, 2, 3, 4, 5, 6, 7, 8, 9. explicatur, ὁ συναγωγὴ. Ἡμέρα Χριστοῦ. Ἀποστασία *ante ejus adventum futura*, Ἀποστασία *quid significat*, *Act.* XXI. 21. & XIX. 9. *Simon adoratus, ut Deus. Simonis doctrina. Helena. Act.* VIII. 23. πικρίας χολὴ, ורֹאשׁ, Ρίζα πικρίας. *Heb.* XII. 15. ἐν χολῇ, non ἐνοχλῇ. Βάβηλος ὡς Ἡσαῦ, Τὸ κατέχον. *Justinus, Irenæus de Simone. P: Ciacconii Semo Sancus.* Μυστήριον ἀνομίας. Ἐνεργείας. Μυστήριον. Ἀνομία. Μυστήριον, *Ap.* XVII. 5. *Mysteria, τελεταί. Eleusinia sacra.*

§. 1. Ista hactenus præfati, ad rem propositam descendamus, & primò ad *Mysterium iniquitatis*, II. *Thess.* II. 4. ubi res omnis dilucidior futura est, si integer locus brevi *Paraphrasi* illustretur.

§. 2. 1. Ἐρωτῶμεν ὑμᾶς, ἀδελφοὶ, ὑπὲρ τῆς παρουσίας τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ ἡμῶν ἐπισυναγωγῆς ἐπ' αὐτὸν.

Nunc autem, *Fratres*, quod ad notabilem istum *Christi adventum* attinet, eum quidem tam frequenter in *Scripturis* prænuntiatum, quo exscindendam *Gentem Judaicam*, (*Mat.* XXIV. 3.) miseriisque & persecutionibus vestris (à *Judæis* potissimum vobis illatis) figendum terminum præstolamini (videatur *Jac.* V. 7. 8. ubi παρουσία Κυρίου ἐγγίζουσα, per [ὁ κριτὴς πρὸ τῶν θυρῶν ἕστηκεν] explicatur v. 9.) & quem illicò secutura est copiosior ad fidem *Christi* discipulorum *aggregatio* (quæ per [τοῦ ἡμῶν εἰς Χριστὸν ἐπισυναγωγοῦ] intelligi potest) simúlque major cogendorum *cœtuum Ecclesiasticorum* libertas (quam etiam phrasi istâ notatam videmus II. *Mac.* II. 8. & *Heb.* X. 25.) quàm adhuc, sub persecutionum & dispersionum jugo, frui licuit. (Id quod revera sub *Vespasiano* & *Tito Imperatoribus* post *Judæorum cladem Christianis* obtigisse constat, & *Apoc.* V. 10. & VII. 15. innui alibi monstramus) Quod, inquam, ad hanc materiam attinet (id enim voce [ὑπὲρ] eodem sensu quo περὶ non rarò usurpatâ, intelligi debet) *obsecro* vos

§. 3. 2. Εἰς τὸ μὴ ταχέως σαλευθῆναι ὑμᾶς ἀπὸ τοῦ νοὸς, μήτε θροεῖσθαι, μήτε διὰ πνεύματος, μήτε διὰ λόγου, μήτε δι' ἐπιστολῆς, ὡς δι' ἡμῶν, ὡς ὅτι ἐνέστηκεν ἡ ἡμέρα τοῦ Χριστοῦ,

Ne leviter à prius agnitâ (quamque à *Christo* & *Apostolis* accepistis) veritate abripiamini, neque aut à simulatâ quâcunque inspiratione, seu revelatione à quocunque obtentâ, aut à nuntio quovis, tanquam à nobis (seu ore tenus, seu per tabellas in *Epistolâ*) vobis allato, turbari, aut dimoveri vos permittatis, aut exinde vobis persuaderi, hoc esse temporis momentum,

tum, quo diem *Christi* ad ultionem de *Iudaeis* sumendam jam subitò instare putandum est.

§.4. 3. Μή τις ὑμᾶς ἐξαπατήσῃ κατὰ μηδένα τρόπον, ὅτι ἐὰν μὴ ἔλθῃ ἡ ἀποστασία πρῶτον, καὶ ἀποκαλυφθῇ ὁ ἄνθρωπος τῆς ἁμαρτίας, ὁ υἱὸς τῆς ἀπωλείας,

Ne quis hanc vobis fraudem, quæ vobis, fideíque vestræ pessimè cessura est, quibusvis technis faciat; Postquam enim hoc semel animis præsumpseritis, & ut *Apostolicæ* doctrinæ articulum imbiberitis, simúlque juxta spem vestram id vobis non obtingere experti fueritis, futurum est ut de veritate *Evangelii* nostri ancipites vobis curæ, & dubitationes exorituræ sint, simúlque ut malis istis, quæ ubique *Iudæi* vobis interminantur, victi tandem, fessíque labascatis. Sed hoc certissimum habeatis velim, Juxta methodum, & propositæ à *Christo* œconomiæ ordinem, priùs expectandum esse, ut veniat ἀποστασία quædam notabilis.

§.5. Quid per Ἀποστασίαν hic significetur, non libet fidentiùs affirmare; Eâ notari fidelium *Iudæorum* à *Mosaicis* observationibus *abscessum*, *circumcisione* & cæteris *Iudaicis* ritibus insuper habitis vir doctissimus putavit; Sic certè *Act.* XXI. 21. de *Paulo* dicitur, famam esse, ὅτι διδασκεις ἀποστασίαν ἀπὸ Μωσέως τοὺς κατὰ τὰ ἔθνη πάντας Ἰουδαίους, λέγων μὴ περιτέμνειν αὐτοὺς τὰ τέκνα, μηδὲ τοῖς ἔθεσι περιπατεῖν. *Apostasiam* nempe aut *abscessum à Mose* fecisse. Erat & alia, sensu non dissimili, ipsorum *Apostolorum* ἀποστασία, huic affinis. Illorum scilicet à *Iudæis* ipsis ad *Gentiles abscessus*, cùm post prædicatum per urbes singulas *Evangelium*, pertinaces & incredulos *Iudæos* res suas sibi habere juberent, *pulverem* de pedibus suis contra eos excuterent, statímque ad *Gentes*, iis ex professo *Evangelium* enuntiaturi, transirent. Sic *Lucas* vocabulo [ἀποστὰς] usus est, *Act.* XIX. 9. Ὡς δέ τινες ἐσκληύνοντο καὶ ἠπείθουν, κακολογοῦντες τὴν ὁδὸν ἐνώπιον τοῦ πλήθους, ἀποστὰς ἀπ' αὐτῶν, ἀφώρισε τοὺς μαθητάς. De *Paulo* dictum, cùm *Iudæorum* quidam (non pauci) obdurarentur, & *Evangelio* ab eo annuntiato *resisterent*, *coram populo viam* (*Domini*) *convitiis excipientes*. Ab iis, inquit, *abscedens* vel ἀποστὰς, *discipulos separavit*, i. e. ad *Gentiles Asiaticos* se recepit, obstinatis *Iudæis* remisso nuntio, & ab eorum cœtu se planè, suósque separavit, & abstinuit. Quod ut antea à *Paulo* & *Barnabâ*, *Act.* XIII. 46. sic & plenius postea factum legimus, cùm *Iudæis* solenniter vale longum dicens, ad *Gentes* se converteret, *Act.* XXVIII. 28.

§.6. Si

§.6. Si hoc modo intelligi ἀποστασίαν, nimis alienum, aut absonum non videatur, reliqua omnia satis liberè & feliciter fluent. Ex hoc nempe *Apostolorum* facto (cum non tantùm legis *Mosaicæ* abrogationem docuerint *Apostoli*, sed & ipsi à *Judæis* recesserint, & alios ab eorum consortio separandos curaverint, *Heb.* XIII. 13.) consentaneum fuisse, ut *Gnostici* hâc opportunitate arreptâ, *Judæorum* contra *Christianos* rabiem, zelúmque palam excitarent, qualibet inimicitiarum scintillâ in flammam accensâ.

§.7. At si sic de Ἀποστασίας acceptione, non adeò tritâ, contra frequentiorem nominis usum pronunciare, durìusculum cuivis videatur, Restat ut vox ea (interpretatione ex trivio desumptâ) insignem & notabilem aliquam *Christianorum* ad *Gnosticorum* castra factam *defectionem* * quam *Spiritus* (*Christi* scil: *Mat.* XXIV.) ἐπὶ τῶν καιρῶν ἐν ὑστέροις καιροῖς eventuram, designare dicatur, quæ quidem illud ipsum est, quod prædixerat *Christus* [*multos scandalizatum* iri] multos persecutiones, crucémque, simul ac fidem *Christi* refugituros, & πλανοδιδάσκους ἀνομίας, *angescentibus* periculis, & angustiis, quæ *Christiano* nomini jamdiu impenderant, fore ut *dilectio multorum refrigesceret*, & (quod divinus ad *Hebræos* author cavendum monuit) ut non pauci reperirentur, in quibus καρδία πονηρὰ ἀπιστίας sese proderet, ἐν τῷ ἀποστῆναι ἀπὸ τοῦ Θεοῦ ζῶντος, c. III. 12. quos ἀποστολὰς (i. e. ἀποστασίαν facere) ídque εἰς ἀπώλειαν alibi dixit, c. X. 39. Quò & illud spectare videtur, II. *Tim.* I. 15. de *Asiaticis* universis edicente *Paulo*, ἔστιας τοῦτο, ὅτι ἀπεστράφησάν με πάντες, *omnes, uti nosti, aversabantur me, præcipuè Phygellus & Hermogenes.*

* ἀποστήσονται τινες τῆς πίστεως προσέχοντες πλάνοις, &c. I. *Tim.* IV. 1.

§.8. Ut verò hoc adhuc clariùs elucescat, consulatur, si placet, primarium istud *Sancti Petri* de *Simone Mago* effatum, *Act.* VIII. 23. Εἰς χολὴν πικρίας, καὶ σύνδεσμον ἀδικίας ὁρῶ σε ὄντα. Quid hæc πικρίας χολὴ significat ex *Deut.* XXIX. 18. petendum erit; *Ibi Apostasia à Deo Israëlis* facienda sic describitur, ut sit *radix ferens fel & amaritudinem*, ῥίζα φύουσα ἐν χολῇ καὶ πικρίᾳ, reddunt *Septuaginta*; ubi *Heb:* ראֹשׁ, quod χολὴ reddi solet, *herbam venenatam* significat, quæ cum sit eadem πικρὰ, *acerba*, *Apostatæ* cujusvis statum disertè enuntiat, aliis *perniciosum*, quos exemplo & illecebris ad ruinam secum trahit, sibi verò tandem *acerbum* futurum, *Deóque* in præsenti ingratissimum. Hoc utique illud ipsum est, quod de *Simone* pronuntiat *Petrus*, talem illum *Apostatam* esse, qualis à *Mose* describebatur, qui alios secum in perniciem tracturus erat, (ideóque forsan συνδέσμῳ ἀδικίας *iniquissi-*

mè conjurationis, aut *confœderationis* mentio hîc sequitur) & ut χολὴ seu *herba venenata*, cum summâ *amaritudine* conjuncta, multis virus suum infulurus, Quod statim eveniſſe nemo ignorat, *Samariâ* universâ à fide *Christi*, quam à *Philippo* receperant, statim deficiente.

§.9. Hinc & illud (*Heb.*XII.15.) *Apostoli*, contra *Simonis* & *Gnosticorum* venena *Hebræos* suos munientis antidotum, μή τις ῥίζα πικρίας ἄνω φύουσα ἐν χολῇ, ut in *Deuteronomio* legebatur, (non ut codices legunt ἐνοχλῇ, per unius literæ *Metathesin*) *ne qua sit inter vos* (subintellecto verbo [*sit*,] ut in priore versus parte [μή τις ὑστερῶν] necessariò fieri debet) *amaritudinis radix, sursum germinans* in herbam istam venenatam, per quam futurum, inquit, est, ut μιανθῶσι πολλοὶ, *multi polluantur*. Quibus immediatè additur, μή τις πορνὸς, v.16. *nequis fornicator, aut profanus, sicut Esau*, qui διὰ βρώσεως μιᾶς πρωτοτόκια ἀπέδοτο, ut *vitæ* suæ consuleret, ut eam quoquo modo prorogaret, *primogenituræ*, & inter ea *sacerdotii* prærogativas abdicavit. Quibus verbis duo notissima *Gnosticorum* κρίτηρια proponuntur, primum, quo *impuritates* omnimodæ; Secundum, quo, cùm persecutio ingruat, *fidei abnegatio* notatur.

§.10. Post hanc demum defectionem (seu ἀποστασίαν, & κακίαν πονηρὰν ἀπιστίας, *Heb.*III. 12. seu ὑποστολὴν, *Heb.*X. 39.) id etiam consequens erit, ut *Simon Magus*, execrandus ille impostor, hac Sectatorum suorum catervâ stipatus, depositò jam velamento se palàm prodat, & postquam aliquantisper se pro *Christi* discipulo venditaverit, & inimicitias contra fidem conceptas prudenter dissimulaverit, Tunc demum

§.11. 4. Ὁ ἀντικείμενος, καὶ ὑπεραιρόμενος ἐπὶ πάντα λεγόμενον Θεὸν, ἢ σέβασμα, ὥστε αὐτὸν εἰς τὸν ναὸν τοῦ Θεοῦ καθίσαι, ἀποδεικνύντα ἑαυτὸν ὅτι ὅτι Θεός.

[a] *Vide Cyril: Hieros.* περὶ Αἱρέσ.

Se apertâ facie purioribus fidei professoribus opponat, imò divinos honores ipse usurpet, & (se [a] ut *Deum Patrem in monte Sinai* apparentem, ut *Christum Iesum* inter *Iudæos* διαπρὸ versantem, ipsúmque promissum *Spiritum Sanctum* adfirmans) se omni, qui inter *Iudæos* aut *Christianos* agnoscitur, aut colitur, *Deo* opponat, & attollat. (illud est ἀντικείμενος & ὑπεραιρόμενος ὅτι, non ὑπὲρ πάντα, &c. eo sensu quo ὅτι cum *quarto* casu [b] *adversus* significat) adeò ut vero & *æterno Patre* sede suâ dimoto, *Simon* ipse inter sectatores ipsius locum ejus occupet, imò, ex plenissima & uberrima verborum significatione, ὑπεραιρόμενος ὅτι

[b] βασιλεία ἐφ' ἑαυτὴν *adversus* seipsam διαμερισθεῖσα, *Lu.*II. 17.

ὑπὲρ πάντα, *in omnem super-attollens se*, i. e. non *adequans* tantùm sed & de ὑπεροχῇ contendens, *aqualem* aut *comparem* non ferens, à *Samaritanis* ad unum omnibus (πᾶσιν ἀπὸ μικροῦ ἕως μεγάλου) aliisque pluribus, non tantùm ut δύναμις Θεοῦ μεγάλη, *potentia Dei magna*, (quod in tyrocinio deceptoris hujus illi accidisse dicitur *Act.* VIII. 10.) agnoscatur, sed & tandem, post acceptam, & conculcatam *fidem Christi*, v. 23. ut *Summus Deus*, ὑψιμέδων, καὶ ὑπερουσίως καὶ ἀπορρήτως, (simul cum putidissimâ *Helena*, ἐννοίᾳ hujus *primi & Supremi Dei*, ut loqui amabat, ἐννοίᾳ) colatur & adoretur. De *Simone Mago* illud primò occurrit, ante *Philippi* adventum, *Samariâ* nondum prædicatione ejus illustratâ, de eo palàm dictum esse, ὅτι ὁ ἐστὶν ἡ δύναμις τοῦ Θεοῦ ἡ μεγάλη, vel, ut Codex MS: Regius celeberrimus, simúlque *Bezæ* venerandus Græco-Latinus legendum suadent, ἡ δύναμις Θεοῦ ἡ καλουμένη μεγάλη, *Act.* VII. 10. Divina scilicet Potentia vel Majestas ista quæ sub variis aut *Jehovæ*, aut Διὸς, aut *Jovis* nominibus à diversis Nationibus agnoscebatur, ab omnibus verò ut Magnum, aut Maximum, Summum, aut Supremum Numen colebatur. Sic ob claudum sanatum *S. Barnabas Jovis* statim titulo salutatur, *Act.* XIV. 12. Nec igitur mirum videri debere, si post annos aliquot, ab iis saltem, quos ἱκανῷ χρόνῳ μαγείαις ἐξέστησε, veneficiis suis fascinasset, *Act.* VIII. 11. pro supremo Deo agnoscerentur.

§. 12. Consulatur *Justinus Apol:* 2. pro *Christ: Post Christi*, inquit, *ad cœlum ascensionem*, παρεβάλλοντο οἱ δαίμονες ἀνδράσι τισὶ πονηροῖς ἑαυτοὺς εἰπόντες εἶναι Θεοὺς, *Dæmones mortales aliquos in medium produxerunt, qui se Deos affirmarunt*, & hi, inquit, à vobis *Gentilibus* οὐ μόνον οὐκ ἐδιώχθησαν, ἀλλὰ καὶ πολλῆς κατηξιώθησαν, *non solùm nullam persecutionem passi sunt, sed & pluribus honoribus digni æstimati.* Quod de *Simone* & *Helenâ*, & *sectatoribus* ejus latè prosequitur. Sic & post *Justinum Irenæus* l. I. c. 20. *Simon Magus*, inquit ille, *à Claudio Cæsare honoratus esse dicitur, à multis quasi Deus glorificatus est, Docuit semet ipsum esse, qui inter Judæos quasi Filius apparuerit, in Samariâ autem, quasi Pater descenderit, & in reliquis Gentibus quasi Spiritus Sanctus adventaverit. Esse autem se sublimissimam virtutem*, hoc est, *eum qui sit super omnia Pater*, (ὑπεραειμένου ὃν πάντα λεγόμενον Θεὸν) *& sustinere vocari se, quodcunque eum* (*Patrem* æternum) *vocant homines*; Dein *Helenam, primam ejus* ἔννοιαν *generare Angelos, & Potestates, à quibus & mundum hunc factum dixit; Secundum gratiam ejus salvari homines, Judæorum Deum*

unum ex Angelis esse (à Simone creatis) c. XXII. *Ipsum verò Simonem unum Patrem esse, qui fecit Angelos, Archangelos, Virtutes, Potestates; Imaginem ejus factam ad figuram Jovis, & Selenæ (Helenæ* sine dubio) *in figuram Minervæ, hâsque adorari,* c. XXI. Sic & *Tertullianus de Animâ, Simonem Patrem summum à sectatoribus suis vocari.*

§. 13. Taceo notissimam de *edicula*, aut statuâ, *Romæ* in *Tiberi inter duos pontes* constructâ, & *Simoni Deo Sancto* consecratâ, & inscriptâ, historiam, [a] *Justini* quidem, ut & aliorum ferè omnium (*Tertulliani* inprimis & *Irenæi*) antiquissimorum *Patrum* testimoniis abundè firmatam. Quam tamen [b] *Petrus Ciaconius*, fretus marmoreâ cujusdam statuæ basi, Anno MD LXXIV. in *Insulâ Tiberinâ Romæ* refossâ, & *Semoni Sanco Deo Fidio* sacratâ, convellendam putavit; Quasi *Justinus, homo externus*, & *Latina*, inquit, *lingua non admodum peritus*, sic sibi imponi passus fuerit, & caligantibus oculis *Simonem* pro *Semone*, *Deum Sanctum*, pro *Sanco Deo*, pro *Fidio* fallentem, *Imperatori* etiam *Romano* obtruserit, qui sine dubio compertissimi mendacii eum ilicò arguisset, nec eundem denuò errorem, *Tertulliano*, *homini* quidem nec *externo*, nec aut civitatis, aut *linguæ Latinæ imperito*, ut & aliis *Romanæ Ecclesiæ* Scriptoribus errandum porrexisset. Multa ad Ciaconii conjecturam vellicandam dici possent, si istis vacaremus.

[a] *Apol. 2. ad Ant. Imperat. Rom.*

[b] *In Opusc: ante explic: columnæ Rostratæ: vid: Cerdam in Tertull: Apol:*

§. 14. Ut ut illud sit, de affectatis, & assumptis divinis honoribus nullus dubitandi locus est, nec igitur ab *Historiâ*, reíque gestæ veritate procul abesse putabitur, quòd hîc de *Simonis Apostasiâ* dicatur, *eum se supra attollere contra omnem qui Deus dicitur.*

§. 15. 5. Οὐ μιμνῄσκεσθε ὅτι ἔτι ὢν πρὸς ὑμᾶς, ταῦτα ἔλεγον ὑμῖν; Et hoc quidem, si bene meministis, vobis non jam primùm à me dicitur; Sed, cùm apud vos Evangelium prædicarem, jamdudum prænuntiatum est.

§. 16. 6. Καὶ νῦν τὸ κατέχον οἴδατε, εἰς τὸ ἀποκαλυφθῆναι αὐτὸν ἐν τῷ ἑαυτοῦ καιρῷ. Videtis igitur ex prædictis, v. 3. quid illud sit, quod *Simonem* impedit, seu detinet, quò minùs adhuc, depositâ, quam diu induerat, personâ, se *Christianorum* acerrimum hostem palam ostendat; *Legis* nempe *Mosaicæ observatio*, à *Christianis* nondum in universum abdicata, cùm adhuc *cautè ambularent Christiani*, ἐξαγοραζόμενοι καιρὸν, *Eph.* V. 15. ab omni *Judæorum* irritatione temperantes. Nondum enim facta est, ut videtur, ista *Apostolorum* solennis

ſolennis à *Iudæis* ad *Gentes* diſceſſio, quam ὁ πλάνος ille, ut opportunitatem, & horam conſiliis ſuis commodiſſimam, jam brevi futuram præſtolatur. Exinde enim implacabilia *Iudæorum* in *Chriſtianos* odia, & internecinæ ob contemptam legem *Moſaicam* (quæ omne cum *Gentilibus* commercium diſertè prohibet) inimicitiæ orituræ erant. Exinde diſcrimen inter *Iudæos* & *Chriſtianos* manifeſtius futurum, cùm fideles, præcipiente *Apoſtolo*, *Heb.* XIII. 13. ſe ex profeſſo extra *Iudæorum* caſtra, ad fidei purioris profeſſionem, nullis *Iudaicis mixturis* jugulatam, nullis *Moſaicorum rituum* ſarcinis oppreſſam, proriperent; Exinde etiam *hypocriſis Gnoſticorum* (qui quamdiu *Chriſtiani Iudæis* ſe accommodabant, inter *Iudæos* abnegare fidem, inter *Chriſtianos* ſimulare didicerant) aliquando tandem neceſſariò deponenda erat, & aut cum *Chriſtianis* tolerandæ afflictiones, aut cum *Iudæis* inferendæ.

§. 17. 7. Τὸ γὰρ μυστήριον ἤδη ἐνεργεῖται τῆς ἀνομίας, μόνον ὁ κατέχων ἄρτι ἕως ἐκ μέσου γένηται.

Quamvis igitur hoc hominum ἀνόμων genus, non tantùm ſubterraneos & clandeſtinos cuniculos agat, ſed & palam in *Sectam* ab *Orthodoxis* diviſam concurrat, *Simone*, aliiſque ducibus ſuis freum, *hactenus* tamen *ſecretiùs*, & cautiùs hæc omnia moliuntur, nondum *Chriſto* in univerſum abrenuntiare, aut *Iudæis* ſe palam contra *Chriſtianos* adjungere, opportunum cenſentes; Nec enim adhuc ipſis ſuppetebat accuſationum materia, quibus *Iudæos* κατέχειν, bilémq; eorum omnem in *Chriſtianos* evomendam excitare poſſint.

§. 18. Quamprimùm verò illud, quod adhuc *Gnoſticorum* rabiem comprimit, aut coercet, *è medio ſublatum* fuerit (priùs neutraliter dictum, τὸ κατέχον, hîc verò ὁ κατέχων, ſeu ſit ὁ νόμος, *Lex ipſa*, ſeu *Moſaicorum rituum obſervatio*, inter quos primarius cenſebatur, *Iudæos* ἀλλοφύλοις μὴ συγχεῖσθαι, *Ieh.* IV. 9. ne *Iudæi* ad *Gentium conſortium* diverterent) poſtquam derelictis planè & conclamatis *Iudæis*, *Apoſtoli* ad *Gentes* tranſierint, & cæremoniis *Legis* inſuper habitis, diſcipulos ſuos à *Iudæis ſeparandos* curaverint, *Act.* XIX. 9. *Heb.* XIII. 10, 13. *Gal.* c. II, & III, & IV, & V.

8. Καὶ τότε ἀποκαλυφθήσεται ὁ ἄνομος, ὃν ὁ Κύριος ἀναλώσει τῷ πνεύματι τοῦ στόματος αὐτοῦ, καὶ καταργήσει τῇ ἐπιφανείᾳ τῆς παρουσίας αὐτοῦ.

Tunc continuò *Gnoſtici*, exutâ *Chriſtiani* nominis larvâ, ſe palàm oſtentaturi ſunt, *Chriſtianis* graviſſimas perſecutiones (quas per πλανοῦντας ἀνομίαν prædixit *Chriſtus*) illaturi,

illaturi, eôsque ut *Judæis* imprimis exosos reddant, contemptæ universæ *Legis Mosaicæ* incusaturi, *Christianos* etiam quamplurimos, Primò, *Magicis παρεμπλάσεις*; Secundò, variarum libidinum carni blandientium *illecebris*; Tertiò, *liberationis* à quolibet jugo sectatoribus suis promissæ privilegio; Quartò, denique, propulsandarum persecutionum spe, omnibus, qui se circumcidi patiebantur, factâ, quasi tot escarum generibus, ad inquinatissimæ sectæ participationem allecturi. Quos, cùm sic se primùm revelaverint, statim futurum est ut *Deus*, fidelium benignissimus *Pater*, improborum ultor sævissimus, *spiritu oris*, i. e. potentiâ verbi sui, tandémque *fulgore præsentiæ*, aut *adventûs* sui, i. e. illustri istâ in *Judæos* festinante ultione, v. 1. oppressurus sit, *Petro primùm Apostolo* de *Simone Mago* solenniter triumphante, statímque *Romanis Aquilis Mat.* XXIV. 28. ad *Judæorum* simul & *Gnosticorum* excidium convolantibus, eâdem utrosque strage adæquaturis, II. *Pet.* II. 9.

Vide c. III. §. 22.

§. 19. 9. Οὗ δὲν ἡ παρεσία κατ' ἐνέργειαν τῦ Σατανᾶ, ἐν πάσῃ δυνάμει, καὶ σημείοις, καὶ τέρασι ψεύδεσι; Quis verò sit hic ἀνομία, & μυστήριον ἀνομίας, quæ *secta* ista *hypocritica*, consilia sua tantâ caligine obtegens, si cui incertum adhuc sit, Id illi statim manifestum erit, cùm dignoverit *secta ἀρχηγὸν*, *Satanæ* quidem operâ, stupenda prodigia (& quibus ad se multos seducat, mendaciísque suis fidem faciat)

10. Καὶ ἐν πάσῃ ἀπάτῃ τῆς ἀδικίας, ἐν τοῖς ἀπολλυμένοις· ἀνθ' ὧν τὴν ἀγάπην ἀληθείας οὐκ ἐδέξαντο, εἰς τὸ σωθῆναι αὐτούς, &c.

ostentantem, simúlque libidinum escas subministrantem, aliáque quamplurima, quæ perditis quibusque impositura sunt; Ut sic justa *Dei* judicia in *Pseudochristianos*, falsorum dogmatum sectatores, fideíque simul ac constantiæ, & *παῤῥησίας Christianæ* desertores infligantur, *Deo* sic permittente, ut eorum, quæ in terrâ petrosâ aut spinosâ seminata fuerant (licet statim ἐξανέτειλαν) alterum quidem *exorto sole*, i. e. ingruentium *persecutionum* tempore exureretur, & *eò quòd radicem non haberet*, *exarescèret*, alterum item à *sollicitudinibus mundi* hujus, *deceptione divitiarum*, καὶ περὶ τὰ λοιπὰ ἐπιθυμίαις suffocaretur.

§. 20. Ex hâc hujus ἀνόμου, & μυστηρίου ἀνομίας, per prodigia ficta, & impuritates omnigenas sectatoribus suis indultas, descriptione, abundè liquet, de quibus demum hæc omnia intelligi voluerit *Apostolus*; de *Simone* proculdubio, & *Gnosticis*, hâc potissimum mixturâ φαρμακειῶν & ἀσελγειῶν (ubique in *novo Instrumento*,

ſtrumento, & Scriptoribus Eccleſiaſticis) dignoſcendis.

§. 21. Duo interim quæ ad voculas [μυϛήριον & ἐνέργεια] attinent, ſuperaddi adhuc poſſunt, 1. vocem [ἐνέργεια] non in *activo*, ſed *paſſivo* ſenſu, in aliis quibuſque hujus *Inſtrumenti* locis, poſitum eſſe, (Quod alibi fuſiùs à nobis monſtratur) ideóque eodem paſſivo ſenſu reddendum eſſe, [*agitur*] inquit *Caſtellio*, καθανάζει, inquit *Heſychius*, Hæc ſcilicet adhuc μυϛικὴ ἀνομία, ſecreto ſuo gaudens (ἤδη) *jamjam* in promptu eſt, ut ſe poſito velo detegat, poſt unicum è medio ſublatum obicem, id illicò facturæ.

§. 22. Secundò, vocem μυϛήριον (quicquid eâ apud *Authores* notetur) in hoc *Inſtrumento*, rem obtectam quoviſmodo, & velatam ubique ſignificare. In meliorem plerumque ſenſum, pro eo, quod à *Deo* ipſo velatur, & aut *parabolis*, aut *prophetiis* obſcurè & velut per tranſennam aſpiciendum proponitur, *Mat.* XIII. 11. & alibi non ſemel; verùm & in *pejorem* quandoque, pro eo, quod homines impii velandum curant, (præſertim cùm ei vox [ἀνομίας] adjungatur, quâ ex *Hebræorum* more τὸ ἄνομον notari pronum eſt, quâque non levis aliqua à *Lege* aberratio, ſed perditiſſima quæque, ipſâque *peſtilentiæ Cathedra* notari in ſacris ſolet) nefando ſcilicet peſſimorum hominum ſecreto, & (ut I. *Tim.* IV. 2. iidem *Gnoſtici* deſcribuntur) ὑποκρίσει ψευδολόγων, *deceptorum & impoſtorum hypocriſi*, quæ ſub *Chriſtiani* nominis larvâ, *Ro.* XVI. 18. ut & *Cabaliſticis* quibuſque, i. e. *myſticis ſcripturarum* interpretationibus, & involucris παραβολῆς deniq; & δόλῳ, II. *Cor.* IV. 2. plurimis imponens, fœdiſſima quæque velanda, & abſcondenda curabat.

§. 23. Hanc certè *Gnoſticorum* putidiſſimam ſectam, *Roma* itidem ſe latè ſpargentem, hâc ipſâ μυϛηρίου appellatione *Apoc.* XVII. 5. indigitatam eſſe (ut & *Euſebio* μυϛαγωγίαν vel potiùs μυϛαγωγιῶν) hic pluribus monſtraſſe non vacat. Illud certè nemini incognitum eſt, *fœdiſſima* quæq; *Gentilium* ſacra (quæ illi κατ' ἐυφημίαν, τελετὰς ἐποπτείας, & *epoptica ſacra*, *Apoſtolus* veriùs ἀθεμίτους εἰδωλολατρείας, *nefandas*, & *abominandas Idololatrias*, ἀῤῥητοποιΐας omnigenis conſpurcatas, appellandas putavit.) Μυϛήρια *Græcis Latiniſque* ſolenniter nuncupata eſſe, adeóque iſtis *Gnoſticorum* ἀσυλογίαις & μυσαγωγοῖαις (τοῖς χρυσῷ ἐπ' αὐτῶν γινομένοις, *Eph.* V. 12.) eandem ſine injuriâ appellationem accommodari potuiſſe, ſic ut poſt βδελυγμάτων καὶ ἀκαθάρτητος πορνείας αὐτῆς mentionem, quibus *plenum poculum* geſtare *coccinea mulier* dicitur, ſtatim ſubnectatur, καὶ ἐπὶ τὸ μέτωπον αὐτῆς ὄνομα γεγραμμένον, Μυϛήριον, &c. At de iſtis plus ſatis.

Cap. X.

Antichriſti I. *Joh.* II. 18, 19, 20, 21, 22. *Ignatii teſtimonium de Gnoſticis Antichriſtis, ut & Polycarpi. Nominis notatio.*

§. 1. His poſitis, paucioribus nunc explicanda reſtant *Johannis* de *Antichriſtis* commata, I. *Joh.* II. & IV. ad eandem ſine dubio materiam pertinentia. Et primùm de I. *Joh.* II. ubi poſt obſcuras non paucas *Gnoſticorum* mentiones, phraſéſque quibus eos circumloquitur, v. 3. & 4. (ut ὁ λέγων ἔγνωκα αὐτὸν, v. 4. ὁ λέγων ἐν αὐτῷ μένειν, v. 6. ὁ λέγων ἐν τῷ φωτὶ εἶναι), & tamen ἀδελφὸν μισῶν, v. 9.) tandémque poſt notiſſimam *triada*, quæ apud *carnales* iſtos congerrones utramque paginam implebat, *cupiditatem carnis, cupiditatem oculorum, & ſuperbiam vitæ*, v. 16. ſtatim addit,

18. Παιδία, ἐσχάτη ὥρα ἐστὶν, καὶ καθὼς ἠκούσατε, ὅτι ὁ Ἀντίχριστος ἔρχεται, καὶ νῦν Ἀντίχριστοι πολλοὶ γεγόνασιν, ὅθεν γινώσκομεν, ὅτι ἐσχάτη ὥρα ἐστίν.

Ex hâc deceptorum & πλάνων frequentiâ, *Eccleſias* ubique infeſtante, ſatis, fratres mei, manifeſtum eſt, iſtum *Chriſti*, ad ultionem de *Judæis* capiendam, venturi diem jam planè inſtare. Cùm enim ipſe prædixiſſet *Chriſtus*, *Mat.* XXIV. fore, ut ante obſidionem *Hieroſolymæ*, v. 15. multi *Pſeudoprophetæ* exurgerent, v. 11. ſe *Chriſtos* ſimulantes, ſimúlque veræ & genuinæ, quam *Chriſtus* edocuerat, *puritati*, & conſtantiæ pro viribi ſuâ adverſantes, tandémque *Chriſtianis* ipſis peſſima quæque intentantes, adeò ut *Antichriſti* κατ' ἐξοχὴν, i. e. *mendaciſſimi* deceptoris, ſimul & infeſtiſſimi *Chriſto* hoſtis titulus, iſti hominum generi apprimè competat, Illud nunc abundè impletum videmus; Multos quippe ubique *Pſeudoprophetas* eſſe, *Chriſtum* in carne ἐληλυθότα *negantes*, & ſic univocè & propriè *Antichriſtos* appellandos, *Simonis* nempe *Sectatores*, eum, ut *Chriſtum*, inter *Judæos* apparuiſſe, οὐκ ἐν σαρκὶ ἀλλὰ δοκήσει affirmantes (videatur *Cyrillus Hieroſ.* Κατήχ.) ex quibus *diem iſtum* funeſtum propediem *adfuturum dignoſcimus*.

§. 2. 19. Ἐξ ἡμῶν ἐξῆλθον, ἀλλ' οὐκ ἦσαν ἐξ ἡμῶν, εἰ γὰρ ἦσαν ἐξ ἡμῶν μεμενήκεισαν ἂν μεθ' ἡμῶν, ἀλλ' ἵνα φανερωθῶσιν ὅτι οὐκ εἰσὶ πάντες ἐξ ἡμῶν,

Hi *Pſeudoprophetæ* ita de *Simone*, & de *Chriſto* pronuntiantes (quales ex ejus ſimilitio, *Cerinthus*, *Menander*, & *Gnoſtici*) inter nos aliquando verſati ſunt, *Chriſto* nomina dedêrunt, ſed nunc ſeparatione à nobis factâ, plus ſatis monſtrant, ſe finceros *Chriſtianæ* fidei profeſſores non fuiſſe, ſed quamdiu inter nos fuêrunt, *hypocritas*, &

& *Pseudochristianos*; Si enim ad familiam *Christi* genuinam pertinuissent, nos, sine dubio, qui in fide *Christi* inconcussi persistimus, neutiquam defecissent; ut verò hæc eorum hypocrisis omnibus innotescat, & amoto pii nominis velamento, ipsorum impietas palam fiat, Hoc illis ritè accidisse videtur, ut *Simonem Christo* nostro opponant, & se nobis infestissimos profiteantur. Εἰ γὰρ ἐκ πατρὸς κλάδοι, οὐκ ἂν ἦσαν ἐχθροὶ τῷ σαρκὶ τοῦ Χριστοῦ. *Si genuini Patris rami, aut propagines fuissent, inimici crucis Christi non fuissent*, ait de his ipsis *Simonis* assectis *Ignatius*, ad *Trallenses*.

§. 3. Hæc omnia de *Simonis Sectatoribus* interpretanda esse si quis dubitet, adeat *Clementem Alex: Strom:* I. III. qui *Gnosticis* hunc ipsum versum applicandum affirmat, ἢ τὸν Ἀντίχειστον πολλοὶ γινόμενον, &c. Adeat & *Cyrillum Hierosol: Cat:* VI. p. 134. ubi de *Simone* verba faciens, *De eo*, inquit, *scriptum est*, ἐξ ἡμῶν ἐξῆλθον, ἀλλ' οὐκ ἦσαν ἐξ ἡμῶν, quibus addit *Barocianus Codex Manuscriptus*, εἰ γὰρ ἦσαν ἐξ ἡμῶν, μεμενήκεισαν ἂν μεθ' ἡμῶν. Sic ut versus hic, adeóque locus integer ad *Simonem*, & *Gnosticos*, hujus itidem satis antiqui, & non contemnendi *Authoris* judicio, referendus sit.

§. 4. 20. Καὶ ὑμεῖς χρίσμα ἔχετε ἀπὸ τοῦ ἁγίου, καὶ οἴδατε πάντα.

Isti se *Gnosticos* vocant, & præ aliis perfectissimos *Dei cognitores* gloriantur. At testimonium illud illustre, quod per *Spiritum* è cœlo loquentem *Christo* ejúsque *Evangelio* datum est, *Matt.* III. *Act.* II. & per nos, qui vidimus & audivimus, vobis communicatum est, eam certè veritatis cognitionem & certitudinem animis vestris ingeneravit, ut ipsi veriùs *Gnostici* dici possitis, qui fidem vestram, ipsorum ψευδοδιδασκαλίαις satis contrariam, ipso *Dei* testimonio confirmatam habetis.

§. 5. 21. Οὐκ ἔγραψα ὑμῖν ὅτι οὐκ οἴδατε τὴν ἀλήθειαν, ἀλλ' ὅτι οἴδατε αὐτὴν, καὶ ὅτι πᾶν ψεῦδος ἐκ ἀληθείας οὐκ ἔστι.

Ad vos igitur ego hæc jam scripsi, non quòd *scientiâ* ex eorum officinis petendâ vobis opus sit, sed quòd diviniori planè γνώσει muniti, me tantùm *Monitore* indigeatis, ut mendaciis eorum unicam *Evangelii* doctrinam objiciatis.

§. 6. 22. Τίς ἐστιν ὁ ψεύστης, εἰ μὴ ὁ ἀρνούμενος, ὅτι ὁ Ἰησοῦς οὐκ ἔστιν ὁ Χριστός; οὗτός ἐστιν ὁ Ἀντίχριστος, ὁ ἀρνούμενος τὸν πατέρα καὶ τὸν υἱόν.

Ille autem ante omnes *Pseudopropheta*, ψευδοδιδασκαλος, aut πλάνος habendus est, ipsiúsque τὸ (κατ' ἐξοχὴν) Ἀντιχρίστου nomine (qui II. *Ioh.* 7. per πλάνον effertur) insigniendus, qui *Messiam* tandiu omnibus expectatissimum, *Ie-*

sum esse negat, vel qui *non confiteatur Iesum Christum* ἐν σαρκὶ veniſſe, II. *Ioh.* 7. Quod de *Simone* veriſſimè hîc dicitur, cùm ille, ut ſe *Chriſtum* ſimularet, ἐκ ἐν σαρκὶ (vel ut *Cyrilli* codex *MS. Barocianus* legit ἐνσώμως) ſed ſolùm δοκήσει *Chriſtum* hîc in terris fuiſſe pronuntiaverit.

§. 7. Sic in *Epiſtolis Ignatii* ubique mentio eſt *Chriſti*, ἀληθῶς ὄντα ἐκ σάρκα, *verè exiſtentis ſecundum carnem*, &c. γενομένου ἀληθῶς, καθηλωμένου ἀληθῶς ἐν σαρκὶ, & ἀληθῶς ἔπαθεν, ἀληθῶς ἀνέστησεν, ὡς δ' ἄσαρκά τινες λέγουσιν, τὸ δοκεῖν αὐτὸν πεπονθέναι, Et εἰ δὲ τὸ δοκεῖν ταῦτα ἐπράχθη, &c. Et οἵτινες ἀγνοοῦντες ἀρνοῦνται αὐτόν, Et Κύριον βλασφημεῖ, μὴ ὁμολογῶν αὐτὸν σαρκοφόρον, ὅδε τοῦτο μὴ λέγων, πλείως αὐτὸν ἀπίστηκεν, *Dominum blaſphemat, cùm non confiteatur eum carnem geſtare, Qui verò hoc negat, perfectè eum abnegavit.* Hæc omnia ſimul poni videas in unicâ ad *Smyrnenſes* (iſtam *Aſiæ* notiſſimæ *Iohannis* provinciæ *Eccleſiam* primariam) conſcriptâ *Epiſtolâ*; Aliáque ejuſdem characteris, in pleriſque Θεοφόρου *Martyris* ſcriptis, adverſus hujus *ſectæ* virus, antidota ubique ſparguntur.

§. 8. Quiſquis igitur venenis iſtis imbutus, talia de *Chriſto* docet, ille quidem *Deum* ipſum, qui *Chriſto* de cœlo teſtimonium præbuit, *negâſſe* cenſendus eſt. Quod & à *Simone* abundè factum, qui πρῶτος ἐτόλμησεν (ait *Cyrillus*) primus auſus eſt jactare ſe eum eſſe, qui in monte *Sinai* ſub ſpecie *Patris* apparuit.

§. 9. Nihil ſanè manifeſtius dici potuit; Hunc ſcilicet *Gnoſticorum* gregem (mendaciſſimos *ſeductores*, qui à *Chriſto*, cui primùm nomina dediſſent, deficientes, *Simonémque* ductorem ſuum pro *Chriſto* venditantes, ſe univerſæ jam fidei *Chriſtianæ* opponebant, ídque immediatè ante *Judaici* excidii tempus) pro *Pſeudodoctoribus*, & *Antichriſtis*, à *Chriſto* prænuntiatis, habendos eſſe; Imò ipſum illum celebertimum *Antichriſtum*, per aliquot annos in *Eccleſiâ* expectatum, in *Simone*, & hac *Gnoſticorum* colluvie reperiendum eſſe.

§. 10. Sic cùm *Polycarpus* in *Ep: ad Philip:* p. 20. *Antichriſtum*, juxta hanc *Iohannis* definitionem, deſcripſiſſet, [Πᾶς γὰρ ὃς ἂν μὴ ὁμολογῇ Ἰησοῦν Χριστὸν ἐν σαρκὶ ἐληλυθέναι, Ἀντίχριστός ἐστι, καὶ ὃς ἂν μὴ ὁμολογῇ τὸ μαρτύριον τοῦ σταυροῦ, ἐκ τοῦ διαβόλου ἐστὶ, *Quiſquis Chriſtum in carne veniſſe negat, quiſquis teſtimonium crucis non confitetur, is pro Antichriſto, & Diaboli filio cenſendus eſt*] ſtatim addit, Καὶ ὃς ἂν μεθοδεύῃ τὰ λόγια τοῦ Κυρίου πρὸς τὰς ἰδίας ἐπιθυμίας, καὶ λέγῃ μήτε ἀνάστασιν, μήτε κρίσιν [1], ὅτος πρωτότοκός

ἐστι

ὅτι τῷ Σατανᾷ, *Et qui Eloquia Domini ad ſuas cupiditates convertit* (ut *gratiam Dei εἰς ἀσέλγειαν μετατιθέντες*, *Jude* 4.) *Et dicit nec reſurrectionem, nec judicium eſſe, ille primogenitus Satanæ eſt.* Quo titulo *Simonem Magum*, & *Gnoſticos* ab antiquis *Patribus* inſignitos eſſe, omnes nôrunt.

§. 11. Quod verò ad ipſum nomen attinet, ſatis apparet *Antichriſtum* dici, qui ſe *Chriſtum* ſimulat, Ψευδόχειστον (qualis directè *Simon*, ſe ἐξ Ἰουδαίοις ὡς Χειστὸν Ἰησοῦν φανέντα affirmans) ideóque *Hæreticis* his, ἅμα πάντα ſimul, & τὸ Ἀντιχείστου titulum affigi, II. *Ep. Joh.* 7. Ex quo adhuc manifeſtius erit (quod jamdiu contendimus) eos, quos ſub titulo *Pſeudoprophetarum Mat.* XXIV. 10. præſignificavit *Chriſtus*, hîc in prophetiæ iſtius completione per *Antichriſtum*, aut *Antichriſtos* deſignari, eóſque pari modo *Chriſto* opponi, quo μυστήριον ἀνομίας apud *Paulum*, modò explicatum, vel μυστήριον ἀσεβείας apud *Epiphanium* (clandeſtini contra *Chriſtum*, & *pietatem*, at præcipuè *puritatem* omnem *cuniculi*, & inſidiæ, *fœdiſſimis*, ſed & *myſticis*, quæ dicuntur, *ſacræ Scripturæ* interpretationibus innixi) τῷ μεγάλῳ τῆς θεοσεβείας μυστηρίῳ adverſabantur.

CAP. XI.

I. *Joh.* IV. 1, 2, 3. *Explicata.*

§. 1 FEſtinamus ad quartum caput.

1. Ἀγαπητοὶ, μὴ παντὶ πνεύματι πιστεύετε, ἀλλὰ δοκιμάζετε τὰ πνεύματα, εἰ ἐκ τοῦ Θεοῦ ἐστιν, ὅτι πολλοὶ ψευδοπροφῆται ἐξεληλύθασιν εἰς τὸν κόσμον.

Multi ſunt, Dilecti, ſibíque ſatis contrarii *Spiritus*, quibus freti homines, ſe pro Prophetis, aut doctoribus jactitant, non omnes quidem à *Deo* profecti, ideóque ſinguli à vobis, habito examine, explorandi, an à *Deo* ſint; Id enim à *Chriſto* prædictum, quod hodie accidiſſe experimur, ſub hâc tempeſtate multos *Pſeudoprophetas*, *Chriſto* palàm adverſantes, ſéque pro *Chriſto* venditantes, in mundum exituros eſſe.

§. 2. 2. Ἐν τούτῳ γινώσκετε τὸ πνεῦμα Θεοῦ, πᾶν πνεῦμα ὃ ὁμολογεῖ Ἰησοῦν Χειστὸν ἐν σαρκὶ ἐληλυθότα, ἐκ τοῦ Θεοῦ ἐστί.

Et in hoc prophetarum aut *Doctorum* explorandorum negotio, illud inprimis diſquirendum eſt, an qui ſe afflatos prædicant, *Chriſtum* noſtrum *verè* in carne veniſſe, & *verè* crucifixum eſſe confeſſuri ſint, idque cùm *confeſſio* fidei noſtræ tantis undequaque

persecutionibus impetatur, Qui enim *fidem Christianam* inter tot pericula à *Judeis* ei impendentia propugnaturus est, & non corde tantùm crediturus, sed & ore confessurus est, is proculdubio, ut verus *Dei* propheta recipiendus erit.

§. 3. 3. Καὶ πᾶν πνεῦμα ὃ μὴ ὁμολογεῖ τὸν Ἰησοῦν Χριστὸν ἐν σαρκὶ ἐληλυθότα, ἐκ τοῦ Θεοῦ οὐκ ἔστι, καὶ τοῦτό ἐστι τὸ τοῦ Ἀντιχρίστου, ὃ ἀκηκόατε ὅτι ἔρχεται, καὶ νῦν ἐν τῷ κόσμῳ ἐστὶν ἤδη. Quisquis autem *Jesum Christum* non agnoscit in *carne* verè veniſſe, ſed, ut *Simon*, δοκήσει ſolùm, is ſe ſtatim monſtrat à *Deo* miſſum non eſſe; nec igitur vel ut *nuntius Dei*, vel ut *propheta* recipiendus eſt. Tali autem *Spiritu Antichriſtum* illum actum ſcimus, quem *Chriſtus* ante cladem *Hieroſolymitanam* venturum prædixit, *Sepedonas* ſcilicet, & carcinomenta iſta notiſſima, impuriſſimam *Gnoſticorum* ſectam, de quibus c. II. verba facta ſunt, & à quibus hodie *Eccleſiam Chriſti* tam inclementer tractatam, & infeſtatam experimur.

CAP. XII.

Hæc omnia ut Presbyteranis non faveant. Omnia completa ante excidium Hieroſolymitanum. Myſterium ἀνομίας revelatum. Ἀντίχεις Θ ἤδη νῦν, *Johannis ævo. Epiſcopatus Gnoſticis nihil debuit.* II. Pet. II. 10. Δόξας βλασφημεῖν. Ἀγιλογία Κορὲ, Ἰουδαϊσμίας arrogatio. *Apoſtolos in ordinem redigere volunt Gnoſtici,* ἀνυπόταχτοι, Tit. I. 10. *ſe Epiſcopis præferentes. Ratio cur Ignatius tam magnificè de Epiſcopis locutus ſit. Marci ſectatores ſe Apoſtolis præferentes. Paræus de Thebuthi. D. Blondellus de impugnata Θεοῦ μοναρχίᾳ. Antichriſtus non ſic. Gnoſtici multa à Paganis, multa à Judæis deprompſêre. Blaſphema quæque de Simone dixêre. Iidem Antichriſti I. Joh. II. & Antichriſti c. IV. Ebionitæ. D. Blondelli concluſio infirmiſſima.*

§. 1. HÆc cum ita ſint, mirari ſatis nequeo, quâ tandem ratione tria hæc *Scripturæ* commata à *Presbyteralis* paritatis aſſertoribus ad rem ſuam accommodari potuerint.

§. 2. Hoc enim inprimis certiſſimum eſt, iſtam Χριστὸν ἡμέραν *Paulo*, ἐφάπαξ ἅπαξ *Johanni* ſolenniter nuncupatam (*excidium* nempe *Hieroſolymitanum* ſub *Veſpaſiano*, & *Tito Imperatoribus*) ante *Johannem* denatum, hoc eſt, ævo *Apoſtolico* obtigiſſe.

§. 3. Illud dein æquè indubitatum eſt, h[illegible] quicquid fuerit ἀνομίας μυστήριον, aliquandiu *myſterium* fuiſſe, clam aliquandiu delitescens, idque ἤδη, inquit *Paulus*, cùm ea ſcriberet, poſtea verò *revelatum* eſſe, utrumque autem (*Chriſto* prænuntiante) ante fatalis hujus diei adventum; Imò *Antichriſtum*, ἤδη, & (ne ſemel tantùm

tantùm dicatur) ἤδη νῦν ἐν κόσμῳ ἐστὶ, *jam nunc in mundo eſſe*, cùm ea *Johannes* ſcriberet.

§. 4. Ex quibus oculato cuivis manifeſtum erit, 1. *Epiſcopatum*, ſi is in *Eccleſiâ Antichriſto* præluſerit, & *operame*, (ut vulgò redditur) *Myſterio iniquitatis* in *Eccleſiam* irrepſerit, ſine dubio ſub *Apoſtolicis* temporibus extitiſſe, Quo uno extra dubium poſito, univerſa *D: Blondelli* machina ſtatim concidit, qui ſub *Apoſtolis* tam principalibus, quam adlectis, *Presbyteros* compares *Eccleſiam* quamlibet gubernaſſe, tandémque ſub fine *ſecundi* à *Chriſto* nato ſeculi, *Epiſcopatum* (*Presbyteratu* ſuperiorem) πρωτοκλισίαν τάξιν fuiſſe ſtatuit, & ad id monſtrandum omnem operam ſuam impendit.

§. 5. Verùm & illud ſecundò adjiciendum eſt, quòd, cùm hæc omnia ab *Apoſtolis* de *Myſterio* ἀνομίας, & *Antichriſto* enuntiata, in *Gnoſticorum* ſectâ eventum ſuum ſortita fuiſſe demonſtratum ſit, nihil tamen inter omnia patrum ſcripta (quibus *hæreſis* iſta ſatis *graphicè* depingitur) reperiri poſſit, quod *Epiſcoporum* ordinem *Gnoſticis* placuiſſe, aut ab eorum *hæreſi* augmentum quoviſmodo, nedum originem, ſumpſiſſe arguat; Imò è contra *Sanctus Petrus*, & *Judas*, hos τολμητὰς, & αὐθάδεις, *audaces*, *ſibique placentes* hæreticos, δόξας blaſphemâſſe pronuntiant, nec ſolum χυεώσεις omnem ἀνθίσεως, & ἀφορισμοῦ, ſed & τῇ ἀντιλογίᾳ Κορὲ inſiſtentes, perditionem ſuam maturâſſe.

§. 6. Quid ſit δόξας βλασφημεῖν (quatenus *Gnoſticis* tribuitur, II. *Pet.* II. 10. & *Jud.* 8. ſi non ſit *Apoſtolis*, & *Eccleſiarum* πρωτόκλισιν tunc viventibus ſe ſic ex diametro opponere, ut per ἀντιλογίαν Κορὲ explicatiùs reddi poſſit, Ego me fateor conjecturâ aſſequi non poſſe: Quid vero *Coræ* (& ipſi quidem *Levitæ*) ſociiſque ſuis vitio verteretur, manifeſtum erit, ſi rei geſtæ hiſtoria, *Num.* XVI. conſulatur.

§. 11. Cùm *ſteriſſent contra Moſem & Aaronem*, (non *Moſem* tantùm, ſed & *Aaronem*, ut hîc non χυεώσεις tantùm ἀνθίσεως, ſed & βλασφημίας δόξας) *dixêrunt*, *ſufficiat vobis* (vel, minium eſt) quod vobis *uſurpandum* putatis, *cùm tota congregatio ſancta ſit, unuſquiſque eorum, & in ipſis ſit Dominus, cur elevamini ſuper populum Domini?* Sic nempe opinante *Core*, φιλοπρωτείαν *Moſi* in *cœtu*, *Aaroni* in *tabernaculo* vitio vertendam eſſe. Cùm ſine dubio ſanctior fuerit *Moſis ſententia* de his opinatoribus pronuntiata, v. 7. *Multum erigimini, filii Levi, Num parùm eſt vobis, quòd ſeparavit vos Deus Iſraël ab omni populo, &*

junxit

junxit sibi, &c. quin vobis etiam Sacerdotium vendicetis? v. 10.

§.12. Hæc ἀρχιερωσύνης arrogatio (vel ἰσοτιμίας *inter omnes filios Levi vendicatio*) fuit, ut *Mosi*, &, ex eo, *Judæ* videtur, ἀνηλογία κορὲ, Et hanc quidem dicam, non solùm à *Judâ*, sed & ab aliis *Apostolis*, *Gnosticis* impingi videas; utpote ipsos ubique *Apostolos* (aliis in *Ecclesiâ* omnibus à *Christo* prælatos) in ordinem redigi volentibus. Hinc est quòd dignitatem suam tam strenuè tueatur *Paulus*, I. *Cor.* IX. *Apostolatûs* privilegia sibi vendicans, v. 1. & id, postquam cum *Gnosticis* rem habuisset, integro c. VIII. Quod & ad *Galatas* facit, c I. unde etiam cùm de his ματαιολόγοις, & φρενα πάταις *Titum* monendum censeret *Apostolus*, *Tit.* I. 10. eos in initio versus ἀνυπόταλτους nuncupat, statímque τοὺς ἐκ περιτομῆς, & v. 11. ὅλους οἴκους ἀνατρέπουσας, & διδάσκουσας ἃ μὴ δεῖ, tot *characterismis Gnosticorum* illuviem indigitans.

§.13. Quò & illud *Ignatii* pertinere nullus dubito, *Epistolâ* ad *Polycarpum*, Εἴπε, inquit, γνώσῃ πλέον τῶ ὀπτάκτῃ, ἔφθαρ), *si quis Episcopo plus cognoverit*, i. e. *si quis sibi* γνῶσιν arrogans, *Episcopum* ut minus scientem *contempserit*, *is sine dubio corruptus est*; Ideóque, cùm *Ep: ad Tralleses*, de istis *seductorum*, & πλάνων eos indies sollicitantium, venenis cavendis eos moneri voluerit, *hoc*, inquit, *fiet*, *si nec inani fastu inflemini*, (cujus rei, affirmante *Apostolo*, à *scientiâ*, seu γνώσει summum periculum erat) & ut à *Deo*, sic & ab *Episcopo*, & *Apostolorum constitutionibus* ἀχώριστοι, inseparabiles sitis, statímque addit, *quicunque sine Episcopo*, &c. *quicquam facit*, hic ὁ καθαρὸς δὲ τῇ συνειδήσει, *conscientiam intaminatam non habet*. Ex quibus, ut id semel dicam, ratio reddi potest, quare *Pientissimus Martyr* in singulis ferè *Epistolis* suis, tot, & talia de *Episcopis audiendis*, de nullâ ab iis *separatione* faciendâ, de summo quidlibet sine illis faciendi piaculo (ἀναίρως quidem, at nunquam (pace magnorum *Censorum* licebit dixisse) ἀναίρως) inculcanda censuerit, quia scilicet *serpenti* tunc latiùs *Gnosticorum Gangræna* I. *Tim.* II. 17. ex separatione & contemptu *Episcoporum*, vires quotidiè adaugerentur, quæ non alio remedio, aut *Pharmaco* minuendæ erant, quàm si suus *Episcopis* honos, & reverentia, incolumis & integra custodiretur.

§.14. Hoc de *Marci sectatoribus* (notissimâ istâ *Gnosticorum* propagine) affirmavit *Irenæus*, l. I. c. 9. & ex eo *Epiphanius* l. I. *hær:* 14, & 34. Eò *insolentiæ elatos fuisse*, ut *ipsos etiam Apostolos præ se contemnerent*. *Et cùm*, inquit, *ad eam traditionem quæ est ab Apostolis, quæ per successionem Presbyterorum* (i. e.

(i.e. *Epiſcoporum*) *in Eccleſiis cuſtoditur, provocemus eos, adverſantur traditioni, dicentes, ſe non ſolùm Presbyteris, ſed etiam Apoſtolis exiſtentes ſapientiores, ſinceram inveniſſe veritatem. Iren. l.* III. *c.* 2.

§. 15. Adeò ab omni veritatis ſpecie alienum eſt, quod contra *Epiſcopos* ſingulares, à *Myſterii Iniquitatis*, aut *Antichriſti* in *Scripturis* mentione deduci ſolet argumentum, Adeò promptum & proclive, ut in ipſos authores retorqueatur, ſi iſtis talionibus vacaremus.

§. 16. Nec quidem illud, licet παρέργως, notatu indignum erit, eâdem ſeu ἀβλεψίᾳ, ſeu (ne quid pejus dicam) infelicitate peccaſſe *Paræum*, cùm *Thebuthis* apud * *Hegeſippum* mentionem, qui *virginalem* & puram *Apoſtolicorum temporum Eccleſiam* corrupiſſe dicitur, ad propoſitum ſuum pertinere cenſuerit; Cùm apertiſſimum ſit, integrum *Hegeſippi* locum ad notiſſimam iſtam *Eccleſiæ* peſtem, *Gnoſticorum* hæreſin à *Judæis* oriundam, pertinere, ſimúlque ipſum *Thebuthim* διὰ τὸ μὴ ἡμῖν ἀυτὸν δόκιμον, *ideo quòd in petitione Epiſcopatus repulſam tulerat, Eccleſiæ* pacem, & puritatem impiè ſollicitaſſe.

* *Euſeb: Eccl: Hiſt:* l. IV. c. κβ'.

§. 17. Priuſquam verò iſtis valedixero, Duo fateor à *D. Blondello* hîc poni quæ me ſatis excercuêrunt, & adhuc animi incertum relinquunt. Primò, Quinam ii fuerint *Antichriſti*, I. *Joh.* II. 18. à *quibus*, *Paganiſmi ruentis amulis*, *Dei ſuper omnia regnantis Monarchiam palam oppugnatam fuiſſe aſſerit.* [*Oppugnare Monarchiam Dei, & Paganiſmi ruentis amulos eſſe*] eſt ſine dubio πολυθεότητα *Paganorum*, contra *unitatis* aut μονάδος aſſertores, propugnare; Et ſic quidem ex adverſo, *Cyrillus*, *Catecheſi* VI. Περὶ Θεοῦ μοναρχίας inſcriptâ, *unitatem Dei*, primum iſtum fidei articulum, contra multiplicem *Paganorum* πονηρίαν, *Feles*, *Canes*, *Lupos*, *Leones*, *Capas*, *Bacchum*, *Cererémque* ἀντὶ Θεοῦ adorantium, tuetur. Quod ſi de *Apollonio Tyanæo*, aliiſque puris putis *Paganis*, & πολυθεότητος aſſertoribus à *D. Blondello* affirmatum ſit, id quidem in ſe veriſſimum erit, ſed quod *Antichriſto*, de quo iſtic ſermo eſt, ritè accommodari non poterit, cùm is ex cœtu *Chriſtianorum exiiſſe* dicatur v. 19. i.e. *Chriſto* aliquando nomen dediſſe, quod *Apollonio* & meris *Paganis* non competit, & cùm illud tantùm de hoc *Antichriſto* hîc dicatur, negare eum, ὅτι ὁ Ἰησοῦς ἐστιν ὁ Χριστὸς, *Jeſum eſſe Chriſtum*, v. 22. Quod non eſt μονάδι *adverſari*, Imò nec illa Paganicæ πολυθεότητος aſſertio iſtis temporibus res adeò nova, aut inſolens cenſeri debet, ut dari *Eccleſiæ*

cleſia εἰς σημεῖον poſſit, quo ἔσχατον ἐχόντων τῶν *horam ultimam* (quicquid ea demum ſignificare *D. Blondello* videatur) *adeſſe* certò dignoſcant.

§. 18. Fateor quidem *Gnoſticos* (quos inſtantis exitii *Judaici* prodromos prædixit *Chriſtus*) à *Paganis*, & ſeu ab *Heſiodeâ*, ſeu ab *Orphiacâ Theologiâ*, multa in uſus ſuos deprompſiſſe (ideóque *Cyrillum* prænominatum, *Catecheſi* ſextæ tractatum περὶ αἱρέσεων, de *Simonis* præcipuè & *Gnoſticorum hæreſi*, adjeciſſe) At hoc non eſt *ruentis Paganiſmi æmulos eſſe*, & eo demum conſilio *Monarchiam Dei palàm oppugnare*, quum iidem eo tempore *Gnoſtici*, ex *Judaiſmo* etiam multa, æquè ac è *Gentiliſmo* hauſerint, &, ut monuit *Hegeſippus* apud *Euſeb: Eccl: Hiſt:* l. IV. c. ult. ex ſeptem notiſſimis apud *Judæos* hæreſibus originem ſuam traxerint, ſeque coram *Judæis Moſaicæ diſciplinæ* ſectatores profiterentur, imò & è *veteris Teſtamenti Scriptis* multa, à *Chriſto* nonnulla, in miſcellaneam hanc μυσαρείας farraginem conjicienda deprompſerint.

§. 19. Certum eſt hos illud quidem conatos eſſe, ut *Simoni Deo* ſuo θεολεῖα deferrentur, *Chriſtóq;* authoritatem abrogaſſe, multáque de *Deo* in *Scripturis* affirmata ad *Simonem* traduxiſſe; imò, *Simonem* ipſum ſe in monte *Sinai* ὡς πατέρα φανῆναι, Inter *Judæos* ut *Ieſum Chriſtũ*, non in *carne*, ἀλλὰ δοκήσει φανῆναι, deniq; ut *Spiritum ſanctum* à *Chriſto* promiſſum παράκλητον venditaſſe; At non eſt illud *Paganicæ* πολυθείας *propugnatores eſſe*, ſed ſolùm *ſceleſtiſſimæ ſectæ* tutandæ, & propagandæ operam ſedulò impendiſſe.

§. 20. Secundò, quâ demum ratione ſibi perſuaſerit vir *Doctiſſimus*, *quartum Epiſtolæ* primæ *Iohannis* caput, ſic à *ſecundo* dividendum eſſe, ut per *Antichriſtos* c. II. 18. *Dei ſuper omnia regnantis oppugnatores*, per *Spiritum Antichriſti*, c. IV. 3. *negatam præfractè ab Ebione*, & congerronibus, *æterni Verbi* ἐναν-θρώπησιν intelligi putet.

§. 21. Certè ſi *Antichriſti* characteres duobus capitibus comprehenſi, inter ſe conferantur, eos in unum recidere palam erit; Secundi quippe capitis *Antichriſtos* negare, ὅτι Ιησοῦς ἔστιν ὁ Χριστὸς, v. 22. negare, ſeu non *confiteri Filium* v. 23. ideóque (ut argumento à relativis concludit *Apoſtolus*) οὐδὲ τὸν Πατέρα ἔχει, *nec Deum Patrem, qui Filio* ſuo teſtimonium præbuit, agnoſcere; Parique modo *Antichriſtos* IV^ti capitis, μὴ ὁμολογεῖν τὸν Ιησοῦν Χριστὸν ἐν Σαρκὶ ἐληλυθότα, *Jeſum Chriſtum in carne venientem non confiteri*, vel (ut ſequentia explicant) μὴ ὁμολογεῖν ὅτι Ἰησοῦς

ἔστιν

ἐστιν υἱὸς τοῦ Θεοῦ, v. 15. *non conſiteri quòd Ieſus ſit Dei filius.* Hæc planè eadem ſunt, & cum *Gnoſticis* directè quadrant, nec ad *Ebionitarum* πτωχῶς καὶ ταπεινῶς, ut antiqui dixêrunt, *de Chriſto* dogmatizantium ſententiam (quâ primum *Chriſtum* ψιλὸν καὶ κενὸν ἄνθρωπον, ex *Ioſepho* & *Mariâ* natum, μόνον κατὰ προκοπὴν ὕθεν θεοδικημωμένον affirmabant, poſtea verò ex *virgine* & *Spiritu Sancto* natum confitentes, eum tamen ἄυλον τοῦ πάρχειν Θεὸν, aut λόγον καὶ σοφίαν εἶναι) negabant) reſtringenda ſunt.

§. 22. Verùm (iſtis omiſſis) quomodo ad *Epiſcopos* ſupra *Presbyteros* ſe extollentes, *negata* ſeu *Dei Monarchia*, ſeu *Chriſti* ἐναν θρώπησις, pertineat, fateor ego me divinando aſſequi non poſſe, ni hæc unica *Hierarchicorum* doctrina adeò totum *Antichriſtum* ebibiſſe cenſeatur, ut in hoc unum errorum pelagus alia omnia *Acherontis* oſtia ſe effudiſſe, aut quicquid in iſtius ſeculi *Eccleſiâ* peccatum ab *hæreticis* fuit, illud ſtatim in *Epiſcopis* hujus ævi puniendum videatur.

§. 23. Aliud eſt ſine dubio *ſchiſmata*, & διῤῥήξεις *Apoſtolici* ævi *Eccleſiam* infeſtâſſe, quæ ab *Apoſtolis* & *Orthodoxis* omnibus anathemate, diriſque perculſa ſunt; Aliud, à *ſchiſmaticis* illis *Epiſcopalem* inæqualitatem, nolente *Eccleſiâ*, in *Eccleſiam* invectam eſſe; Nec quicquam hoc *Rhetorico* ἐπιμῦθῳ concluſiſſe *D. Blondellus* cuivis æquo æſtimatori videbitur, donec *Epiſcopalem* dignitatem, ſeu ut *hæreticam*, ſeu ut *ſchiſmaticam*, ſeu demum ut *Paganicam*, ab *Eccleſiâ* rejectam eſſe, aut ſacro, aut aliquo demum (præter *Aerium*) authore, affirmaturus ſit.

Cap. XIII.

Diotrephis φιλοπρωτεία. Quid de eâ Walo. Diotrephes Johanni Apoſtolo ſe præponens. At Epiſcopi non ſic. Πρωτεῖα *licita, licet culpanda* φιλοπρωτεία. *Phariſæi* φιλοῦντες πρωτοκαθεδρίας. *Mat.* XXIII. 6. Συναγωγαὶ *quid ſignificent.* Πρωτοκαθεδρία *in ſacris, & in civilibus.* Ἀρχισυνάγωγοι. *Conſiſtorium, Concilii Chriſtiani icon, Apoc.* IV. Ἐπισκόπου θεοῦ, *apud authorem Conſtitutionum.* Στέφανοι πρεσβυτερίου *apud Ignatium.* Θυσιαστήριον *quid. Altare cingere. Epiſcopus in medio ſedens. Non Omne Epiſcopatûs deſiderium malum. Zebedæi uxor.*

§. 1. ULtimò igitur ad *Diotrephis* φιλοπρωτείαν deveniamus; & primò meminiſſe liceat, quid in hâc re * *Walo* aliquando cenſuerit; Apponam verba; *Quia*, inquit, *ille* (i.e. *Diotrephes*) *nollet agnoſcere ſuperiorem aliquem in Presbyteros habentem poteſtatem, Apoſtoli autem quaſi primi Presbyterorum, qui & eos inſtituebant, jure ipſo præeminere ipſis debebant, ideò non*

* *Wal: Meſſ:* p. 24.

admittebat Iohannem, qui in Ecclesiâ major jure suo futurus erat omnibus ejus Episcopis sive Presbyteris.] Hæc ille inter alia dicenda censuit, A quo me non discessurum confiderem, si ex his conclusurus essem *Diotrephem Presbyteranæ ἰσοτιμίας* assertorem fuisse, adeóque rem gnaviter gessisse, ut *Iohanni* ipsi omnem superioritatem abrogandam voluerit; Nec igitur nos, sed adversarios nostros hoc pessimo *Diotrephis* exemplo ulterius premi posse.

§. 2. At respondetur 2do, *Locus* ipse si consulatur, III. *Ioh.* 9. statim manifestum fore, *Diotrephen* non solùm comparibus suis, sed & ipsi *Iohanni Apostolo* præponi voluisse, Dignitatémque ambiisse, non quæ *Presbyterorum* collegio, sed quæ *sanctissimo Apostolo* debebatur. Scripsi, inquit *Iohannes, Ecclesiæ*, sed ὁ φιλοπρωτεύων αὐτῶν Διοτρεφὴς οὐκ ἐπιδέχεται ἡμᾶς. *Primatus inter eos cupidus Diotrephes nos non recipit, Epistolámque nostram ad Ecclesiam missam respuit.* Quid ergò hoc ad *Primatum Episcoporum, Apostolis* libenter ipsorum πρωτεῖα sarta tecta, authoritatem, & dignitatem incolumes relinquentium, nec ipsos *Patres* è familiâ suâ pellentium, sed tantùm ex prærogativâ πρωτοτοκίας ἡμῶν (ipsis ut primogenitis, ab *Apostolis*, i.e. *Patribus* concessæ) junioribus quibusque fratribus in familiâ *præsidentium*, clavisúmque à *Christo* datarum potestatem, non quò sibi, aut commodo suo quicquam accedat, sed quò alios sub se omnes in unitate fidei conservent, exercentium?

§. 3. In *Ecclesiâ* nimirum *Asiaticâ*, *Iohannis* curæ immediatè subjectâ, nullo modo ad *Diotrephen* primatus pertinebat, nulla ab *Apostolis* missio, aut χειροτονία obtendebatur, suo solius calculo & suffragio, non tantùm non jubente, sed, ut apparet, palam renitente *Apostolo*, ad πρωτεῖα ascendere voluit, ἀνθάδης & πολυπλὴς, (quales *Gnosticorum* schola innumeros produxit) At quid hoc ad *Episcopos*, jubentibus, & per impositionem manuum benedicentibus *Apostolis*, non ex ambitione, aut φιλοπρωτείᾳ suâ, sed ex missione, & providentiâ *Dei*, ad illud culmen (aliquando etiam postquam recusaverint) provectos?

§. 4. Libet igitur *adversariorum* hoc se contra *Hieraticos* scuto obtegentium *armaturam*, virésque uno *dilemmate* experiri. Aut *Episcopatu singulari* (super *Presbyterorum* paritatem ascendente) fungebatur *Diotrephes*, aut non, Si fungebatur, cur non affectatæ illius super *pares* dignitatis ab *Apostolo* incusabatur? Cur ideò tantùm ei, quia ἡμᾶς, i. e. *Iohannem* ipsum, seu *literas Iohannis Apostolicas*, non reciperet, dies dicebatur? Aut cur demum, quod

Diotrephi-

Diotrephi impune cessit, ab *Apostolo* vivente & vidente neutiquam notatum, id in *Episcopis* nostris adeo immaniter plectendum, aut à nobis jam seris nepotibus iis vitio vertendum erat? At si (ex alterâ *dilemmatis* parte) *Episcopus* non erat, tunc statim illud in confesso est, nihil planè ad *Hieraticos* nostros, nihil ad *Episcoporum* ordinem *Diotrephis* exemplum spectare, ideóque quæ hic ad augendam invidiam à *Diotrephe* trahuntur omnia ἀλλὶ οὐ πρὸς Διότρεφον.

§. 5. Tertiò igitur respondetur, φιλοπρωτείαν *Diotrephis* illi vitio verti potuisse, salvo tamen suo *Episcopis primatu*; nec enim πρωτεῖα, aut *superioritatem* omnem *Ecclesiasticam* in *Diotrephe* improbâsse *Apostolum*, ut nec in *Simone Act.* VIII. communicandi (per χειροθεσίαν) *Spiritus Sancti* ἐξουσίαν; Sed in hoc, indignum acquirendi modum (quòd, ut ait *Cyrillus Hierosol:* τῷ ἀργυρίῳ τὴν παῤῥησίαν χάριν *argento sibi coemendam* expectaret, v. 20.) In illo, φιλοτιμίαν, φιλοπρωτείαν, *ambitionem*, aut immoderatam eminentiæ illius affectationem censurâ suâ mulctâsse.

§. 6. Exemplo res clarior fiet: De *Pharisæis* dictum est, *Mat.* XXIII. eos φιλεῖν πρωτοκαθεδρίαν ἐν ταῖς συναγωγαῖς, *primam in Synagogis cathedram amare*, v. 6. Quid hîc [συναγωγαὶ] significet, non est adeò manifestum, ut quicquam fidenter asseram. Potest ad *Ecclesiasticos Judæorum* cœtus restringi; At & potest ad *Consistoria* applicari, ut ejusdem capitis v. 34. & c. X. 17. & *Ja.* II. 2. & alibi non semel. Si ad *cœtus sacros* respexerit *Christus*, tunc sine dubio, cùm in *Cathedris* docerent *Doctores*, & inter ipsos ordo aliquis observaretur, necesse erat, ut *primam Cathedram* aliquis occuparet, Ideóque hunc sedendi ordinem neutiquam reprehensurus erat *Christus*, sed tantummodo τὸ φιλόπρωτον, *ambitiosorum*, & fastuosorum hypocritarum κακοήθειαν notâsse credendus est. Sic etiam, si ad *Consistoria* respexerit, (quod tamen isto in loco feciisse non putarim) Erat enim inter *Judæos* ראש הקהל *Caput Consistorii*, ἀρχισυνάγωγος κατ' ἐξοχὴν, cujus manuum impositione alii omnes *Presbyteri*, quibus in *Consistorio* locus erat, in *Senatum* recipiebantur; Et huic sedem præ aliis eminentem conveniisse nemo dubitat. Ad ejus certè imaginem (sub ipso *Apostolorum* ævo) *Concilia Episcoporum* componebantur, sub suo quæque *Patriarchâ*, aut *Metropolitano*. Horum *Iconem* videmus à *Johanne* in visione depictam *Apoc.* IV. *Thronum* quippe, aut *Cathedram Principalem*, in medio positum v. 2. & (κυκλόθεν τοῦ θρόνου) ex utrâque throni parte, ad modum *Coronæ*, vel *Semicirculi*,

* *Diss*: IV. c. XX.

thronos XXIV. quibus totidem Πρεσβύτεροι, (*Judaei*, ut * mox dicetur, *Episcopi*) insidebant, ad sinistram, & ad dextram throni sic dispositos, ut omnes versus populum facies verterent.

§. 7. Ad hunc certè modum, & *Episcopum*, *Presbyteris* suis (postquam *Presbyteri secundarii* institui sunt) stipatum, iis omnibus praesediſſe in *Eccleſiâ ſuâ*, nemini novum videbitur, qui in antiquis *Eccleſiæ* scriptis versatus est. Videantur *Constitutiones Apost.* II. 58. Κείσθω μέσος ὁ ἐπισκόπου θρόνος, καθ' ἑκάτερα δὲ αὐτοῦ καθιζέσθω τὸ πρεσβυτέριον, ὡς οἱ διάκονοι παεστάσθωσαν. Videatur *Epistola* ἱερομάρτυρος *Ignatii* ad *Magnesios*, ubi post mentionem ἀξιοπρεπεστάτου ἐπισκόπου, additur πεφυκότος κύκλῳ τοῦ πρεσβυτερίου, *Corona* (quâ iste sedentium ἐν ἡμικύκλῳ situs describitur) *Presbyterii* vestri, *Episcopalem Cathedram* ex utrâque parte cingentis. Sic & ἐκκλησίας κύκλος, *Constit: Apost:* II. 28.

§. 8. Hinc illud antiqui *Authoris De Eccl: Hierar:* c. III. ὁ μὲν ἱεραρχὴς ἐν μέσῳ τοῦ θείου δυσιαστηρίου καθίζεται, ubi quid per δυσιαστήριον notetur, ex *Græco Nazianzeni Scholiaſte* σχολ: α'. satis patebit. Σημεῖον, inquit, δὲ τόδε σημαίνει τὸ ἱερὸν ὅλον, ὅθεν ναὸς δυσιαστήριον, ἐν ᾧ ἡμῖν ἡ θεία τῶν μυστηρίων τράπεζα. *Altarium nempe, locus, aut ſpatium illud integrum, ubi ſacra menſa nobis proponitur.* Ex quo ritè intelligi poterit, quid ſit illud περικυκλοῦν δυσιαστήριον, *altare cingere*, in antiquorum *ritualibus*, ex *Pſalmiſtâ* depromptum; ut & illud in *Greg: Nazianzeni* ſomnio, de ſeipſo, ut *Epiſcopo* in medio ſedente, (ut olim *Chriſtus* in medio *Doctorum*, *Lu.* II. 46.) & *Presbyterorum Cathedris* ex utrâque manu thronum ejus cingentibus. At illud non eſt quod hîc contendimus; Hoc tantummodo hîc monuiſſe contenti, quàm nihil ex istâ πρωτοκαθεδρίας *Phariſaicâ*, & à *Chriſto* notatâ affectatione, ut nec à *Diotrephis* φιλοπρωτεία, contra ipſam cathedræ præeminentiam ſeu *Judaicam*, ſeu *Chriſtianam* concludi poſſit.

§. 9. Quartò denique reſpondetur, non omne quidem ἐπισκοπῆς *deſiderium*, (ſive per τὸ ὀρέγεσθαι, ſive per τὸ ἐπιθυμεῖν ab *Apoſtolo* ſignificatum, I. *Tim.* III. 1.) culpandum eſſe, Cùm, qui *Epiſcopatum deſiderat*, *bonum opus deſiderare* dicatur, ſed tantùm *inane* illud, & ſolius *eminentiæ*, aut prioritatis præciſè & abſtractè ſumptæ, (nullo ad *officium* aut ἔργον reſpectu habito) impotens *dignitatis* & πρωτοκαθεδρίας *deſiderium*. Loquatur pro aliis *Theodoretus* in I. *Tim.* III. 1. οὐκ ἁπλῶς τὴν ἐπιθυμίαν, ἀλλὰ τὴν φιλαρχίαν καλυσορεῖ, καὶ διδάσκει μὴ τιμῆς ἀλλ' ἀρετῆς ὀρέγεσθαι, μὴ τὴν ἀξίαν ποθεῖν, ἀλλὰ τὴν ἀξίας τὸ ἔργον ὀπτεῖν, *Non ſimpliciter deſiderium Epiſcopatûs*,

patûs, ſed primatûs amorem incuſat, docétque non honorem ſed virtutem, non dignitatem ſed opus appetendum eſſe.

§. 10. Sic cùm *Zebedæi uxor Matth.* XX. dignitatem iſtam à *Chriſto* filiis ſuis impertiendam poſtularet, ut *unus* illi à *dextrâ*, *alter à ſiniſtrâ in regno ejus ſederet*, tale à *Chriſto* reſponſum tulit, ut ſciamus eam φιλοπρωτείας ream eſſe, *Oneribus* quippe & *afflictionibus*, quæ ἀρωλείοις iſtis adhæſura erant, inſuper habitis, ſoli dignitati inhiâſſe.

§. 11. Quod igitur *Chriſtus* diſcipulis reliquis eam matris aut fratrum ambitionem indignè ferentibus, adjiciendum cenſuit, ἢ ἐν ἀυτοῖς μέγαν, 26. πρῶτον, 27. vel, ut *Lucas* XXII. 26. ἢ ἐν ἀυτοῖς μείζονα, ὡ ἢ ἡγούμενον, principem, aut præcipuum inter eos, διάκονον ὡ δοῦλον εἶναι, aliis omnibus, quibus præeſt, *miniſtrare* & *ſervire* debere, id etiam *Diotrephi* reponi potuit; non tamen exinde probari, neminem in *Eccleſiâ* πρῶτον, aut μείζονα, aut ἡγούμενον cenſendum eſſe, ſed tales (è contra) ἐν ἡμῖν, *inter Chriſtianos* futuros eſſe. Id poſthæc fuſiùs monſtrabitur, & ex ipſâ φιλοπρωτείᾳ *Diotrephis* non obſcurè concludi poſſet, ſi minutiis iſtis probationum nobis opus eſſet. Adeò ſine omni rationis ſpecie nobis * alibi imponi voluit *D. Blondellus*, qui hoc potiſſimum argumento *Johannem Epiſcopis* adverſari concludit, quòd *Diotrephi* φιλοπρωτείαν vitio verterit. * *Apol.* p. 13.

Cap. XIV.

Epiſcopalis dignitatis ſemina ſub Apoſtolorum ævo. Dilemma contra Blondelli ſententiam intortum. Schiſmatum peſtis I. Cor. XI. 18. ἐδίον δέπανον, *Nihil ad Epiſcopalem dignitatem. Schiſma* I. Cor. III. *malo notatus. Epiſcopalis Ordo ad aliorum inmodeſtiam coercendam, ex aliorum malis moribus originem traxit. Antiquitas diſcriminis inter Epiſcopos & Presbyteros. Argumentum ſecundum contrà Presbyterianorum ſententiam ex ipſorum confeſſis. Anglicanæ Reformationis fundus, ut Primæ Scripturis, Secundæ Primorum ſeculorum Scriptoribus deferrentur. Rex Carolus adverſus Hendeſonum.*

§. 1. Quandoquidem verò *D. Blondellus* his omnibus de *Antichriſtis*, de *Diotrephe* &c à ſe propoſitis addendum putaverit, *hanc primam mali labem latiùs deinceps ſerpſiſſe*, hoc eſt, (ſi ad præſentem litem quoviſmodo pertineat) *Epiſcopalis* ſuper *Presbyteros dignitatis* ſemina (utut pro *Zizaniis* à *D. Blondello* habita) *Apoſtolorum ævo* in *Eccleſiâ* ſata, poſtea uberiùs ſuccreviſſe, Ego quidem hâc opportunitate uſus, bonâ ejus cum veniâ, libenter interrogarem, quomodo cauſam ſuam vir inſtructiſſimus, contra *dilemmatis* hujus vim tueri poſſit.

§. 2. Si

§. 2. Si *Episcopalis dignitatis semina Apostolorum ætate* in *Ecclesiâ* sata reperiantur, Tunc aut ab *Apostolis* rejiciebantur, aut non; Si rejiciebantur, tunc illud aut scriptis ipsorum, aut ἀγράφως factum; Si scriptis, monstrentur in *Epistolis Apostolorum* verba, aut in *Actis Decreta*, quibus illud factum est: Si ἀγράφως rejecta & reprobata ab *Apostolis* fuerint, nullâ ἐγγράφῳ censurâ ad manus nostras derivatâ, indicentur demum capsulæ, quibus hæc ἀγράφως aut *non scripta* damnatæ *Episcopalis* authoritatis παραδόσεως reposita & custodita, incolumis ad nos pervenerit, Aut si *capsulæ* non compareant, monstretur saltem *Ægeria nova*, quæ hæc ab *Apolis* accepta, nobis tandem seris nepotibus in aurem (remotis arbitris) nuper suggesserit: Hæc si monstrari itidem nequeant, quo quæso, præjudicio accidit, ut sine *teste* omni damnaretur innocentissimus *Ordo*, & ex *Ecclesiâ*, nemine jubente, aut suffragante, exularet?

§. 3. Sin verò hæc tam alto mane sparsa semina, nullâ unquam aut *scriptâ*, aut *non scriptâ Apostolorum censurâ* feriebantur, quis, quæso, nos judices constituit, ut post universalem per tot secula in *Ecclesiâ* hujus *Ordinis* receptionem, nobis tandem jubentibus damnetur?

§. 4. Ad hoc *dilemma* nihil à *Presbyteranis* adhuc prolatum videtur, præter solas illas *Mysterii ἀνομίας*, *Antichristorum*, *Diotrephis* φιλοπρωτεύοντος, & importatæ, inquit *D. Blondellus*, *sub ipsis Apostolorum oculis schismatum pestis*, I. *Cor.* XI. 18. singulares mentiones.

§. 5. Horum tribus prioribus, *Episcopalem Ordinem* nullatenus premi aut urgeri, satis prolixè, ni fallor, indicatum est.

§. 6. Ad ultimum igitur accedo, de *schismatum* peste in *Ecclesiam* illatâ, I. *Cor.* XI. Palam est, *schisma* illud in *sacris epulis præripiendis* consistere, dum unusquisque τὸ ἴδιον δεῖπνον προλαμβάνει ἐν τῷ φαγεῖν v. 21. *Divitibus*, qui liberaliùs obtulissent, liberaliùs etiam *edentibus*, & bibentibus, & pauperibus ad micas, quas ipsi attulerant, damnatis, sic ut *esuriat unus*, cùm *alter* μεθύῃ. Nihil igitur *Episcopali dignitati* cum hoc *schismate* commune fuit.

§. 7. Imò si (quod *D. Blondellus* non facit) ad aliud inter eosdem *Corinthios schisma*, ζῆλον nempe istum, ἔριδας καὶ διχοστασίας, c. III. (dum unus diceret, *Ego sum Pauli*, &c.) recurratur; Nec illud quidem *Presbyteranæ* causæ favere deprehendetur. Cùm ad hæc ipsa evitanda *schismata*, plurimùm contulerit, ut ad *unum curæ* omnis *deferretur*, & in causâ, si non hâc, saltem pari (ipso

Hieronimo

Hieronimo, *Blondelliana* cauſæ fundo, aſſerente) *toto orbe decretum fuerit, ut unus de Presbyteris electus, cæteris ſuperponeretur.*

§.8. Manet igitur immotum, *Hanc*, quam appellat *D. Blondellus mali labem*, i.e. (ſi ad rem noſtram quoviſmodo pertineat) *Epiſcopalis dignitatis* ſub *Apoſtolorum* ævo jacta ſemina, talia non fuiſſe, ut ab iis *Apoſtoli* quoviſmodo abhorruerint, Nec igitur ab eo, quod tam clementer & ſedatè tractârunt *Apoſtoli*, poſt *univerſæ Eccleſiæ* adeò intimas, & tot ſæculorum conſuetudine contractas familiaritates, nobis jam metuendum eſſe.

§.9. Unicum eſt quod hîc interponi poſſe video; Nulla ſcilicet, ſub *Apoſtolorum* tempore, ſingularis hujus *Epiſcoporum* ſuper *Presbyteros* faſtigii, (aut inter *Orthodoxos*, aut inter hæreticos) ſeu *ſemina*, ſeu veſtigia reperiri, nec igitur quicquam ex utrâvis parte hoc *dilemmate* concludi poſſe.

§.10. Quod ſi affirmaverint *Presbyterani*, Interrogandi primò ſunt, Quare igitur iſto *Myſterii iniquitatis*, aut *Antichriſti*, aut *Diotrephis* terriculamento, nobis πλησίοις (& quibus ἀγνοία noſtra fraudi eſſe neutiquam debuit) adeò ſolerter, & ſedulò imponi jamdiu cupiverint?

Secundò, Quo demum ſæculo lacertos ſuos movere cœperit *ſingularis Epiſcopatus*, aut hoc inter *Epiſcopos*, & *Preſbyteros* diſcrimen? » Agnoſcit + *Walo* rem eſſe antiquiſſimam, ut » duo hi Ordines in Eccleſiâ fuerint diſtincti, ſi excipiantur Apo» ſtolica tempora, quorum ævo, inquit, ut eorum ſcripta teſtan» tur, nullum conſtat eorum ordinum fuiſſe diſcrimen. Ex quibus me (ex ſententiâ tanti viri) rectè concluſurum puto, immediatè poſt *Apoſtolorum* tempora, hoc in *Eccleſiâ* diſcrimen fuiſſe. Id enim eſt [*antiquiſſimam rem eſſe, ſi excipiantur Apoſtolica tempora.*] Quod & clariùs effatur, p.253. *Circa initium, aut medium ſecundi ſæculi, Primus ſingularis Epiſcopatus ſupra Presbyteratum introductus fuit.* Nec certè multùm abſcedit *D. Blondellus*, qui anno *Chriſti* 135. i.e. anno à *Johannis* dormitione, 35. mutationem hanc factam eſſe affirmat. Hoc igitur dato, & ex parte *Presbyteranorum* liberaliter conceſſo, (hoc, inquam, quodcunque ſit, poſito, ſic ut in eo pedem figere liceat) *Argumentum*, quod quidem nobis neutiquam contemnendum videtur, ſic conficimus.

+ *Wal: Meſſ:* p. 7.

§.11. Si *Presbyterana* ἰσοτιμία, ſeu à *Chriſto*, ſeu ab *Apoſtolis* in *Eccleſiâ* ſtabilita, ſic *Apoſtolorum* ævo, per totam ubique *Ec-*

eccleſiam propagata ſit, ut *Epiſcopalis* apex toto hoc centum annorum ſpatio contrà mutire aut hiſcere auſa non ſit, Tunc certè fieri non potuit, ut quæ ab *Apoſtolis* aut *Chriſto* ipſo *Eccleſiæ* ad omnem ætatem gubernandæ conſtituta eſt forma, ab * *Univerſâ* proximè ſuccedentis ſæculi *Eccleſiâ*, in aliam diverſam, & planè adverſam, ſeu contrariam immutaretur, & nullâ interea aut *Synodo*, aut concilio, aut conventu interveniente, (cujus ope tot per orbem terrarum diffitæ *Eccleſiæ* in idem *ſacrilegium* conſpirare poſſent) nullis *Epiſtolis Canonicis* (quibus conſilia ſua ſibi invicem communicarent) tantæ mutationi obſtetricantibus, à *Chriſtianâ* in *Antichriſtianam*, à genuinâ in meritriciam, à *divinâ* demum in *Diabolicam* formam degeneraret.

* *In toto orbe decretum eſt, ut unus cæteris anteponeretur. Hieron: Comm: ad Titum.*

§. 12. Unicum addo, ſi de *univerſâ Chriſti* familiâ (œconomis fideliſſimis vix dum è foribus egreſſis) ſic pronuntiandum ſit, ſi de *utriuſque Teſtamenti* ἀποθήκης, à quibus (præter alias θεοφόρους) *ſacrum Scripturæ Canonem* ſtabilitum & conſervatum nos accepiſſe agnoſcimus, hæc & talia cenſenda ſint, Habebunt adverſarii noſtri, unde de *Hierarchicis* ſimul & *Chriſtianis* triumphare poſſint, unde de diſciplinâ, fidéque integrâ, unâ menſurandis ſtrage, eodem buſto componendis, ſibi affatim gratulentur. Quid enim de *Scripturarum Canone*, inter *Proteſtantes*, ipſóſque, qui ſe *Evangelicos* nuncupant, recepto, de *Dei Dominicæ* obſervatione, aut è ſcripturâ, aut ex univerſo antiquitatis penu adverſus ἀντιλέγοντας dici poteſt, quod non multò auctiùs, & cumulatiùs pro *Epiſcopali dignitate* contra paritatis *Presbyteranæ* aſſertores dici poterit? Quod nos alibi locupletiùs explicavimus, nec opus eſt ut hîc repetamus.

§. 13. Certè ab hoc *Novatorum* ſcopulo, ſibi diligenter cautum eſſe voluit *Dilectiſſima Mater* noſtra (afflicta, ſed οὐκ ἀπολλυμένη) *Eccleſia Anglicana*, Hoc ſe univerſo *Chriſtianorum* orbi Charactere dignoſcendam, hoc æquæ poſteritati æſtimandam proponens, quòd in *Controverſiis* fidei, aut πράξεως decernendis, illud firmum ratúmque ſemper habuerit (& huic baſi *Reformationem Britannicam* niti voluerit) ut *Scripturis Primæ*, dein primorum ſæculorum *Epiſcopis*, *Martyribus*, *Scriptoribus Eccleſiaſticis Secundæ* deferrentur; Ideóque quicquid à *Scripturis* affirmatum in *Fide*, quicquid de *Regimine Eccleſiaſtico*, ab univerſâ poſt *Apoſtolos* ubique diſſeminatâ Eccleſiâ, conſtitutum dignoverit, illud pro fixo & ſtabilito, inter *Articulos Religionis* ponendum curavit, nemini filiorum ſuorum, quod ſic poſitum fuerit, novandum aut movendum permiſerit.

§. 14.

§. 14. Fatetur pientiſſima *Matrona*, nullis ſe νεωτερικαῖς ἐπιθυμίαις, *cupiditatibus*, quæ in *juniores* cadere ſolent, nullis *Novatorum* illecebris ineſcatam eſſe, nullis rationum momentis perſuaſam, nullis (quibus prolixiùs immorati ſumus) *Antichriſti*, &c. (addo, & *Beſtiæ Apocalypticæ*) terriculamentis adeò perculſam, ut aut univerſam *Apoſtolicæ* plantationis, aut ejus, quæ eam proximè inſequebatur, ætatis (cui ipſe *D. Blond:* eam imputandam cenſuit) *Eccleſiam*, ad ſacrilegam & planè *Antichriſtianam* regiminis formam transfugii ſe ſuſpicetur; Sed, ut quod è *Scripturis* clarè propoſitum eſt, illud totâ mente amplectendum, ſic & quod in *Scripturis* obſcurè prolatum, à primorum autem ſæculorum conſenſu explicatum, & ex unâ parte definitum fuerit, illud filiis ſuis, aut ex fide credendum, aut inter piè credibilia collocandum, neminíque noſtrûm, poſt tot ſæcula, recudendum ſtatuere.

§. 15. Sic cum *Optimus Carolus*, ὁ μάκαρ, hanc de *Epiſcopis* diſceptationem ſic exordiretur, ut in interpretandis ſcripturis (cùm in iis quicquam obſcuriùs dictum ſit) ad univerſalem *Primitivæ Eccleſiæ* praxin, ſimúlque *Patrum* conſenſum recurrendum eſſet, ejúſque arbitrio, litigantibus τέλος ἀνθιλογίας imponeretur: *Reſponſúmque* à *Presbytero Alex: Henderſono* eſſet, » eos qui » Scripturam pro ſolâ fidei regulâ, antiquorum autem conſen» ſum, pro *Scripturæ* authoritativo interprete propoſuerint, peri» culoſiùs errare, quàm qui duas fidei regulas propoſuerint, » *Scripturas Canonicas*, & *Catholicas Traditiones* (cùm æqua» lem Hi traditionibus, & Scripturis authoritatem largiantur, » Illi verbo divino authoritatem Patrum præferant,) *Conſtantiſſimus Princeps* ſic breviter repoſuit, » *Scripturam* quidem ſe omni » veneratione proſequi, at, cùm Scripturæ ſenſus ſit ipſum χρινόμενον, & interpretandæ Scripturæ aliqua demum Methodus aut » norma accommodanda ſit, ſibi quidem nullam hoc primitivæ « Eccleſiæ ſuffragio magis idoneam videri; obnixè, ſed quidem » fruſtra petens, ut ſi hæc illi non placeret, alia quævis ejus loco » ſubſtituenda aut ſurroganda ab eo proferretur. Quod ſibi nunquam factum eſſe, aut à *Presbyteranæ* cauſæ advocatis fieri potuiſſe, *Pientiſſimi Principis*, & *Conſtantiſſimi* ἀθλήτου *Manes*, luctuoſâ, at ſonorâ, & ingratiſſimæ *Genti*, ni *Deus* avertat, peſſimè ominante voce proclamant. Et

Hæc quidem iis quæ in *anteceſſum* nobis prælibavit *D. Blondellus*, prolixè quidem, ſed quàm potui breviſſimè, dicta ſunto.

DISSERTATIO SECUNDA,

De IGNATIO, ejusque Testimoniis cum HIERONYMI sententiâ collatis.

CAP. I.

Ignatii Epistolæ Episcopis imprimis favent. Inde Walo & Blondellus illis infensi. Dicendorum syllabus.

§. 1. AD illud jam proximo loco procedendum est, quod ad sententiam suam *à posteriori* tutandam necessariò addendum duxit *D. Blondellus, Ardeliones* nempe (quos ita pro arbitrio suo appellat) *piis fraudibus, ceu idoneo Episcopalis apicis tibicine abusos esse, & ementitis primorum Martyrum nominibus, quicquid in mentem venerat, vulgâsse: Idque de septem Epistolis Eusebio, Athanasio, Hieronymo,* &c. *laudatis dicendum esse, quibus,* inquit, *antiquior ψευδολὸς Ignatii Martyris nomen appinxit,* &c.

§. 2. Hæc, & talia, ad minuendam & tollendam *Sanctissimi Martyris* authoritatem, à *D. Blondello,* & *Walone Messalino* necessariò dicenda erant. Cùm ex Illo *Antiochenæ* (ubi primò Χειστιανοὶ ἐχρημάτιζον) *Ecclesiæ Episcopo,* totiúsque *Syriæ Primate, Apostolorum συγχρόνῳ,* & primorum temporum oculatissimo teste, tam frequentia, & tam præclara & lucida testimonia produci ab *Hierarchicis* dignoscerent, ut ex eo uno, post *Scripturas, Apostolicæ* & primævæ praxeos interprete, controversia omnis statim decideretur, nec quicquam in tantâ luce *Presbyteranis* supereresset, quod contrà mutire, aut hiscere possent.

§. 3. Illud satis apertè confitetur *D. Blondellus,* cùm ab *Epistolarum* harum Scriptore *singularem Episcopatum* ἐυκαίρως ἀκαίρως (iisdem verbis quibus *Walo* in eâdem materiâ usus est) *inculcatum esse, & sic ut ei (ceu saxo suo Prometheus) affixus videri possit,* diserte agnoscit, *præf:* p. 43.

§.4. Verùm istа, non sannis, & contumeliis, sed rationibus, & argumentis peragenda erant; Ego quidem in his omnibus *D. Blondelli* & *Walonis* vestigia à me premenda esse decrevi: γνησίῳ & ἀ ἀδόλου & τοιαῦτα ἐπιτήδευον, ἀλλὰ & δύναμιν, idque hoc ordine.

§.5. *Primò*, quicquid hâc ex parte ad has *Ignatio* abjudicandas *Epistolas* dictum sit, solenniter ad examen vocaturus.

Secundò, Quædam additurus, quæ *septem Epistolarum* à *S. Polycarpo collectarum*, & ad *Philippenses* suos transmissarum authoritatem stabiliant.

Tertiò, (Post has tam luculento & præclaro nomini depulsas invidiæ tenebras) *Testimonia* quædam ex istis *septem genuinis Epistolis* producturus, à quibus *Apostolici* ævi praxin æstimari fas erit.

Quartò, Inter *Sanctum Ignatium, Episcopum & Martyrem primævum*, ex una parte, & *Sanctum Hieronymum, Presbyterum*, ex alterâ, simúlque inter utriusque *testimonia, Ignatii* à me, *Hieronymi* à *D. Blondello* producta, institutâ comparatione, rem omnem ad hanc libram aut trutinam examinandam propositurus.

Cap. II.

Quid de his Epistolis Walo. Bis ab eo sub Ignatii nomine laudantur, A Blondello semel. Stephanus minister à Walone dictus. Negativum argumentum à testimonio. Clemens diaconus primò, postea Episcopus. Quid de integro volumine statuerit Walo & Blondellus. Interpolatio & suppositio differunt. De suppositione omnis lis. Post Videlianam Vossiana Ignatii Editio. Ejus cum testimoniis ab antiquissimis patribus ex Ignatio laudatis concordia à Blondello agnita, Ut & cum Archiepiscopi Armachani Latino Exemplari. Ex hoc purgandum Epistolarum volumen.

§.1. PRimò igitur videndum est, quid ad universum illud *Epistolarum* volumen *Ignatio* abjudicandum aut à *Walone*, aut à *D. Blondello* excogitatum sit, & inprimis quid è *Walone*.

Wal: Mess: p. 222.

§.2. Ille quidem, *Authorem Epistolarum ad Trallenses & ad Philadelphenses*, nonnihil, quod proposito suo favisse videbatur, dicentem, sine omni metu aut hæsitantiâ, *Ignatium* appellat; *Anacletum*, inquit, *& Clementem Petri ministros facit Ignatius, ut Timotheum & Linum Pauli, in Epistolâ ad Trallenses*, τίδε διάκονοι ἀλλ' ἢ μιμηταὶ τῶν ἀγγελικῶν δωμάτων, λειτουργοῦντες αὐτῷ λειτουργίαν ναζαρεὰν, καὶ ἄμωμον, ὡς Στέφανος ὁ ἅγιος Ἰακώβῳ τῷ μακαρίῳ, καὶ Τιμόθεος καὶ Λῖνος Παύλῳ, καὶ Ἀνάκλητος καὶ Κλήμης Πέτρῳ, *Idem in Epistolâ ad Philadelphenses, in eodem loco & ordine numerat*

numerat Evodium & Clementem, hunc Romæ, illum Antiochiæ primos Episcopos habitos, quo Titum & Timotheum, Ὀναίσιμον ὑμῶν ἀγιωσύνης ὡς Ἥλιαν, ὡς Ἰωνᾶν τὸν Ναυῆ, ὡς Μελχισεδὲκ, ὡς Ἐλισσαῖον, ὡς Ἱερεμίαν, ὡς τὸν Βαπτιστὴν Ἰωάννην, ὡς τὸν ἠγαπημένον μαθητὴν, ὡς Τιμοθέον, ὡς Τίτον, ὡς Εὐόδιον, ὡς Κλήμεντα, τῶν ἐν ἀγγείοις Χαλδούλων ἡ βίον, Frui mihi contingat vestrâ sanctitate ut Eliæ, &c. Utroque loco *Ignatii* verba satis fusè laudata, ut hoc tantùm ejus testimonio confirmatum putaretur, *Clementem* & *Evodium* &c. ab eo *urbium Episcopos non vocari.*

§. 3. Hîc certè, ut id obiter dicam, mihi ratio non constat, quare *Sanctos* (inter quos hic *Sanctus Stephanus* numeratur) *Walo* [*ministros*] reddere maluerit, qui ab omni ævo *Diaconorum* nomine solenniter noti sunt; Nec magis quidem augurari possum, quâ ratione, ex *negativo*, quod dicitur, *à testimonio* ducto *argumento* (quia, inquit, *hi non vocantur ab eo Episcopi urbium*) quicquam rectè concludi posse arbitraretur, statimque fidenter adjiceret, *Nec sanè fuêre*; Ego pari arguendi ratione, nec *Eliam*, nec *Elizeum* prophetas fuisse pronuntiare possum, eâdem *Ignatii* authoritate fretus, qui singulorum nomina eodem loco recenset, nullâ *prophetici*, quo fungebantur, muneris additâ mentione. Verùm sciat *Walo*, *Clementem*, & qui in posteriori testimonio *sanctitatis* & *puritatis* exempla proponebantur, in priori *Diaconorum* titulis insigniti, verè quidem & *Sanctos* & *Diaconos* fuisse, at & postmodum, quod amplius est, *Episcopos* creatos; *Ignatium* verò, qui in his *Epistolis annales* non scripsit, promotionis istius historiam non adjecisse, nec quidem, cùm *Diaconos* alloqueretur, *Episcoporum* mentione commodè uti potuisse, sed *Diaconorum* exemplum *Diaconis* proposuisse; Ita tamen ut *Jacobi* etiam hoc loco *Hierosolymitani* Episcopi, cujus *Stephanus Diaconus* fuit, diserte meminerit. At istis criminationibus jam non vacat. Habendæ sunt potiùs gratiæ doctissimo viro, quòd, cùm sine incommodo ejus fieri potuit, *Ignatius* ipsi non displicuerit, ipsæque, quas nos *Sanctissimo Martyri* imputamus, *Epistolæ*, ab eo sub *Ignatii* nomine (sine omni suspicionis aut abjudicationis notâ) recitatæ fuerint; (quod & à *D. Blondello* factum, *Ap:* p. 108. & 219.) verùm cùm mens illi tam subitò mutata fuerit, & post non longum (26. paginarum) intervallum, ex arbitrio ejus [a] universæ exciderint, querelis potius quàm gratulationibus opus est.

§. 4. Pergit igitur, [b] tandémque post paginas quatuor, cùm pertinaciter recusaret *Ignatius* eorum numero accenseri, qui *Ecclesiam*

[a] *Authorem earum Epistolarum ad Trallens: Smyrn: Magnes: Philad: Ephes: Roman: non esse Ignatium constat. Wal: Mess:* p. 248.

[b] *Wal: Mess:* p. 252.

fiam sui temporis, per Presbyteros, eosdémque Episcopos ἰσοτίμους, & ὁμοβαθμους administratam adsererent, séque palam profiteretur *Episcopatum* unius agnoscere, opportunum *Waloni* visum est, sententiam de universis *Epistolis* decretoriam planè, & cruentam pronuntiare, omnémque hanc contrà militantium testimoniorum aciem, unico styli ictu transfodere.

§. 5. At nec adhuc ex ipsius verbis certò dignosci potest, in quâ demum classe disponendas has *Epistolas* censuerit, an *supposititias* planè omnes, an tantummodo *interpolatas* pronuntiaverit; Sic enim Ille, *Permirum mihi videretur, nisi apud me constaret omnes illas Ignatii Epistolas supposititias esse, vel certè multis locis interpolatas.* Sic & * *D. Blondellus* (nescio an *oblitus* quid in *præfatione* affirmanter dixerat, an adhuc *incertus*, qualiter de *Epistolis* his statuendum esset) *ascriptarum Ignatio Epistolarum sive suppositorem sive interpolatorem laudat.* Certè inter istas criminationes differentiam satis amplam positam esse nemo non videt, nec enim illi *constare* potuit, eas *omnes suppositicias* esse, qui eodem momento *multis eas locis interpolatas esse* affirmaverat.

* *Apol.* §. 3. p. 256.

§. 6. Nulla quidem nobis necessitas incumbit, ut in tantâ exemplarium & editionum varietate & inconstantiâ, nihil uspiam *Ignatio interpolatum* aut assutum adfirmemus; Si id unicum nobis largiatur *Walo*, non *omnes suppositicias* esse, si aliquas saltem *genuinos Ignatii* fœtus fuisse agnoscat, nulla, uti spero, de cætero nobiscum lis erit.

§. 7. Supponamus enim eas *interpolatas* quandoque fuisse, & cum *Walo* in lucem prodierit, (quamvis ex *Videliană* seu *Genevensi* fornace, *Hierarchicis* sine dubio non adeò favente, jamdudum exierint) non tamen ex omni parte depurgatas esse; Non est tamen cur animos despondeamus, aut cur qui de vulnere querimur, desperemus de remedio; Excutiantur *Archiva*, consulantur venerandissimæ antiquitatis *Exemplaria*, tandémque post exquisitissimam explorationem fiat delectus, non abnuimus ipsius quidem *Walonis* judicio, si his indicibus uti sustinuerit, rem totam deferre; Aut, si illud sine molestiâ ejus fieri nequeat, sit penes *Isaacum Vossium*, virum integerrimum, neminíque, quod inaudiverim, *Reformatorum*, aut partium studio aut injuriâ notum, qui ex *Mediceæ Bibliothecæ Archivis* (post excusum *Walonem Mess.*) volumen jampridem edidit, interpolationibus, & *Epistolis* suspectis satis liberatum, & de quo *Cl. Salmasius* magnifica quæque in *Apparat.* ad *L. de Primat.* sibi spondebat, nec minora

D. Blon-

D. Blondellus, quamdiu causæ suæ quicquam exinde accrescere potuisse videbatur.

§. 8. Videatur *D. Blondellus præf:* p. 40. qui *Mediceo* hoc exemplari, *avidè hausto, manu propria exscripto, & cum citatis à veteribus locis collato*, (& quinam sunt isti veteres? Certè *Polycarpus Ignatii συγχρονος*, *Polycarpi discipulus Irenæus*, *Irenæum excipiens Origenes*, post illos, illorum vestigiis inhærens *Eusebius*, *Athanasius*, *Hieronymus*, *Chrysostomus*, aliáque non pauca, aut contemnenda nomina) ingenuè fatetur se *gratulatum sæculo nostro, quòd illud ipsum exemplar, quo ante* 1300. *annos usus erat Eusebius, novam ipsi propediem affulsuram lucem, sponderet.*

§. 9. Taceo lubens, quid in hâc re *Reverendissimus Primas Armachanus* præstiterit, & quàm fœliciter ille (nec sine peculiari *Dei* providentiâ sic disponente) *Latinam*, licet *barbaram*, versionem, *Vossiano Græco* exemplari per omnia respondentem, eodem ferè tempore (ipsóque sanguinarii sæculi, *Episcopis* adeò infensi, articulo) ex vetustissimis *Angliæ* codicibus eruitam, *Oxoniæ* lucem videre jusserit.

§. 10. Certè si *Ignatius* unquam *Epistolas* scripserit, (nec enim post tot sæculorum intervalla, sine quâdam vecordiæ mixturâ, Falsi postulabitur *Antiquitas* omnis, quæ scripsisse adfirmat) si *Epistolarum* ejus à *Polycarpo* ipso facta *Sylloge*, non sit inter impias & * *impudentes Patrum illusiones* ponenda, si exemplaria antiquissima *Medicea*, & *Anglicana*, locorum quidem intervallis satis dissita, omnem tamen inter se mutuò, simul & cum iis, quibus majores nostri usi sunt, concordiam foventia, aliquam apud nos auctoritatem nacta fuerint, si, cùm nihil ex omni retrò *scriptorum* thesauro contrà nitatur, *Ignatius* tot & talibus indiciis vindicatus, ab *Interpolatorum mixturis* satis purgatus credi possit, non est quod ulteriùs litigemus.

* *Bonæ Patrum fidei impudenter illusum dolui. Blon: præf:* p. 4.

§. 11. Istum *Isaaci Vossii* codicem, assumentis quàm plurimis liberatum, *Epistolis* etiam integris non paucis multatum, & ad *Polycarpianæ Sylloges* (ab *Eusebio* agnitæ) *Septenarium* numerum redactum, nos quidem pronis ulnis amplectimur; (Et licet alias omnes, istam præsertim ad *Heronem Diaconum* (cui benè se velle profitetur * *Walo*) *Sanctissimo Martyri* abjudicandas esse, neutiquam contendamus, statuimus tamen has tantummodo *septem*, ut ex *Mediceo*, & *Anglicano* codice prodiêrunt, à nobis in hâc causâ defendendas proponere,) ut *Codicem*, si leviuscula

* *Wal: Mess:* p. 258.

quædam demas, satis purgatum, & cui nihil objici possit, quod non eâdem facilitate rejiciatur. Et, si sibi constare voluerit *vir doctissimus*, nec omnes ceu pro certo *supposititias*, unâ clade æquare, sed tantùm ut *interpolatas* multis locis, ad *Lapidem Lydium* vocare, non verebor dicere, commodiorem purgandi, aut explorandi *Ignatii* rationem, à nemine excogitatam esse, (nec à *D. Blondello*, aut *Walone* excogitari posse) quàm quæ illi jamdudum, duorum præcipuorum virorum, *Archiepiscopi Armachani*, & *Isaaci Vossii* diligentiâ, & operâ, contigerit.

Cap. III.

Ad sex Argumenta Walonis contra Epistolas Ignatii responsio. Stylorum varietas, Novæ compositionum formæ à Blondello productæ ad confirmandam sententiam ejus, nihil valent. Ignatius Θεοφόρος appellatus. Voces Latinæ in Græcas versæ, isti sæculo familiares; Plurimæ in S. Scripturis, ut & phrases barbaræ. Romana lingua per Judæam jam se diffuderat cum imperio.

* *Wal: Mess:* p. 252.

§. 1. Quædam hîc breviter à * *Walone* recensentur, quæ *satis*, inquit ille, *evincunt, non posse illud opus Authori, quem emendatur, adscribi.*

1. *Stylus, qui nimis*, inquit, *rhetoricatur.* 2. Κυριακῆς *observanda traditio.* 3. Ἀρχιερέων & ἱερέων *de Episcopis, & Presbyteris appellatio.* 4. *Alturium mentio pro mensis.* 5. *Laicorum & Clericorum distinctio.* 6. *Judæorum odium.* (*quos*, inquit, *non adeò tunc aversabatur Ecclesia Christiana.*)

§. 2. Hæc, quid aut singula, aut universa, æquo lectori persuasura sint, paucis experiamur, à *stylo* ejus exorsi.

§. 3. Scribendi, & *Rhetoricandi* formulas, pro cujusvis genio varias cuique, & inæquales esse siquis nescit, *Cl: Salmasii*, & *D. Blondelli* scripta satis monstrabunt, hæc *hyperbatis* asperiùs assurgentia, illa uberiùs & æqualiùs fluentia, quæ tamen eodem sæculo producta esse nobis expertis credendum est. At quid sit *nimis rhetoricari*, vix mihi expedire poterit vir *Doctissimus*, aut certis terminis, aut limitibus (*ultra quos, citráque, rectum consistere* nequeat) definire; Laudat in *Oratore* suo *Cicero* copiam, & ubertatem istam, *cui aliquid amputari possit*, At, si cui alteri, certè id pientissimo *Athletæ*, animóque *Martyrii* desiderio flagranti, indulgeri potuit, ut supra *antiquorum simplicitatem* quandoque, æquè ac ψυχεσιλα nostram incalesceret.

§ 4. Quid hîc præcipuè ab *Hiero-Martyre* nostro peccatum sit,

sit, tacere quàm eloqui malùit *Wolo*. At non sic *D. Blondellus*, qui *dictionis genus affectatum, putríque Epitheorum ad pompam compositorum fermento turgens*, ei prolixè imputat.

§. 5. Optâtim quidem, viro *Doctissimo* tantam asperitatem non placuisse, optârim lenius, aut saltem modestiùs pronuntiâsse (certè *fermentum putre* in ore *Theologi* non benè olet) præsertim cùm præter 1. *Novas compositionum quarundam formulas* (quales multis bonis viris placuêrunt) & 2. *Voces Latinas* pauculas in *Græcas* transmigrantes, *Scripturis* ipsis satis cognitas, nihil produxerit, quod tantâ cum severitate vindicandum esset. Primi generis Catalogum satis prolixum nobis proponit *D. Blondellus*, Θεοφόρος, Χειροφόρος, ναοφόρος, & id genus reliqua, quæ licet ad numerum 17. excrescunt, in idem planè recidere dicenda sunt, cùm ab eâdem componendi formâ, ex vocibus φέρω, & ἄξιος, & θεὸς, eodem planè modo exurgant; reliqua autem πολυαγάπητος, ἀνδρωπόωρρος, ἀνυσίρητος, πολυπληθεία, συνδιδασκαλία, ἀνευχωνία, ἀνδίψυχος, διόδεγμος, παιϊπάθεια, ἀναπάλιν, nihil grande aut horrendum sonent, si quis *Episcopis* infensior ea usurpasset. Annon enim *Ignatio Syrogræco* æquè licuit ἀνδρωπόωρρον dixisse, ac *Lucæ* πολίαρχης, βεμδυναδοῦλος, *Johanni* πολιαφόρητος & φιλοφρόδιον, *Petro* ἐγκομβώσασδε, *Paulóque* ἀνδρωπάρεσκος, ὀφδαλμοδουλεία, ἐδνεσομάχησα, διδόμενοι &c. Taceo ἀλαχίστιεσιν, vocem quidem ex summâ *Apostolicæ* mentis humilitate efflictam, at non ex usu linguæ *Græcæ*, aut quovis idoneo Scriptore derivatam.

§. 6. Ego verò me ex *putidissimis* istis, & quæ maximè *D. Blondello* turgere videbantur vocibus, adeò non moveri agnosco, ut ex adverso, argumentum satis validum, & quod mihi *Epistolas* has *Ignatii* sæculo, ipsique *ἐσχυάζοντι* adjudicandas esse, satis persuadeat, necti posse confidam.

§. 7. Notissimum est, & ab antiquissimis rerum *gestarum Scriptoribus* satis agnitum, *Ignatium* diu ante exitum ejus, Θεοφόρος cognomine insignitum fuisse, Et cùm à *Trajano Cacodæmon* nuncuparetur, hoc statim *Imperatori* dedisse responsum; *Nemo Theophorum Cacodæmonem vocat*. Consulantur, si placet, *Acta Ignatiana*; Certè ejusdem monetæ sunt Χειροφόρος, ναοφόρος, & id genus reliqua; Nec igitur ea aut à genio sæculi istius, aut ab auribus abhorruisse censeri possunt, quibus Θεοφόρος placuit.

§. 8. Pudet immorari istis. At nec majoris, aut ponderis, aut momenti æstimanda erit, quam à quatuor *barbaris* (i. e. *Latinis*) vocibus, ἀπαπᾶς, δεσπότης, δεσπόζων, ἐξεμπλάριον, ab *Anthore* ha-

rum *Epistolarum* usurpatis, desumi placuit criminatio; Nihil certè in istis novum putabitur, ni illud forsan, quòd in tot *Epistolis*, plura ejusdem farinæ non reperiantur. Mirari interim satis nequeo, quæ *D. Blondello* aut *dumtaxat*, aut siquid pejus, obtigerit, quòd, cùm in aliis istius sæculi *Authoribus Latinismos* aucuparetur, ex omnibus *Evangeliis, Novique Fœderis* libris, unicam δυναεὶς vocalem memorandam duxerit, & ex *Hegesippo* solo addendam alteram δυναλορδίζη, simúlque 20. *annorum Romæ insumptorum moram* in causâ fuisse adfirmaverit, quòd tam *stupendum* vocabulum usurpare ausus sit.

§. 9. Sat scio, diligentissimum *Scripturarum* lectorem, μίλιον, ἀνάδειον, κλῶσον, κοδεφύλω, συδάδειον, ξυσὶω, σμικίνθιον, λέντιον, τίλδη, ταβέρνω, σινάδειον, Λιβερτίνυς, ῥαδὰς (vel, ut alii Codices, *Apoc.* XVIII. 13. legunt, ῥαιδὰς) λεχώνα, φραυτώριον, κυζωδίαν, σπεκυλάτορα, κανγελίωνα, φεζύλλιον, Ἰυσὸν, κολωνίαν, μάκελλον, μεμβρέναν, non fugisse aut latuisse; ut nec phrases æquè *barbaras*, & *Latinas*, ἱκανὸν ποιεῖν, ἔχειν παρηλυμένον, λαβεῖν τὸ ἱκανὸν, σὺ ὄψει, δὸς ἐργασίαν, & id genus alia. Nec illi in memoriam revocandus κομφέκτως, in antiquissimâ *Ecclesiæ Smyrnensis Epistolâ* de *Polycarpo*, & alia ejus censûs non pauca, apud illius sæculi *Scriptores*. Nec certè opus erat, ut vel *Ignatius*, vel *Hegesippus*, *Romam* profecti, prolixiorem unius, multo minus 20. *annorum* moram facerent, quo quatuor unus, alter unico *Latino* vocabulo uteretur, cùm lingua (æquè ac *Imperium*) *Romana*, hoc *Ignatii* sæculo, angustioribus *Italiæ* pomœriis concludi nescia, per omnes *Syriæ*, ubi *Ignatius* degebat, æquè ac *Judææ* regiones se longè latéque diffudisset.

Cap IV.

Dominicæ Dici observandæ traditio. Sabbatum in Primitivâ Ecclesiâ, Κυριακὴ ζωή.

§. 1. POst *stylum*, ad *ritus* deveniendum, & primò de κυριακῆς *observandâ traditione*, quid sibi velit *Walo*, nihil à me certi statuendum. Certè si illi *Dominicus dies* ab *Apostolis* observatus non putetur, si ut *Episcoporum supra Presbyteros*, sic & κυριακῆς *supra alios Septimanæ dies* fastigium, sequioris ævi *traditio* fuisse statuatur, habebit forsan quod harum *Epistolarum Authori* objiciendum censeat.

§. 2. At sine dubio, κυριακῆς seu annuæ, seu hebdomadariæ mentio

mentio à *Johanne* facta est, *Apoc.* I. 10. ut & *Lucæ* μιᾶς τῶν Σαββάτων, quâ, cum *panis fractione, Cœtus* cogebantur, *Act.* XX. 7. quâque *collecta* ad usum egenorum seponi à *Paulo* jubebantur, I. *Cor.* XVI. 1. Nec repugnare quicquam censendum est, quòd *Sabbatum* unà cum κυριακῇ observatum aliquandiu in *Ecclesiâ* fuerit, ideóque à nonnullis ἑξιουδιῶσι δίχα, *exæquari in integrum* dicantur, quòd à *Gregorio Nysseno* καὶ σωωρὶς τῆ Σαββάτε, καὶ τ κυριακῆς, ab * *Authore* διαλέξεων, τὸ μὲ δημιυργίας ἐπόμνημα, ἥδε ἀναςάσεως, *illa creationis, altera resurrectionis memoriæ dicata*, utraque *festivo* more celebranda proponatur. Nihil enim in contrarium ἰσεσμαλὺς noster. Imò vix scio an inter *septem* illas *Polycarpianæ Sylleges Epistolas*, quæ vis κυριακῆς ἡμέρας, vel leviſſima, veſtigia reperiantur. Nulla certè ejus *observandæ traditio*, quæ maculam aut notam aliquam (quovis *Aristarcho* judice) scriptori huic inurere possit; Quicquid illud est, ex *Epistolâ* ad *Magnesios* peti debet, Ibi *Laurentianus Codex* hæc tantùm nobis verba largitur, Μηκέτι Σαββαλίζοντες Ἰουδαϊκῶς, ἀγγοίας χαίροντες, &c. ἀλλ' ἕκας Θ ὑμῶ Σαββαλίζετω πνευματικῶς, μελέτη νόμυ χαίρων, ὐ σώματ Θ ἀνέσι, δημιυργίαν Θεῦ θαυμάζων, ὐκ ἔωλα ἐδίων, ὐ χλιαρὰ πίνων, ὐ μεμβημένα βαδίζων, ὐ ὀρχήσι ὐ κεστοις νῦν ὐκ ἔχυσι χαίρων, ὐ μ τὸ Σαββατίσαι, ἐορταζέτω πᾶς ὁ φιλόχρις Θ τ κυριακὴν, τὴν ἀναςάσιμον, τ ὕπαλον πάντων τ ἡμερῶν, &c. Nec hîc quicquam quod non sæculo *Ignatiano* applicari possit; Quo sine dubio, ut *Judaicæ* quietis, *Sabbatique Mosaici* observatio abrogata ritè credi debuit, Sic & *Spiritualis Sabbatizandi* ratio, *meditatio legis, creationis* grata cogitatio, diei *Septimo* satis consentanea opera visa sunt, ut & *diei Dominicæ* (aliis omnibus imò ipsi *Sabbato* præferendæ) *festiva celebratio, resurrectionis Christi commemoratio*, nec tristis, nec ingrata.

* l. VII. c. 14.

Cap. V.

Ἀρχιερεὺς *de Christo dictus.*

§. 1. PErgamus ad ἀρχιερέων & ἱερέων, *de Episcopis & Presbyteris appellationem*. Nec diu moremur, Quid enim obstat, quò minùs *Pontifici*, & *Sacerdotibus Judæorum, Christianorum Episcopi*, & *Presbyteri*, ὐκ ἀλληλὰ respondentes, notissimis inter *Judæos* simul, & *Proselytos*, titulis [ἀρχιερῆς & ἱερῆς] distinguerentur, præcipuè cùm in *Instrumento Novo, Christus Dominus* Ἀρχιερεὺς, seu *Pontifex* noster disertè dicatur, cúmque

Episcopis, ut *Christo* (quippe à *Christo* per *Apostolos* missis, ejúsque jam in cœlo regnantis vicem in *Ecclesiâ* gerentibus) *obedientiam* deberi ubique *Ignatius* pronuncier.

§. 2. Verùm & in *Epistolis* jam purgatis, nec tale quippiam occurrit, Ἱερέων quidem semel, & Ἀρχιερέως mentio est, *Ep: ad Philadelphenses*. At *Christus* ipse, non *Episcopus*, isto *Pontificis* nomine intelligendus est. Καλοὶ, inquit, ἡ οἱ ἱερεῖς, κρείσσων δὲ ὁ Ἀρχιερεύς, & quis est ille? sequitur ὁ πεπιστευμένος τὰ ἅγια τῶν ἁγίων &c. αὐτὸς ἂν θύρα τῶν προβάτων, δι' ἧς εἰσέρχονται Ἀβραὰμ, &c. Omnia sine dubio *Christo* unico accommodanda, nec quicquam *Ignatius* peccâsse existimabitur, nisi eâdem insuper accusatione ipse ad *Hebræos* author opprimendus sit.

Cap. VI.

Θυσιαστήριον. Altare ligneum, Ezech. XLI. 22. *Mal.* I. 7. *mensa panisque propositionis. Θυσιαστήριον, mensa sacra apud Cyprianum, Athanasium, Nyssenum, Can: Apost: Mat.* V. 23. *δῶρα. Θυσίαι Christianæ. Phil.* IV. 18. *Λογίαι,* I. *Cor.* XVI. 1. *Heb.* XIII. 16. *Act.* XXIV. 17. *Προσφοραὶ apud Clementem Romanum. Λαξεία in Liturgiâ Alexandrinâ, & Clementis. Θυσίαι apud Justinum, Irenæum, Origenem, Cyprianum, & Augustinum. Canon Missæ. Abelis Sacrificium. Melchizedeci προσφοραὶ, Oblatio Abrahamo, non Deo facta. Dei dona. προσφοραὶ, χειροτοφίαι, Sacrarium, Secretarium, Gazophylacium. Θυσίας ἀνάμνησις. Θυσιαστήριον Heb.* XIII. 10, 11. *φαγεῖν ἐκ θυσιαστηρίου. &* Θυσιαστήριον ἴδιον. *Θυσιαστήριον variæ acceptiones. Unitatis origo à Sanctuario. Clerus. Laici nomen apud Clementem Romanum. Odium Judæorum cum amore conjunctum, nec tamen Judæorum, sed Gnosticorum.*

§. 1. SEquitur *Altarium mentio pro Mensis*, quàm rectè harum *Epistolarum Scriptori* objicienda, quivis judicet. Primò enim *Altare* inter *Judæos*, à *Deo* ipso diserte *mensa vocatur*, *Ezech.* XLI. 22. *Altare ligneum trium cubitorum* &c. *& dixit mihi, Hæc est mensa quæ est coram Domino*; In eo quippe omne inter *Altare*, & *mensam* discrimen consistere, quòd *mensa* frequenter pro qualibet *communi mensâ* sumatur, *altaris* nomen ad usus *sacros* ἰδίως accommodetur, ideóque non hîc *mensæ* κοινῶς sumptæ, sed *mensæ quæ est coram Domino*, τραπέζης ἁγίας, aut ἱερᾶς *sanctæ*, seu ad *sacros* usus paratæ *mensæ* æquipolleat, Sic & *Mal.* I. 7. *Obtulistis profanum panem super Altari meo, & dicitis, In quo profanavimus te? In eo quod dicatis, Mensa Domini vilis est*, aut ἐξουθενημένη. Hîc utrobique quod in initio versûs est מִזְבֵּחַ *altare*, in fine est שֻׁלְחָן, *mensa*, sed *mensa Domini*, aut *coram Domino*,

Domino, Mensa scilicet, super quam *panis propositionis* ponebatur *Ex.* XXV. 30. ubique τράπεζα dicta, & τράπεζα ἡ πρὸ προσώπου Κυρίου, quæ, ante omnia, *Mensam*, quam hodiè *Domini* dicimus, in quâ *Sacramentalis*, aut *Mysticus panis*, μετ' εὐχαριστίας, aut εὐλογίας, *Deo* offertur, adumbrâsse dicenda est.

§. 2. Sic certè *Cyprianus mensam*, cujus in *Prov:* mentio est, per *Altare Christi*, tanquam per notius, & sæculo suo accommodatius, explicandam censuit, *Ep:* LXIII. *ad Cæcilium*, *Sed & per Solomonem Spiritus sanctus typum Dominici sacrificii ante præmonstrat, immolatæ hostiæ, & panis, & vini, sed & Altaris, & Apostolorum faciens mentionem, Sapientia*, inquit, *ædificavit sibi domum &c. & paravit mensam suam &c. Prov.* IX. 1. Sic & *adversʃ: Jud:* l. II. c. 2. *Quod Sapientia Dei Christus, & de sacramento incarnationis ejus, & passionis, & Calicis, & Altaris, & Apostolorum* &c. *apud Solomonem in Parœmiis, Sapientia ædificavit sibi domum* &c. *paravit suam mensam* &c. Nec ab eo longè abit * *Magnus Athanasius* τράπεζαν, τυπίκῶς, τὸ ἅγιον θυσιαστήριον, ἢ ἐπ' αὐτῷ ἅγιον ἀφιέρωμα &c. ut & † *Nysseno* idem est τράπεζα ἁγία & θυσιαστήριον ἄχραντον.

* *Disput: cont: Arr: in Conc: Nic:* p. 30.
† *Serm: de Bapt:*

§. 3. Imò quid istis moremur? cùm non tantùm in *Canone Apostolico* II^do (semper inter genuinos habito) *Mensa Domini* θυσιαστήριον clarè dicatur, sed & ab ipso *Christo* in concione, non coram promiscuâ *Judæorum* multitudine, sed solis *discipulis* suis eum cingentibus, habitâ, *Mat.* V. 24. talis θυσιαστηρίου mentio fiat, ut ab eâ vocem hanc *Ecclesia Christi* accepisse meritò putetur, æquè ac duos insignes ritus, *Diaconi* [μίτης κατὰ πτῶ] clamantis formulam, & *donorum*, i. e. *panis* & *vini* ad *mensam Dominicam oblationem* (quam ideò ipsissimis *Christi* verbis δώρων (ἁγίων) προσφορὰν *antiqui Patres* nuncupârunt) desumpsisse manifestum est.

§. 4. Quibus sic positis, quidni etiam *Ignatio* hæc ipsa *mensa* θυσιαστήριον dici posset, quo מזבח ab interpretibus, quibus *Ignatius* usus est, constanter reddebatur, imò quo *Christus* ipse (aut verborum *Christi* enarrator *Evangelista*) uti non recusabat, cùm quid in suâ ad omne ævum *Ecclesiâ* observari voluit, (nec enim ad *Judaicam* λαξείαν dictum illud pertinuisse, multis indiciis constat) præciperet.

§. 5. At, inquies, Inter *Christianos* jam scribente *Ignatio*, θυσίαι, *sacrificia* offerri desiêrunt; *Secundò* igitur dicendum, non omnes sed solùm ἐναίμους θυσίας, *cum odore & sanguine* offerri consuetas,

consuetas, *Christianis* abolitas esse. Alia autem sine *sanguine sacrificia, Gentibus*, i. e. *Christiani*, offerenda adhuc esse. *Omni loco*, inquit *Malachias* I.11. *offeretur in Gentibus incensum nomini meo, & munus purum.* De *Christianis* sine dubio prædictum. Imò ipse *Apostolus Paulus* non semel *sacrificii* mentionem fecit, θυσίας δεκτῆς *Phil.* IV. 18. *Eleemosynarum* nempe, seu *collectæ* ad hanc *mensam*, aut *Altare Domini* oblatæ, λογίας τ ἐις τὸν ἁγίους. Qualem ipse fieri omni *Dominico* die *Corinthiis*, & *Galatis* (quidni & *Philippensibus*?) præceperat, I. *Cor.* XVI. 1. qualem item *Hebræis* nequaquam negligendam putavit, *Heb.* XIII.16. Τῆς εὐποιΐας, inquit, καὶ κοινωνίας μὴ ἐπιλανθάνεσθε, τοιαύταις γὰρ θυσίαις θεὸς εὐαρεστεῖται. Hîc *Christiana liberalitas*, & *communicatio*, pro *sacrificiis* reputantur *Deo gratissimis*, Quæ ideò *Eucharistiæ*, seu θυσία αἰνέσεως v.15. (θυσία πνευματικὴ, I. *Pet.* II.5.) perpetuò adjungenda curavit.

§.6. Eadem denique ab ipso memorari sub appellatione *Eleemosynarum* & προσφορῶν videas, *Act.* XXIV.17. Sic apud *Clementem Romanum*, virum verè *Apostolicum*, jubentur *Christiani* κατὰ καιροὺς τελεσμένους τάς τε προσφορὰς καὶ λειτουργίας ἐπιτελεῖσθαι, *præstitutis temporibus oblationes &c. obire*, & statim, *Qui præfinitis temporibus oblationes suas faciunt, accepti & beati sunt.* Sic *Apostolicus Canon tertius. Siquis præter ordinationem Domini alia quædam in sacrificio offerat super altare*, &c Et ad *Malachiæ* mentem accommodatiùs, *Liturgia Alexandrina sub Marci nomine*, εὐχαριστοῦντες λογικὴν καὶ ἀναίμακτον λατρείαν προσφέρομεν &c. *Gratias agentes, rationalem & incruentam hanc oblationem offerimus, quam offerunt tibi Domine omnes Gentes*, &c. Et in *Clementis Liturgiâ* προσφέρομέν σοι ἄρτον τοῦτον, καὶ ποτήριον τοῦτο. Sic & *Justinus Martyr, Dial: cum Tryph:* Τῶν ἐν παντὶ τόπῳ ὑφ' ἡμῶν τῶν ἐθνῶν προσφερομένων αὐτῷ θυσιῶν, τουτέστι, τῆ ἄρτε τ εὐχαριστίας, καὶ τῆ ποτηρίε, *Sacrificia in omni loco à nobis Gentibus illi oblata*, i. e. *Panis & Calix Eucharistiæ.* Ea *Præfecto* offerri à *fratribus* prædixerat, *Apol:* II. *Finitis*, inquit, *precibus* προσφέρεται τῷ προεστῶτι τ ἀδελφῶν ἄρτος καὶ ποτήριον.

§.7. Sic *Irenæus* de *Judaicis* & *Christianis sacrificiis* verba faciens, *Non*, inquit, *genus oblationũ reprobatũ est. Oblationes enim & illîc, oblationes & hîc, sacrificia in populo* (sc: *Judaico*) *sacrificia & in Ecclesiâ, sed species immutata est tantùm.* Sic & alibi, *Ecclesiæ oblatio purum sacrificiũ reputatũ est apud Deum*; Et iterum, *cum Ecclesia justè offert munus ejus, purum sacrificiũ apud*

Deum

Deum deputatur, Laudato *Pauli ad Philippenſes* loco, ubi receptæ per *Epaphroditum Eleemoſynæ*, θυσία (*ſacrificium* vel hoſtia) nuncupantur. Quale verò fuerit illud *ſacrificium Eccleſiæ*, ſtatim definit, *Primitias*, inquit, *earum, quæ ſunt ejus creaturarum offerentes*, l. IV. c. 23. & *primitias ſuorum munerum*, c. 32. & *hanc oblationem Eccleſia ſola puram offert, &c.* & c. 34. *Hæreticorum Synagogæ non offerunt Euchariſticam Oblationem, quam Dominus offerri docuit.*

§. 8. Sic *Origenes* l. VIII. *Contra Celſum*, ἔχει σύμβολον ἡμῶν τὴν πρὸς Θεὸν εὐχαριστίαν, ἄρτος εὐχαριστίας καλούμενος, *Symbolum habemus gratitudinis erga Deum, Panem qui dicitur Euchariſtia.* Sic *Cyprianus* de *Oper: & Eleemoſ: Dominicum celebrare te credis, qui in Dominicum ſine ſacrificio venis?* &c. Et *Auguſtinus*, *Oblationes quæ in Altario conſecrentur, offerte.*

§. 9. Hæc & talia, ubique & fuſè apud *Patres* ſparſa, omnibus nota ſunt. Nec ſanè dubitandum eſt, quin quæ *Pontificii*, de externâ *Chriſti*, in *Miſsâ* per Sacerdotem faciendâ, *oblatione*, ex antiquis *Liturgiis* deprompſerint, aut ex patribus produxerint, omnia ad has *Chriſtianorum* oblationes, offertorium populi, θυσίαν ſeu προσφορὰν ἀδελφῶν pertineant. Perpendatur *Miſſa Canon*, ubi eam planè Orationem *Sacerdos* in *offerendo Chriſto* uſurpat, quam palam eſt, in relatione ad *dona*, & *oblationes* populi, inſtitutam fuiſſe.

§. 10. Illud *Abelis ſacrificii*, & *Melchizedeciana oblationis* mentiones ſatis monſtrant, cùm ille *Deo fruges terræ*, hic *panem & vinum* (non *Deo* ſed * *Abrahamo*) obtuliſſe dicantur; Et ad eorum exemplar *Chriſtiani*, *Deo* per *Chriſtum eadem offerant.* His directè reſpondent προσφοραὶ & καρποφορία in *Conciliis Laodiceno*, & *Gangrenſi*; Illæ ad inſtruendam fidelibus menſam, hæ ad uſum pauperum reſervatæ: Iſtis paratum, ubi reponerentur, *Sacrarium*, *Concil: Carthag:* IV. *Canon* 39. (*ſecretarium*, inquit

* Vid: *Gen.* XIV. 18. *Melchizedecus eduxit panem & vinum, nempe ut Abrahamum ejuſque exercitum comiter exciperet*, ἐχορήγησεν ὁ Μελχισέδεκ τῷ Ἀβραὰμ τροφὴν ξένια καὶ πολλὴν ἀφθονίαν τῆς ἐπιτηδείων παρέσχε, καὶ πάντα τὴν εὐωχίαν αὐτόν τε ἐπαινεῖν ἠρξατο, καὶ τὸν Θεὸν εὐλογεῖν, ὑποχρίνας αὐτῷ ποιήσαντα τὴν ἐχθρὸς. *Joſep: Ant:* l. I. c. 18. Sic & *Cyrillus Alex:* ἐξήνεγκεν αὐτῷ ἄρτον καὶ οἶνον, *Eduxit Abrahamo panem & vinum*, l. I. *Glaph:* & *Philo*, Αμαλὴκ &c. *Amalechus quidem Iſraëli obviam non venit cum pane & aquâ, Melchizedecus verò Abrahamo cum pane & vino obviam venit*, l. II. de *Sac: Leg: alleg: Videatur Aug: quæſt: ex utroque Teſt: Tom:* IV. p. 109. & p. 807. 817. Et cùm *Quæſt.* LXXXIII. *Tom:* IV. p. 565. *ſic vulgariter legatur, ut illud quod Melchizedecus obtulit Deo, jam per totum orbem terrarum in Chriſti Eccleſiâ videamus offerri, ſic legendum prudenter monuit* P. Picherellus, *ut vox* [*Deo*] *poſteriori, non priori periodi membro connectatur, ut illud quod Melchizedecus obtulit, Deo jam &c. videamus offerri.*

+ *Poſſidonius*)

† *In vitâ Augustini.*

† *Possidonius*) unde *Altari* necessaria inferebantur, his *Gazophylacium*, seu *Thesaurus*, seu *Corban* apud *Cyprianum*.

§. 11. Illud & orationis forma extra dubium ponit. [*Offerimus præclaræ Majestati tuæ de tuis donis ac datis hostiam puram*, &c.] Quænam hæc *Dei dona* sunt? Certè *creaturæ* ejus, fructus terræ, *panis* & *vinum* &c. *Hæc dona visibilia*, inquit *Ivo Carnotensis*; τὰ σὰ ἐκ τῶν σῶν, *tua ex tuis*, dixit *Liturgia S. Basilii*. Sic itidem cùm addatur, [*Per quem* (i. e. *Christum*) *hæc omnia semper bona creas*] quæ sine dubio ad *fruges* terræ, non ad *Christi corpus* pertinent, Illud enim in *Altari Christiano* quotidiè à *Sacerdote creari*, confici, aut sacrificari non putamus, *Oblationis* interim, aut θυσίας semel in cruce præstitæ ἀνάμνησιν hîc celebrari, cum *Chrysostomo* non ambigimus. Nec igitur à *Walone* rationem reddi posse, cur non *mensa* illa, in quâ *panis*, *vinúmque*, & *Eleemosyna*, (*Sancto Paulo* θυσία & εὐποδοχὴ dicta) & in quâ sacerrimæ, & non iterandæ *Corporis Christi* oblationis, aut *sacrificii* ἀνάμνησις (ipsa *Divino Scriptori* θυσία ἀπάτιστος nuncupata) verè & realiter *Deo* offeruntur, θυσιαστήριον ab *Ignatio*, aut alio quovis *Apostolico* viro satis commodè dici posset.

§. 12. Verùm & illud ulterius addi potest, *Tropicè* tantùm, non *propriè*, θυσιαστήριον ab harum *Epistolarum* scriptore ubique usurpari, nec quicquam illi, quod non item *Scriptori* ad *Hebræos*, hâc in re imputari posse. Θυσιαστήριον ἔχομεν *Altare habemus*, inquit ille, *Heb.* XIII. 10. Quid illud sit, versuum brevi paraphrasi, clarius reddetur.

§. 13. 10. Ἔχομεν θυσιαστήριον, ἐξ οὗ φαγεῖν οὐκ ἔχουσιν ἐξουσίαν οἱ τῇ σκηνῇ λατρεύοντες.

Siquis *Mosaicæ* legis pertinacem observationem (quam *Gnostici*, ut *Judæis* gratum faciant, & ut puritoribus Christianis invidiam creent, profitentur) sibi nihil nocituram credat, siquis *Christum* sibi prodesse posse putet, cùm interim ipse circumcidatur, aut alios circumcidendos curet, (secus quam *Paulus* edixerat *Gal.* V. 2.) is se toto cœlo errare sciat; *Christus* enim unicum illud *Altare* nostrum, ad quod, & in quo *Oblationes* omnes nostræ *Deo* offerendæ sunt, & cujus nos omnes *Christiani* κοινωνοὶ sumus, (μετέχομεν *participamus*, ut de *Altari* sacrificantes, I *Cor.* X. 18.) i. e. plurima, & pretiosa beneficia ab eo fluentia haurimus, ista sine dubio beneficia, iis qui *Mosaicæ* legi confidunt, & adhærent, communicaturus non est. Ideóque jus illi, aut potestatem de isto nostro *Altari* participandi non habent.

§. 14.

§. 14. 11. Ὃν γὰρ ἐπιφέρει) ζῶον τὸ αἷμα τὸ ἀμνείλας εἰς τὰ ἅγια διὰ τοῦ Ἀρχιερέως, τούτου τὰ σώματα κάλλιστ) ἔξω τῆς παρεμβολῆς,

Hujus rei veritatem, ex notissimo inter *Judæos* ipsos ritu, dignoscere potestis, In *sacrificio* nempe *expiationis*, de quo *Sacerdos* nunquam gustare debuit; Sanguinem quidem ille in *Sanctuarium* secum duxit, Corpus verò integrum *extra castra* exurendum erat. Hoc verò sacrificii genere liquidò præsignificatus *Messias*, aut *Christus*; Quod ab iis *Judæis* agnoscitur, & ex ipsius, extra *castra* seu portam civitatis, crucifixione patet. Exhinc *Judæorum* principales viri, ipsi demum *Sacerdotes* (qui de sacrificio isto gustare non permittebantur) colligere facilè potuerunt; ad eos qui *Mosaicos* ritus observant, qui *Judaico* tabernaculo pertinaciter adhærent, omnémque cultum suum exhibent, v. 10. beneficia *Christi* nostri non pertinere.

§. 15. Ex istis patet, quid sit φαγεῖν ἐκ θυσιαστηρίου, *edere de Altari*, in hoc *Apostoli* loco, nimirum de beneficiis *Christi* participare, quatenus ille jam *Pontifex* noster populum sanguine suo sanctificans, v. 12. & (ut *Judæorum Pontifex sanguinem Taurorum*, & *hircorum* secum in *sanctuarium* ferebat, v. 11.) statim in cœlum profectus, preces ibi pro nobis, pro quibus sanguinem fudit, *Deo* patri continuò effusurus est.

§. 16. His positis, singula *Ignatii* loca, in quibus θυσιαστήριον mentio est, breviter perpendantur. In *Ep. ad Ephes.*: Εἰ δὲ μὴπερ ἡ ἕνωσις τοῦ θυσιαστηρίου, ὑστερεῖ τοῦ ἄρτου τοῦ Θεοῦ, οἱ δὲ ἑνὸς καὶ δεδεμένου τοσαύτῳ ἔχουσι ἔχει, πόσῳ μᾶλλον ἤπερ τοῦ ὄφεως καὶ πάσης ἐκκλησίας; Palam est ex præcedentibus, & ex integro contextu, de unitarum *Ecclesiæ* precum beneficio, quod ad singulos in unitate *Ecclesiæ* existentes (ἐν ἀμώμῳ ἑνότητι ὄντων) perventurum est, sermonem instituit. Hanc, inquit, *unitatem* in eo consistere, ut omnes *Episcopo* iis præposito morem gerant, συμφέρεσθαι τῇ ὀπισθοῦ γνώμῃ, *cum sententiâ Episcopi concurrant*, simúlque singuli inter se concordes vivant, χόρος γινόμενοι, καὶ σύμφωνοι ὄντες ἐν ὁμονοίᾳ; quod si faciant, exhinc fore, ἵνα καὶ Θεοῦ πάντοτε μετέχητε, *ut Dei semper participes fiant*, i.e. ut eos *Deus* tanquam μέλη ὄντας τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ *membra filii sui existentes*, ἀκόπως, *in omnibus precibus exaudiat. Unitos* igitur eos, & quasi * *immiscendos Episcopo* monet, *ut Christo Ecclesia, & Patri Christus*, ἵνα πάντα ἐν ἑνότητι σύμφωνα ᾖ, *ut omnia in unitate concordiam foveant.* His sic prælibatis, superstruitur comma istud [μὴ δὲς πλανᾶσθαι] *nequis seduci atque* (*seductores*

* ἐγκιρναμένους.

ductores nempe *Gnosticos* in *Ecclesiâ Ephesinâ*, ut unitatem fidei, sic & cœtuum frequentiam turbasse, ex *Pauli*, & ipsius *Christi* in *Apocalypsi* ad eos *Epistolis* prædiximus) Ἐὰν μήτις &c. *Siquis non sit intra Altare*, i. e. siquis cum *Episcopo* unitatem non alat, *privatur pane Dei, si enim unius aut alterius oratio tantam virtutem habet, quantò magis ista Episcopi & totius Ecclesiæ?* Hic igitur [ἐντὸς θυσιαστηρίου ἦ)] significat *unitatis* illius potissimam partem, τὸ συμψέχειν τῇ ἐπισκόπῳ γνώμῃ, *Episcopo, & consessui Ecclesiastico morigeros esse*, ἐγκεκραμένον ἦ) ἐπισκόπῳ, *sic illi* ut capiti *concorporari*, ut precum *Ecclesiasticarum* particeps fiat; cui hîc opponitur ὑστερεῖσθαι τῆς ἄρτου τοῦ Θεοῦ, *ab isto singulorum Christianorum* officio, quod in eo ponitur, ut omnes *unus panis, unum corpus* fiamus, deficere.

* *Dissert:* I. XIII. 8.

§. 17. Θυσιαστήριον nempe, ut ex *Nazianzeni scholiaste* * notavimus, est ναὸς, in quo *sacra mensa* proponitur (non ipsa *mensa*, nec enim congruum esset ἐντὸς πραπέζης ἦ), sed) *sacrarium, altarium*, seu, ut *Philoxenus*, ἱερῶον; Cùm enim in *Judæorum Templo* duplex *altare* esset, θυμιάματος, & *holocausti*, in *sanctuario* illud, hoc in *atrio subdiali* positum, vox θυσιαστηρίου non tantùm de *holocaustis*, seu θυσίαις, sed & de *thymiamate* usurpata, *Lu.* I. 11. *Apoc.* VIII. 3. & alibi non semel, frequenter etiam *locis* integris, in quibus utrumvis *altare* ponitur, accommodatur. Sic θυσιαστήριον, *atrium Judæorum* denotat, in quo *altare holocausti* ponebatur, *Apoc.* XIV. 18. ut enim v. 17. ἐκ τοῦ ναοῦ *ex sanctuario exierat* unus *Angelus*, sic ἐκ θυσιαστηρίου alius, (sic & XVI. 7. ἐκ θυσιαστηρίου, tanquam *è loco* procedit *Angelus*) quod de ipso *altari* dici nequit. Et c. XI. 1. ut à *sanctuario* disterminatur θυσιαστήριον, ideóque ad θυμιατήριον non pertinet, sic & in hoc προσκυνεῖν dicuntur, ideóque ad *atrium integrum* referri debet, non ad ipsum *altare*, sic ut τῇ αὐλῇ τῇ ἔξωθεν τοῦ ναοῦ, *exteriori templi atrio*, i. e. *atrio Gentilium* contra-distinguatur. Alibi verò exempla non desunt, quibus *sanctuarium* etiam integrum, in quo *altare* θυμιάματος erat, ita vocatur, si jam istis vacaremus. Adeóque in hoc sensu vox ista ad *Christianorum* etiam *sanctuarium* devenit. Ut igitur inter *Judæos sanctuarium* solis sacerdotibus accessum præbuit, sic in *Sanctuario* seu ναῷ *Christiano*, *Episcopus*, & *Presbyteri*, *Diaconis* astantibus, cathedras suas habebant, officia *Ecclesiastica* peragebant, adeóque qui cum illis unitatem colebant, rectè ἐντὸς θυσιαστηρίου ἦ) dicebantur.

§. 18. Sic in *Ep:* ad *Trallenses*, [ὁ ἐντὸς θυσιαστηρίου ὤν] ei, qui sine

sine *Episcopo*, & *Presbyterio*, & *Diaconis*, quicquam facit, disertè opponitur. Quod quàm congruum sit isti θυσιαστήριν notioni ad *Heb:* satis ex se patet. Ibi [φαγεῖν ἐκ θυσιαστηρίου] est *Christi*, & *beneficiorum* mortis ejus participem esse, hìc [ἐντὸς θυσιαστηρίου ἦν] est in unitate *Episcopi* (*Christi* in terris vicem gerentis) consistere, μὴ τῆς ἐπισκόπου ἦν), ut alibi effertur, & ita precum *Ecclesiasticarum* beneficio frui. Sequitur enim, ὃ ἂν μὴ ἐρχόμενον πρὸς αὐτὸ &c. & σπεύδωμεν ἵνα μὴ ἀντιπίπτωμεν τῷ ἐπισκόπῳ, &c.

§. 19. Sic & in *Ep:* ad *Magnesios*, Πάντες ἵνα ὡς εἰς ναὸν συνέρχεσθε (ex quâ verborum *Sancti Martyris* lectione (ut obiter illud moneam) omnis * *Blondellianæ* contra hanc *Epistolam* objectionis vis statim concidit, cùm omnes ad *Episcopum* &c. ὡς εἰς ναὸν συνέρχειν potuerint, licet nulla adhuc inter *Christianos Templorum* ædificia reperirentur. Nec enim [ὡς εἷς εἰς ναὸν] legendum esse suadent, quæ proximè sequuntur ὡς ὄντι ἐν θυσιαστηρίῳ, ὡς ὄντι ἑνὶ Ἰησοῦ Χριστῷ, &c. planè in eundem sensum. Immediatè enim præcesserat, Ἀνὰ ἐπίσκοπον, καὶ πρεσβυτέρους μηδὲν πράσσειν, μηδὲ πειθέσθω ἕνλογόν τι φαινέσθω ἰδίᾳ ὑμῶν, *Nihil sine Episcopo & Presbyteris facite, neque conemini, ut quippiam vobis privatim rationabile appareat*, scilicet quod non *Præfectis Ecclesiæ* videatur, ἀλλ' ὄντι τὸ αὐτὸ, μία προσευχὴ, εἷς νοῦς &c. Omnia ad unitatem conservandam, cujus origo & fons à *sanctuario*, i.e. ab *Episcopis* & *Presbyteris* petenda est.

* *Apol:* p. 256.

§. 20. Eodem modo in *Ep: ad Philadelphenses*, Ἓν θυσιαστήριον, ὡς εἷς ἐπίσκοπος, ἅμα τῷ πρεσβυτερίῳ, καὶ διακόνοις, ubi si ex εὐχαριστίας præcedente mentione (σπουδάζετε οὖν μιᾷ εὐχαριστίᾳ χρῆσθαι) ad *mensam Domini* propriè pertinere videatur. Respondeo, respici posse, non tamen ut θυσιαστήριον sit ipsa *mensa*, sed locus, in quo *mensa* proponebatur, & ille quidem, ut in quo *Episcopi* & *Presbyteri* considebant, & eo potissimùm respectu hìc poni. Alibi verò in *Laurentiano* codice, si bene memini, θυσιαστηρίου mentio non occurrit. In his tribus nihil novum, aut à quo *Ignatii* ævum abhorruisse censendum est.

§. 21. De *Laicorum* & *Clericorum* distinctione, satis erit monuisse, eâ nihil aliud innui, quàm alios in *Ecclesiam* per *baptismum* assumptos esse, alios insuper per χειροτονίαν aut χειροθεσίαν allectos, hos ut *Ecclesiam* procurarent, pascendo, consulendo, ministrando, illos ut ad gregis modum, *Pastoribus*, & qui eorum jussu saluti ipsorum insudabant, se morigeros præberent.

§. 22. De vocibus nihil nos moramur, præsertim cum in *Vos-*

ſiano ſeptem laudatiſſimarum *Epiſtolarum* codice, ipſæ voces non reperiantur, Quod verò ad *xem* attinet, ea *ſacris Inſtrumenti Novi Scriptoribus* ſatis nota eſt, Imò & voces planè ἰουδαϊζειν, & ad illud ipſum, quod *Ignatius* adſtruit, indicandum deſtinatæ, ubique obviæ ſunt. Ibi enim ut ὀπτικότης, παραβυτίων, διαχόνων &c. ita & ἀδελφῶν & πιῶν mentionem non ſemel factam videmus. Imò & λαϊκῶν, *Clementem Romanum*, *Ignatio* noſtro antiquiorem, diſertis verbis meminiſſe [ὁ λαϊκὸς ἀνθρωπος τοῖς λαϊκοῖς προστάγμασι δέδεται] *D. Blondellus* nobiſcum obſervandum cenſuit, *adverſus eos* (*Walonem* ſcilicet, & ipſius compares) *qui Clericorum & Laicorum vocabula ſerò in Eccleſia uſum recepta putant. Apol:* p. 12.

§. 19. Reſtat unicum *Judæorum odium*, quos, inquit *Walo*, non adeò tunc averſabatur *Eccleſia Chriſtiana*. Verùm nec id rectè harum *Epiſtolarum Authori* objici poteſt, nec, ſi poſſet, cum *Ignatium* non fuiſſe concluſurum eſt. Locus ad quem reſpexiſſe videtur, in prioribus tantùm *Epiſtolæ* ad *Philadelph:* editionibus reperitur. Τὸς μισοῦντας τὸν Θεὸν μισεῖν χρὴ ὑμᾶς, *Eos qui Deum odio habent, oportet & vos odio excipere.* At nec ea in *Laurentiano* codice inveniuntur, Nec quidem quicquam continent, quod *Apoſtolicum virum* non deceat, cùm ſtatim definiatur, quid ſit τὸ μισεῖν, ὁ πάσχειν, ἢ διδάσκειν, ἀλλ' ἐχθρὸς μὲ ἡγεῖσθαι, καὶ χαρίζεσθαι ἀπ' αὐτῶν, νουθετεῖν ὑ αὐτοὺ, καὶ ὅλη μαλάνοιαν ὁλιγαλεῖν, &c. Sic ab *eorum conſortio ſeparari, ut illos ad mentem bonam, ad reſipiſcentiam revocare poſſimus.*

§. 20. Imò, quod tertiò addi poteſt, nec illud ipſum ad *Judæos* pertinet, ſed ad illius planè ævi *hæreticos Gnoſticos*, quos, magnâ ubique cum ratione, *Ignatius* noſter *fugiendos* monet, Iſtos quidem *Pſeudo-Judæos*, Ἰουδαΐζοντας, *Ep: ad Magneſ:* Ἰουδαισμὸν *ſectatoribus* ſuis ἑρμηνεύοντας, *interpretantes, docentes, Ep: ad Philadelph:* (pari modo ac ad *Gal:* V. *cogebant* alios *circumcidi*) ipſos verò *incircumciſos*, ut ex ſequentibus patet, ἄμωμον δὲ ἀνδρὸς περιτομὴν ἔχοντα καὶ χειστιανισμὸν ἀκούειν, ἢ δὲ ἀκροβύστου Ἰουδαισμὸν. His, iſto *Ignatii* ſæculo, nihil cum *Orthodoxis Chriſtianis* commune fuiſſe, prolixè jamdudum monſtratum eſt, & contra hos *crucis Chriſti carníſque* inimicos, ubique armari ſuos cupit, licet *odia* iráſque non exerceat.

Cap. VII.

Ignatii omnia inter Apocrypha. Στιχομυθία *Syncello prafixa.* Ἀπόκρυφον *non statim* κίβδηλον. *Apocrypha opposita Sacræ Scripturæ seu Canonicis libris. Clementis Epistola ad Corinthios,* ἀπόκρυφος *&* θείας γραφῆς. *Sic & Ignatii Epistolæ. Hermæ Pastor Salmasio & Blondello laudatus. Ignatius solus repudiatus. Epistola ad Antiochenos Ignatio à Salmasio tributa, ut & ad Heronem. Qui* ποιμαίνειν *pro tempore jubentur, non tamen ordinare permissi. Antiochia Metropolis. Episcopus Syriæ Ignatius. Stephanus Jacobi Diaconus.*

§. 1. POst quinque istas singulares, cum totidem in *Epistolis* hisce ritibus, peractas *velitationes*, unum quidem insigne testimonium, ut *jaculum* lethale, contra universarum *Epistolarum* authoritatem, auctarii loco se adjecisse putavit *Walo.* Στιχομυθία inquit, *vetus prafixa est operi Georgii Syncelli & Theophanis, in antiquissimo exemplari, quo recensentur Scripturæ* ἀναλαμβανόμεναι *&* καταγινωσκόμεναι, *item spuria &* ἀπόκρυφοι. (Hîc venia à *Walone* roganda est, ut quæ sine dubio confudit *Typographus*, emendasse, & distinxisse liceat, punctis leviter mutatis) *Inter* ἁγίας γραφῆς ἀπόκρυφα, *Ignatii omnia reponit, cum Pastore Hermæ, Periodis Petri, Pauli, & Johannis, cum Evangeliis secundum Thomam, & Clementis operibus.*

§. 2. Quid hîc præstiterit *Walo*, paucis videndum erit; Penes æquos lectores judicium esto; Nec de authoritate Στιχομυθίας hujus, mihi cum *Doctissimo* viro lis erit, licet illud non injuriâ dici possit ἀδιάφορον στιχομυθίαν (incertum planè ex quibus ea tenebris, ex quâ, sub *Antiquissimi* exemplaris nomine, officinâ Ἀναστασίου nobis obtrudatur) sine omni dubio non sic ἀναλαμβανόμενα & καταγινωσκόμενα esse, ut de *Ignatio* nostro toti jamdudum *Orbi* noto, decretoriam sententiam ferre digna sit; At istis opus non erit.

§. 3. In binos certè *Apocryphorum* Indiculos se incidisse affirmat *Reverendissimus Archiepiscopus Armachanus*, inditum utrumque, & subjectum *Interrogationibus* & *Responsionibus* illis, quæ *Anastasii Nicæni* nomine à *Gentiano Herveto sunt publicata, Ad calcem Chronographiæ Nicephori Patriarchæ Constantinopolitani*, & *Georgii Monachi, editum alterum.* Ab hoc, si Στιχομυθία à *Walone* laudata, non procul abfit (ut ex *Georgii* istius titulo, qui *Tharasii Patriarchæ Syncellus* fuerat, rectè colligitur) liquidò nobis constat, quid respondendum sit. Nihil scilicet ab authoritate *Epistolis* hisce à nobis tributâ, ex eo detractum, aut minutum esse, quod sic in *Apocryphorum* numero repositæ inveniantur.

§. 4.

§.4. Nec enim ita vocis istius [ἀπόκρυφα] significatio arripienda est, ut statim *spurium*, aut νόθον, aut ψευδεπίγραφον, sequioris ævi figmentum censendum sit, quicquid ubivis inter *Apocrypha* repositum inveniatur. *Apocryphum* certè non γνήσιον & δοκιμον, *genuino*, & *probato*, vereque ab authore, cujus nomen præfert, scripto opponitur, sed *Divinæ Scripturæ Canoni, Libris*, ut dicimus, *Canonicis*, aut *Veteris*, aut *Novi Instrumenti*.

§.5. Verum esse quod dicimus, & ad rem nostram accommodatissimum, satis monstrabunt paucula ea, quæ quibusdam viris *Optimis* fraudi fuisse videntur, testimonia. Illud inprimis *Bessarionis* de *Scriptis Clementis*, Ἃ εἰ καὶ ἀπόκρυφοις ἐστὶ συγκατατεθειμένα γραφαῖς, δεξώμεθα ὅμως τόγε κοινὸν ἐν αὐτοῖς, ὡς ἀληθῆ θείας ὄντα γραφῆς. Ibi *Apocrypha* apponi videas τῆς θείας ἴσα γραφῆς, *Divinæ Scripturæ partibus*, nec rectè *Latinus Interpres* legit [*eis tanquam veris assentiamur*] Multum sanè discriminis inter θείας ὄντα γραφῆς, & *vera*; Nec enim quicquid *verum*, statim in *Canone Scripturæ* reponendum est; Reddendum sine dubio [*Recipiamus ea in præsenti, tanquam Divinæ Scripturæ partes forent.*] Sic ille *Quæstionibus Anastasii Nicæni* subjectus, dicitur *Canonicorum & Apocryphorum Indiculus*, & unà *Ignatii* & *Clementis Romani* scripta, in *Apocryphorum* censu reponuntur.

§.6. Jam verò cuivis notum est, *Clementis Epistolam* ad *Corinthios*, à nemine unquam *Antiquorum*, illi *Apostolico Scriptori* abjudicatam esse, imò post *Novi Testamenti* libros, in *Codice venerandæ Antiquitatis*, quem *Cyrillus Patriarcha Alexandrinus* ad *Regem Magnæ Britanniæ* misit, in calce repositam fuisse, non utique ut κανονιζομένη, in *Canonem Scripturæ* receptam, sed ut ἀπόκρυφον θείας γραφῆς, qualem à pietatis studiosis (&, ut ait * *Athanasius*, βουλομένοις κατηχεῖσθαι τὸν τῆς εὐσεβείας λόγον) ἀναγινώσκεσθαι *legi* fas erat. Quo minùs miraberis, etiam in *Secundo*, &, quem *Cl: Salmasius* laudavit, *Indiculo*, aut Συνοψείᾳ, inter ἀπόκρυφα τῆς νέας γραφῆς cum *Clemente*, *Ignatium* nostrum poni, præsertim si memineris, quid de *Epistolarum* ejus *Sylloge Polycarpus* pronunciaverit, ἐξ ὧν μεγάλα, inquit in *Ep:* ad *Philipp:* ὠφεληθῆναι δυνήσεσθε. Πεποίθασι γὰρ περὶ, καὶ ἐστηριγμένοι, καὶ πᾶσαν οἰκοδομὴν τὴν εἰς τὸν Κύριον ἡμῶν ἀνήκουσαν. *Ex Epistolis ejus plurimum utilitatis capere potestis, Fidem enim, & tolerantiam, & omnem ædificationem ad Dominum nostrum pertinentem, continent.* Ex quibus divini *Scriptoris* verbis, ipsa quasi definitio *Apocryphorum* exurgit, non quæ *spuria* semper, & *adulterina* fuerint, sed

* Epist. XXXIX.

sed quæ cum in *Canonem Scripturæ* recepta non sint, *utilitatis tamen plurimum in se habere* censenda sunt. Et ita nondum conclamatæ *Epistolæ Ignatii*, nondum *Sanctissimo Martyri* abjudicatæ, imò potius insignem in *Ecclesiâ honoris* gradum adeptæ censebuntur, quæ in ipso *Novi Testamenti Apocryphorum* censu repositæ reperiuntur.

§.7. Unicum addo ex hac ipsâ Συνοψιδι, *Pastorem Hermæ* in eâdem Classe cum *Ignatio* positum esse, quem tamen ante duas paginas ab * ipso satis honorificè laudatum videas, & ita, ut pro *spurio* aut supposititio censeri neutiquam credas. *Harum*, inquit, *contentionum meminit Hermas Pauli discipulus in Pastore suo, similitudine* VIII. Quod & à * *D. Blondello* eatenus factum videmus, ut licèt eum *impurum dogmatisten Novatianorum, Pelagianorum fontem, Montanisticarum superstitionum gurgitem* nuncupaverit, tamen ut *antiquissimum Scriptorem Polycarpo immediatè succenturiatum, de Ecclesiarum sui temporis statu loquentem* audire statuerit. Adeò illud verissimum est, ὁπερ βουλόμεθα, πιστευειν, pessimo cuique, si nobis adblandiatur, inter *Heroas* statim locato cathedram figendam esse; vapulante interim *Ignatio*, & ab omni bonorum virorum consortio prorsus exulante, quamprimum *Episcopalis dignitatis* fautorem aut advocatum se præbuerit.

* *Wal: Miss:* p.250,251.

* *Apol:* p.17.

§.8. Quæ hâc in re addenda insuper putavit *Walo*, ea omnia à quibusdam, ad *honorem* & authoritatem *Episcopo* adstruendam, ab *Ignatio* dictis petita sunt, * *Quæ toties repetita, & ea verborum* ῥυπογραφῃ, *putida*, inquit, *sunt, inepta, sed & falsa, & pene impia.* At utinam *Doctissimo viro* bilis mitiùs ac leniùs efferbuisset, Quæ *Ignatius* de *Episcopis* pronunciat, nos suo loco exhibebimus, nec ea hîc, tempore adeò non suo examinanda, *Lectori* proponemus.

* p.254.

§.9. Illud hîc tantummodò omittendum non erit, hæc certè verba (conscio aut inscio, non pronuntiaverim) p.257. *Waloni* excidisse, [*In Epistolâ ad Antiochenos solius Presbyterii meminit, quia ipse eorum Episcopus absens erat.*] An igitur revera hujus *Epistolæ Author*, *Antiochenorum Episcopus Ignatius* censendus est? Certè sic affirmat *Walo*, & ex eo se aliquid lucraturum existimat, *Notandum*, inquit, *est, absente Episcopo, Presbyteris hîc licentiam dari gregis pascendi, & omnia quæ Episcopus agebat, agendi*, i. e. *consignandi, ordinandi, & alia exequendi quæ soli Episcopo competebant, ubi unus in plures excepit Principatum.*

§. 10. Scilicet, si *Presbyteris* licentiam hanc largiuntur fit *Ignatius* erit *Ignatius*. At secundò nihil hîc dictum fuerat de *ordinando, consignando, & alia qualibet agendo.* Illud tantùm, Οἱ πρεσβύτεροι παιμαίνειν τὸ ἐν ὑμῖν πλήρωμα, ἕως ἀναδείξῃ Θεὸς τὸν μέλλοντα ἄρχειν ὑμῶν, ἐγὼ γὰρ ἤδη κατέδραμον. Mirum unde hæc omnia ἐμβολιμαῖα & interserta illi accesserint, aut quâ demum necessitate, qui per dies paucos παιμαίνειν jubentur, se ad *ordinationem* propipiant. Imò *tertiò*, quidni & illud adverti hîc posset, *Episcopum Ignatio* successurum, *principatum* in hos ipsos *Presbyteros* exerciturum fuisse, (sic enim sonant [τὸ μέλλοντα ἄρχειν ὑμῶν]) & eandem igitur *Ignatio*, aliisque tunc temporis *Episcopis* super *Presbyteros* ἀρχὴν competisse. At ista obiter.

§. 11. Eâdem utili & profuturâ ἀμνησίᾳ factum est, ut *Epistola* ad *Heronem*, ex quâ aliquid *Presbyterorum* dignitati accrescere posse videbatur, adeò *Waloni* placuerit, ut *Ignatium* etiam ejus *Authorem* agnoverit; Sic enim de *Ignatio* disertè pronunciat, *Cùm ergo absens esset, & nullus Episcopus eis præesset, ἐπισκόπους eos appellat, ut suprà in Epistolâ ad ipsam Antiochenam Ecclesiam eos pastores vocavit*, &c.

§. 12. Certè si bis spondenti *Waloni* fides neganda non sit, non obstantibus *ipsius*, & *D. Blondelli* rationum momentis, *Ignatius Epistolas* scripsit, ad *Heronem* saltem, & *Antiochenos*, Quibus tamen in *Polycarpiana Sylloge* locus non est.

§. 13. At ne magis illi hæc ad *Heronem*, quàm ad *Antiochenos* alteræ profuisse censeatur, sciat *Walo* præceptum illud *Heroni* datum, [Μηδὲν ἄνευ τοῦ ἐπισκόπου πράσσε] Nihil ad *regimen*, ut ait, *solis Presbyteris constans*, adstruendum pertinere. Nec id quidem, ut sibi pollicetur, *ex sequentibus perspicuum est*; Sequentia sunt, Ἐκεῖνον, i.e. *Episcopi*, βασιλέα σεβόμενον, ἱερουργοῦσι, χλευάζουσι, χλευάζουσι, Σύδε ἀνυπὸς διακονῆς, ὡς Σλίφανος ὁ ἀγαθὸς ἐν Ἱεροσολύμοις Ἰακώβῳ καὶ τοῖς πρεσβυτέροις.

§. 14. Primò sciendum est, *Antiochiam Metropolim* fuisse, alias sub se civitates habentem, quibus singulis suus *Episcopus* præsidebat, Patet hoc ex *Ignatii Epistolâ* ad *Romanam Ecclesiam*, in quâ seipsum ἐπίσκοπον Συρίας, totius *Syriæ*, cujus nempe *Metropolis Antiochia*, *Episcopum* appellat. Illi autem omnes reliquarum in *Syriâ* civitatum *Episcopi*, quidni hîc ἐπίσκοποι dicerentur? etiam cùm *Ignatium* ipsum abfuisse concedatur? Nec quicquam sanè (quod *Waloni* videtur) ex *Jacobi* exemplo objici potest, Quem si hîc nominari ut proprium *Hierosolymorum Episcopum*

non

non negaverit, (quod liberaliter se adversario concessurum spondet) nunquam exinde concluserunt est, *Ignatium* prædictos omnes ἐπισκόπους & πρεσβυτέρους exæquasse, sed è contra, in priori periodi parte, *Episcopos plurium* civitatum *plures* (quibus etiam singulis *Presbyteri* adjungebantur) per vocem ἐπισκόπους, vel ἱερεῖς indigitasse, ut in posteriore, per *Jacobum*, & *Presbyteros Ecclesiæ Hierosolymitanæ*, *Episcopum* cum *Presbyteris* suis discrtè significavit. Sed in istis dijudiis forsan, quàm præsentis instituti ratio poscebat, immorati sumus, *Waloni* aliquantisper ἔξῤῥωσο dicendum est.

CAP. VIII.

Magna Salmasii & Blondelli concordia. Primum argumentum. Salmasii de Prim: contra has Epistolas. Episcopatus νεωτερικὴ τάξις. Νεωτερικαὶ ἐπιθυμίαι. II. Tim. II. 22. *Genevensis Ignatii editio aliquando præferenda. Τάξις, ordinatio, νεωτερικὴ, quæ ad Juniorem pertinet. Damas Juvenis Magnesiorum Episcopus. Andr: Riveti ἀβλεψία.*

§. 1. VIdeamus porrò quid in hâc materiâ *Cl: Salmasius* in *Apparatu* suo ad *Lib: De Primatu* produxerit, aut quid demum *D. Blondellus*; Eâdem sanè uterque armaturâ munitus; Quâ verò * fœlicitate, aut animorum consperatione illud obtigerit, Ego non definio. Uno adversus utrumque Clypeo nos tectos existimabimus.

§ 2. Primò igitur, contra *Epistolarum* harum authoritatem, quatenus ex à *Laurentiano Vossii* codice purgatiores edi videbantur, petito ex hoc ipso codice argumento, sic insurgit *Cl: Salmasius*: *Episcopatum* nempe *ab hoc scriptore in Epistolâ ad Magnesios* νεωτερικὴν τάξιν *appellari, hoc est*, inquit ille, *novum aut neotericum ordinem. Nec enim*, inquit, *vocem* τάξιν, *ad ætatem respicere posse*, νεωτερικὸν *verò* καινὸν *significare, ut cum Paulo* II. *Tim.* II. 22. νεωτερικὰς ἐπιθυμίας, *novæ, aut novarum rerum cupiditates dicantur.* Quid hîc respondendum sit, quibus potero, pauciſſimis indicabitur.

§. 3. Primò igitur, si unico *Florentino* seu *Laurentiano Codici Græco*, eique per omnia pari, qui ex *Angliâ* prodiit, *Latino*, hac in parte præferatur prior lectio (quâ ἀναμφιβόλως *Videlius Genevensis*, & ante eum *Mastræus*, aliique omnes utebantur) [ἀ πρὸς τῶν φανομένων ἀφορμᾶσθαι πάντα] tunc omnis hujus argumenti vis prorsus evanuit. Et certè sic legendum suadet tota *Epistolæ* series. *Magnesiorum Episcopus Damas* tunc fuit, ætate quidem *junior*,

* *His argumentis, quæ præstantissimo Salmasio nuper probata gaudeo, à priore opinione ante biennium depulsus, &c. Blond: præf:* p. 46.

quem ideò ab iis contemni posse (ut *Timotheum Paulus*) verebatur. Monet igitur non decere aut καταφρονεῖν, aut συγχεῖσθαι τῇ ἡλικίᾳ ὑπεροπτικῶς, aut *contemnere*, aut *familiariter* (& depositâ reverentiâ) *ætate Episcopi abuti*. Sic & ipse *Cl: Salmasius* agnoscit, *moneri hîc Magnesios ut Episcopum recipiant, & quamvis ætate juniori, honorem illi exhibeant*. His certè *Genevensis* editio multa ex *S. Scripturis* opportunè subnectit, ὁ πρὸ πολυχρονίου σοφὸς &c. *Non semper utique longævos sapientes esse, aut senes prudentiam scire*.

§.4. Verùm secundò, si cum codice *Florentino* omnino legendum esse concedatur, [τὸ νεωτερικὸν τάξιν] nihil tamen ex eo adversus *Ignatium*, aut *Episcopalis* ordinis assertores, concluſum erit. Nam primò, si *Ignatii* ævo, *novus*, aut *novitius ordo* dicendus sit *Episcopatus*, id sanè proximè aberit ab Apostolico. Conscriptam enim fuisse hanc *Epistolam* secundo post *Apostolos* sæculo, ulteriori illud *Cl: Salmasii* probatione indigebit, exhinc neutiquam concludendum.

§.5. At *secundò*, per νεωτερικὸν τάξιν, *novum* aut *novitium ordinem* significari, nullâ mihi ratione probabile videtur. Nec verò aut nos, τάξιν *ætatem*, aut νεωτερικὸν, cum *Cl: Salmasio*, χωνὸν, reddendum esse arbitrabimur.

§.6. Altera nobis hujus φράσεως ratio reddenda est, ex quâ, iis quæ præcesserant, satis commodus & idoneus sensus exurget. Nempe ut τάξις *ordinationem* significet, & νεωτερικὸν, quæ ad νεώτερον pertinebat, aut quæ τῷ νεωτέρῳ concedebatur. Ea erit *Damæ ætate junioris ordinatio*, aut *Episcopalis* dignitatis in eum adolescentem (ut *Timotheum* alterum) collatio, ex quâ ne ejus contemnendi ansam populus fidelium arriperet, sollicitè hîc ab *Ignatio* cautum erat.

§.7. Denique cur II. *Tim.* II. 22. νεωτερικὰς ἐπιθυμίας, *novæ*, aut *novarum rerum cupiditates* à *Cl: Salmasio* dicantur, si non istis suppetiis instabilis causa indigeret, fateor lubens me nec scire, nec divinare posse. Cur non *juveniles cupiditates* (aut quæ in *juvenes* cadere solent) νεωτέρῳ *Timotheo* fugiendæ censerentur? Cur tantùm novæ (quasi *veteres*, & quæ adeò frequentes inter juvenes erant, pro innoxiis censendæ sint) Aut cur demum *novarum rerum cupiditates?* quæ nec adeò in *Episcopo Timotheo* ab ipso *Paulo* in doctrinâ fidei probè instituto, metuendæ erant, nec uspiam sub νεωτερικῶν ἐπιθυμιῶν, sed sub νεωτερισμῶ titulo frequenter, apud *authores* describuntur.

§. 8.

§ 8. Mirum est quò se trahi patiantur *Docti* viri, ut *dogmati*, aut προλήψει *inserviant*, Mirum, quid post *Cl: Salmasium*, * *D. Blondello* acciderit, quòd hic *Episcopatum* νεωτερικῶ τάξει nuncupatum esse, sic sibi prolixè gratuletur, cùm illud tantummodo hîc dicatur, *Damam* paulò juniorem *Episcopum ordinatum* esse. Sed ante omnia mirum, & prodigii instar censendum est, quòd *Doctissimus Senex* * *Andreas Rivetus*, *Episcopatum novellum ordinem* nuncupans, statim addiderit, *sive* τάξις, *ut loquitur Ignatius*, νεωτερική: *Ignatio* scilicet dictum illud imputans, Qui si sic locutus fuerit, non solùm *illustrissimus Salmasius* frustra erit, qui cum *D. Blondello* eo indicio *Pseudo-Ignatium* deprehendisse se putat, sed & *Episcopalem ordinem* sub tempore *Ignatii* in *Ecclesiâ* fuisse manifestum erit. Quo quidem ævo si *novellus* fuerit, nobis certè *Apostolicus*, i. e. satis *antiquus* existimabitur.

* *Præf:* p. 43.

* *Grotii discuss: Dialy:* p. 402.

§. 9. Quod & ab *A. Riveto* paginâ proximâ affirmatum videmus, cùm *consuetudinem* illam, ex qua *Presbyteri Episcopo adjungebantur, in imponendis Presbytero manibus* (quæ sine dubio *Episcopalem* apicem non abjudicat, sed supponit) *ex veteris ævi reliquiis mansisse dicat*, statímque quid sit illud *vetus ævum*, sic explicat, [juxta illud *Apostoli per impositionem manuum Presbyterii.*] Ubi tamen multò rectiùs feciſſet, si *Apostoli* [ᾧ] reddendum [*cum*] & non (contra omnium exemplarium fidem) in [διὰ *per*] mutandum censuiſſet. Sed istud extra orbitam, Quid verò de istis *Apostoli* verbis censendum sit, postea dicendi locus erit.

Cap. IX.

Secundum argumentum, Λόγῳ ἐκ τοῦ Σιγῆς. *Valentinus Hæresium antiquarum compilator. Contentio inter Blondellum & Archiepiscopum Armachanum de Irenæi loco. Blondelli ad A: Armachanum Literæ. Argumentum à βύθῳ καὶ σιγῆς combinatione, Valentini proprio charactere, ductum. Responsiones quatuor.* Χαρακτὴρ. Σιγῆς *nomen Gnostici à Comicis sumpsere, Valentinus à Gnosticis.* Βύθῳ καὶ Σιγῆς *combinatio ab Irenæo Gnosticis disertè imputata.*

§. 1. Transeo ad secundum *Argumentum* ex eâdem *Epistolâ*, & eodem *Laurentiano* codice ductum; quòd nempe *Christi* λόγῳ mentione factâ, adjiciat ἐκ ἀπὸ σιγῆς προελθόν. Ex quâ Σιγῆς mentione concludi putat, *Epistolam* hanc, post *Valentini hæretici, cujus illud idioma fuisse dicitur, tempora* scriptam esse. Sic & * *D. Blondel: Neotericum*, inquit, *se, Ignatióque longè*

* *Præf:* p. 45.

recentiorem indicio ſuo, ſine ullâ evadendi ſpe proditus ſorèt manifeſtum facit, dum Valentinianorum poſt Ignatii Martyrium primum exortorum monſtrum bis ex profeſſo ferit. Quibus verò verbis id facit? Primò, quòd *Magneſios* ſuos, poſt veram de *Chriſto διδασκαλίαν*, ſic muniendos duxerit. [μὴ πλανᾶσθε τῇ ἑτεροδοξίαις, μηδὲ μυθεύμασιν τοῖς παλαιοῖς ἀνωφελέσιν ὖσιν.] Secundò, quòd Σιγῆς (ἐκ ἀπὸ Σιγῆς προελθὼν) *mentionem fecerit.*

§. 2. His omnibus facilis Reſponſio. Primò, in aliis omnibus exemplaribus hæc verba non reperiri. In priori quidem loco, alia, ſed ea leviter immutata. Μὴ πλανᾶσθε τῇ ἑτεροδοξίαις, μηδὲ μύθοις ἐπέχετε, καὶ γενεαλογίαις ἀπεράντοις, &c. quæ ferè à *Paulo* ipſo deſumpta, I. *Tim.* I. 4 & IV. 7. *Tit.* I. 14. In poſteriori verò hæc tantùm, [ὅς ἐστιν ἀπὸ λόγου ὁ ῥητὸς ἀλλ' ὑσιώδης.]

§. 3. Verùm nec iſtis opus eſt, nec enim aliquid in ſe novi habet (aut quod authorem, ut ait, *Neotericum* arguat) aut phraſis iſta [μυθεύματα παλαιὰ ἀνωφελῆ ὄντα,] aut ipſius Σιγῆς mentio.

§. 4. Nec certè opus fuit, ut univerſam hîc βύθου & æonum doctrinam paginâ unâ & alterâ venditaret, aut *Ignatiani Martyrii* diem, & *Hæreſiarchæ Valentini* ortum, adeò punctìm & accuratè comparandos duceret, cùm ab ipſo *Ignatiani* iſtius codicis editore, *Iſaaco Voſſio*, luculenta objectioni huic reſponſio parata fuerit; Nullâ quippè neceſſitate adigi nos, ut iſtam Σιγῆς mentionem, *ex Valentinianâ hæreſi* depromptam credamus. Neminem quippe antiquorum repertum eſſe, qui *Valentinum novæ Sectæ conditorem* affirmaret, ſed è contrà, *Theodoretum*, poſt antiquas *hæreſes*, & quæ *Valentinum* præceſſêre, enumeratas, ſtatim addere, ἐκ τούτων πασῶν τῶν αἱρέσεων ὁ Βαλεντῖνος λαβὼν ἀφορμὰς, τοῦ ἀπορρύτου αὐτῶν σωλῆνα μύθους.

§. 5. Sic & ex *Tertulliano* illud laudatum. *Cujuſdam veteris opinionis ſemina nactus*, &c. At præcipuè illud *Irenæi*, Ὁ μὲν περὶτος ἀπὸ τῆς λεγομένης γνωστικῆς αἱρέσεως, τὰς ἀρχαίας εἰς ἴδιον χαρακτῆρα διδασκαλίας μεθαρμόσας Οὐαλεντῖνος, &c. *Valentinum ſcilicet, ex Gnoſticorum hæreſi, doctrinas veteres ad ἴδιον χαρακτῆρα concinnâſſe*, aliud nihil præſtitiſſe. Addit etiam, ſubductis temporum rationibus, *Optimus Voſſius*, fieri potuiſſe, ut *Valentinus* ipſe, vivo etiamnum *Ignatio*, multos clam, ſi non palam, ſeduxerit.

§. 6. Putârim hoc *Antidoto* abundè *Epiſtolarum* harum ſaluti cautum fuiſſe, quo minùs unicâ iſtâ Σιγῆς mentione, tanquam venenato hauſto poculo perculſæ, ſtatim omnes efferrentur. At hanc

Iſaaci

Isaaci Vossii annotationem non viderat *Cl: Salmasius*, fortè nec *D. Blondellus*, cùm hæc scriberet, cùm contra tam apertam lucem, nihil sit quod obtendi possit. Dispellendam igitur iis hanc caliginem putavit *Reverendissimus Hiberniæ Primas, Epistolâ Appendici Ignatianæ* præfixâ, Anno post publicatam *D. Blondelli Apologiam*, Locúmque *Irenæi*, & *Epiphanii*, integrum exscripsit, aliâque nonnulla ex *Clemente Alex:* addenda censuit; At nec sic voluit *D. Blondellus* cum *Epistolarum* harum authore in amicitiam redire, reciprocandam igitur hanc ferram ratus, literis ad *Reverendissimum Archiepiscopum* non ita pridem datis, quibus hanc denuò suam fulcire sententiam conabatur.

§. 7. Eas hîc describere placuit, ut & illis breviter occurratur & satisfiat. *D. Blondelli verba sic se habent.*

» *Irenæi* nostri, quo præcipuè niteris, locus, quod nunquam » negavi, docet, *Valentinum* aliorum exemplo *αὐζυγίας* suas ef- » finxisse, Alios ipso priores *Profundi*, & *Silentii* combinatio- » nes induxisse, non modò tecum non affirmat, sed mecum, (fi- » quid capio) ex professo negat, cùm proprium *Valentini* cha- » racterem combinationem illam protulisse refert. Si enim ex pro- » prio *Valentini* charactere fuit, ex charactere priorum (quod » volebas) nec fuit, nec esse potuit, nisi fortè proprium commu- » ne, i.e. non proprium factum *ἀτόπως* dicamus. His positis, argu- » mentum meum adversus Epistolam ad *Magnesianos* immotum » manet. Quisquis adversus proprium *Valentini Ignatio* poste- » rioris characterem disputat, *Valentino* vel coætaneus fuit, vel eo » posterior, adeóque *Ignatio* recentior, non *Ignatius* ipse. Atqui » author Epistolæ ad *Magnesianos* adversus proprium *Valen-* » *tini Ignatio* posterioris characterem disputat. Ergo Major » est evidens, Minor est *Irenæi*, ergo & conclusio. 2do. Acta » *Ignatii* vetustiora, ejus Epistolarum non meminerunt, id au- » tem rursus conjecturæ meæ favet. 3^tio. Acta illa, milites, quo- » rum Custodiæ addictus *Ignatius*, permissse aiunt, ut à piis *Sy-* » *ris*, Itineris comitibus foveretur, & ab Ecclesiis in itinere po- » sitis inviseretur, sustentaretur, &c. ergo *Leopardorum*, qui nun- » quam mitescunt, & beneficiis exasperantur (quod Epistolarum » Scriptor, quisquis ille fuit, volebat) similes non fuerunt. » 4to. Quàm parum *Ignatio* conveniat, Epistola ad *Romanos*, » *προσβιάσομαι* &c. quódque *Romanos* adjurare fingitur, ne pro » salute suâ temporali preces fundant, Ecclesiæ *Smyrnensis* de » *Quinto* judicium docet; Si enim ex *Smyrnensium* sententiâ,

» Martyres

» Martyres dici non debent qui ſe offerunt, quantò minus debuit, » qui de ſibimet admovendis necis inſtrumentis cogitaſſe dici- » tur, nec fratrum preces pro incolumitate ſuâ ferre potuit? Hæc » me ſententiam mutare cùm vetent, hærere me etiamnum pro » ſingulari tuâ charitate ferre non dedignaberis.

§ 7. His jam breviter reſpondendum erit, 1. Argumentationem *D. Blondelli* in hanc argutiolam ἀναχεφαλαιώσις, *Valentinum aliorum exemplo συζυγίας* ſuas *effinxiſſe*, *Iſtam verò* Βύθε & Σιγῆς *combinationem*, *Valentinum primùm induxiſſe*, *& hanc igitur ab* Irenæo *proprium ejus characterem dictum eſſe*, *ideóque authorem Epiſtolæ ad* Magneſios *adverſus hanc combinationem diſputantem*, Valentino *poſteriorem eſſe*, *& exinde* Pſeudo-Ignatium.

§. 8. Mirum eſt quot vitiis hic *D. Blondelli* proceſſus laboret, ſeu *Irenæum*, ſeu *Ignatium*, reſpicias, 1mo. *Irenæus* non affirmat *Valentinum combinationem illam primùm induxiſſe*, nec combinationem illam fuiſſe *proprium Valentini characterem*. Id tantùm dicit, quod modò *Græcè* dicentem audivimus, *Valentinus primus ab hæreſi Gnoſticâ antiquas doctrinas*, εἰς ἴδιον χαρακτῆρα, *ad ſuum Characterem accommodans*, ὅπως ἐξεφόρησε, *ſic extulit*, Ὁιονεί τινα δυάδα ἀνονόμαστον, ἧς τὸ μὲν πρωτότοκος Ἄῤῥητον, τὸδε Σιγὴ, &c. *definiens binarium quendam eſſe innominabilem*, *cujus unam partem* Ἄῤῥητον *inenarrabile*, *aliam* Σιγὴν, *ſilentium* vocari.

§. 9. Hic quid ſit *Character*, ſatis clarum eſt, peculiare nempe aliquod dicendi genus, ſic ut apud *Grammaticos* χαρακτῆρες λόγου πάντες, & *Character Scriptoris*, pro ſtylo dici ſolet, apud *Irenæum* verò χαρακτὴρ βίου, & χαρακτὴρ πίστεως alibi non ſemel. Nec jam quicquam *Irenæi* verbis luculentius, ſcilicet, *Valentinus antiquas doctrinas*, ad ſuum dicendi, aut philoſophandi genus, *concinnavit*, accommodavit.

* *Hær.* XXXI. §. 10. Huc illud * *Epiphanii* ſpectat, Τῷ ἐθνοποιὸν πλάσιν εἰς τὸν ἑαυτῆς νοῦν λαβὼν, καὶ ἀπὸ τῶν σὺν αὐτῷ, καὶ πρὸ αὐτῆς τῆς ἀληθείας ἐκπεπλωκότων, τῷ ὑπόνοιαν κλησάμενος, καὶ αὐτὸς τὰ ἴσα τῷ Ἡσιόδῳ ἀπὸ ἑτέρων ὀνομάτων εἰς ἕτερα μεταποιήσας ἐθέλησε φανῆναι τὸν κόσμον, *Fabuloſam Gentium poeſin in animo ſuo concipiens*, *& eorum ſententiam*, *ſeu intellectum*, *mutuatus ab aliis hæreticis*, *qui ante ipſum*, *& cum ipſo vixêrunt*, *Theologiam Heſiodeam*, *mutatis tantùm nominibus*, *ut mundum deciperet*, *inducere voluit*. Scilicet à *Gnoſticis* qui & ipſo priores erant, & adhuc in *Eccleſiâ Valentini*

Valentini tempore, latè disseminabantur, *Valentinum* doctrinas ipsis *Gnosticis* antiquiores, *poëticam* nempe *Theologiam* leviter immutatam, aliis tantùm verbis contextam, protulisse, nec quicquam aliud hîc affirmatum invenies.

§. 11. Secundò, *Combinatio* illa ab *Irenæo* memorata, non erat Βύθε καὶ Σιγῆς, sed Ἀρρήτε καὶ Σιγῆς.

§. 12. *Tertiò*, Author *Epistolæ* ad *Magnesios* nullam utriusvis συζυγίας mentionem facit, aut Βύθε & Σιγῆς, aut Ἀρρήτε & Σιγῆς, sed tantùm λόγε ἐκ ἀπὸ Σιγῆς προελθόντ@. Hinc sanè illud concludendum, at aliud nihil, Hæreticis illius ævi notam fuisse Σιγῆς vocem, sim úlque *sermonis*, aut *verbi ex silentio procedentis*. Et quidni *Gnosticorum*, ante *Ignatii* exitum, dogma censeri illud posset? verissimè observavit *Isaacus Vossius*, à veteri *Comico Antiphane* in *Theogoniâ*, *Chaos* emissum dici è *Nocte*, & *Silentio*, sic ut de *Chao* dein, & *Nocte*, *Cupidinem*, & *Lunam*. Hinc igitur Σιγῆς nomen desumpsêre *Gnostici*; A *Gnosticis*, (inter ἀρχαίας διδασκαλίας *Irenæo*, ἐθνόμυθον πλάσιν, *Epiphanio*, dictas,) mutuatus est *Valentinus*. Nec igitur ille primus hoc nomen in *Theogoniis*, aut συζυγίας, usurpavit. Nec quicquam adhuc *proprium Valentino*, nec quod *Epistolam* illam *Ignatio* (quo posterior *Valentinus*, at prior *Antiphanes*, coætanei *Gnostici*) abjudicet.

§. 13. Imò, ut illud quartò addam; Si iterum consulatur *Irenæus*, patebit ipsam illam Βύθε & Σιγῆς *combinationem* (adeò *D. Blondello* celebrem, & quam *Valentini characterem* fuisse, adeò nobis persuadere voluit) antiquioribus *Gnosticis* cognitam, & inter eorum διδασκαλίας numerandam fuisse; Sic enim ille, in posteriori parte ejusdem capitis, cùm alias *Genealogiarum*, & *Stemmatum* rationes recitâsset, hæc statim subjicit, Ταύτας βούλον@ τὰς δυνάμεις προπάτορα τῆ Βύθε καὶ τῆ Σιγῆς, ἵνα τελείων τελειότεροι φαίνωσιν ὄντες, καὶ Γνωστικῶν γνωστικώτεροι, *Atque has virtutes etiam Bytho & Sige antiquiores esse volunt, quo viz: perfectis perfectiores, & Gnosticis seu scientibus scientiores, seu magis Gnostici esse appareant.* Quibus disertè affirmatur, istam Βύθε καὶ Σιγῆς δυάδα (ex quâ ista apud *Ignatium* Σιγῆς mentio, & λόγε ἀπὸ Σιγῆς) *Gnosticorum* (si non inventum, saltem) *doctrinam* fuisse. Cui qui quicquam ut *antiquius* addi cupiebant, ipsis *Gnosticis* eruditiores, aut *scientiores*, videri velle videbantur.

§. 14. Et de istâ Σιγῆς mentione, leviculâ quidem, sed cui, cùm alia deessent, gnaviter adhærere *D. Blondello* placuit, ad præripiendas cavillationes omnes, dictum est, uti spero, jam satis.

Cap. X.

Argumentum ab Actis Ignatianis negativum, ut nihil concludat. Tertium Argumentum à militum comitate ductum. Quartum à voce παραβιάσομαι. Ignatius ad Martyrium anhelans. Eusebius Blondello adversus. Ignatius se non obtulit, sibi manus non admovit. Cypriani Exemplum.

§. 1. VErùm sunt & alia paucula, à *D. Blondello* in literis istis adversus *Ignatium* nostrum emissa jacula, ea paucis retorquenda hîc erunt, ne quippiam animadversione nostrâ indignum censuisse videamur, quod *D. Blondello* proferre visum est. *Acta*, inquit, *Ignatii vetustiora Epistolarum ejus non meminêrunt.*

§. 2. Fateor quidem, At primò *Epistolæ* ad *Romanos* non meminêrunt tantummodo *Acta* illa, sed & integram, eâ, quâ ad nos pervenit, formâ, descripserunt, ex eo nobis conjecturæ locum præbentia, *Romæ* quidem ea conscripta esse, & exinde rationem constare, cur non reliquarum æquè *Epistolarum* ac ad *Romanos* unicæ meminerint. Secundò autem, nulla in illis *Actis*, universæ *Sanctissimi Patris* vitæ, nedum adultæ, (& quæ in *Christiano* stadio decurrebatur) ætatis, multò minus scriptorum, aut factorum omnium, *historia*, sed *Tragœdiæ* tantummodò ad exitum festinantis, ipsiusq; demum *Beatissimi Martyris*, ad *Romam* simul, & *Martyrium* profectionis, commentarii, seu diaria quædam continentur. Adeò ut ab *Actis* illis, (dum ea prioris vitæ non meminerint) æquè concludi possit, tunc demum vivere cœpisse *Ignatium*, cùm morti jam proximus esset, ac *Epistolas* non scripsisse, quarum in *Actis* illis nulla fiat mentio, aut unicam scripsisse, eam scilicet ad *Romanos* in *Actis* memoratam; Monitore non eget vir *Doctissimus*, quàm nihili facienda sint argumenta ex *testimonio negativa*, illud tantummodo ritè concludura, Eum planè positivis destitui, quisquis *negativis* uti voluit.

§. 3. Tertiò sic argumentatur *D. Blondellus*, *Acta illa, milites, quorum custodiæ addictus Ignatius, permisisse aiunt, ut à piis Syris, itineris comitibus, foveretur, & ab Ecclesiis in itinere positis inviseretur, sustentaretur, &c. Ergo Leopardorum, qui nunquam miteſcant, & beneficiis exasperantur, (quod, Epistolarum, quisquis ille fuit, scriptor volebat) similes non fuerunt.* Respondeo. Illud sanè verissimum est, quod ab iis *Actis* affirmatur, *Polycarpum* nempe, & *Ecclesiarum* in *Asiâ* omnium fratres, *Ignatio*, in novissimâ istâ profectione, obviam venisse, nec ubivis

contrarium

contrarium affirmat *Ignatius*. At & eadem *Acta* (id *D. Blondellus* tacere maluit) de eo disertè affirmant, quòd à *ferocissimis militibus ducebatur, crudelissimis manibus*; Quidni igitur *Leopardorum* similes pronunciaret, qui præsentem eorum immanitatem, & rabiem expertus est, quos *Acta* à non-nemine, nihil ab illis passo, descripta, *ferocissimos* & *crudelissimos* appellant?

§. 4. Restat, ut brevissimè vocis [προσβιάσομαι] in unâ ad *Romanos Epistolâ*, positæ, verborúmque [*Quibus Romanos adjurat, ne pro salute ejus temporali preces fundant*] virus sic minuam, ut ejus malevolo influxu, aut halitu, tota *Epistolarum* compages non inficiatur; Quod me facilè facturum confido, si mihi cum viro probo, & à partium studio, & ἀυθαιρέτῳ ἀμερίᾳ alieno, qualem *D. Blondellus* ubique se profitetur, res futura sit. Quid enim, si, ut amorem suum (non semper modulo nostro metiendum) erga *Christum*, dilectissimum servatorem, si, ut animum ad *Martyrium* jamdiu anhelantem, *Romanis*, inter quos passurus erat, testatum faceret, hæc, vel talia æstuantis affectus monumenta, nobis reliquerit, se feris, *Tyrannicæ* crudelitatis instrumentis, vim facturum interminatus, hâc piâ παρρησίᾳ mentis hyperbole significans, se ad patiendum quidlibet pro *Christo*, (nec ad fugiendum, sed maturandum potius tam honestum exitum) paratum esse? Nec igitur precibus contranitendum, (cùm jam ei fortassis *Deus bonus* instinctu quodam præsignificasset, imminere tam strenui *athletæ* τελείωσιν) sed *Deo* uni rem integram permittendam esse.

§. 5. Quicquid est, illud compertissimum habemus, hæc ipsa verba [Ἐγὼ προσβιάσομαι] ex ipsissimâ hâc *Epistolâ* ab * *Eusebio* laudata, nec igitur temerè sine omni probatione illi abjudicanda esse, multò minus *Epistolam* ipsam, aut universum *Epistolarum Codicem* propter ea verba repudiandum. Quæ verò de judicio *Smyrnensis Ecclesiæ super Quinto* adjicit [ex eorum sententiâ, *Martyres dici non debere, qui se se offerrent.*] nihil absque omni dubio *Ignatio* nostro obfutura sunt, cùm nullibi affirmetur, *Ignatium se obtulisse*, nullibi de *admovendis sibi necis Instrumentis* (quod ait) *cogitasse*, (apage nefanda ista interpretamenta, & à quibus, licèt festinans, abhorret calamus) sed tot militibus stipatum, ad tribunal tandem *Cæsaris* protractum esse. Nec enim qui *Rhetoricè* loquitur, quâdamq; verborum pompâ exprimit, quantò sibi optabilius *sit emori, & esse cum Christo*, is sibi statim manus illaturus esse censendus est.

* *Hist.* l. III. λε'.

§. 6. *Cyprianus* martyrio affinis, fugâ sibi consuluisse dicitur,

cùm priùs se martyrii candidatum professus esset, cùm enim sibi oblatam occasionem perspiceret, quâ *Christo Domino* officium aliquod vivus præstare posset, *maluit*, inquit *Pontius Diaconus*, *præceptis Christi obedire, quàm vel sic coronari*; Quibus verbis cùm *excusandum Cyprianum* putaret ille, seu potius rationem reddendam, cur coronam tamdiu quæsitam recusaverit, non est quòd ego in hoc languentis,& frigescentis charitatis sæculo, *Ignatii* dicto unico [προσβιάσυμαι] clypeum meum obtendam, aut *Apologiâ* indigere verear *Sanctissimum Martyrem*, quòd *Christum* nimis dilexerit, mortémque pro illo, fortiori & constantiori animo subiverit. *In vit: Cypr:*

§.7. Videt, uti spero, *D. Blondellus*, quàm non omnibus persuasura sint ejus argumenta, quantáque nobis spes superstit, non illi diu arrisuram sententiam istam, ex quâ, rationibus tam infirmis subnixâ, maluit, contra universæ antiquitatis suffragium, *Ignatio Epistolarum* codicem integrum abjudicare, quàm permittere, ut *Episcoporum Ordo*, qui tamdiu in *Ecclesiâ Christi* floruerit, jam cùm ipse eum ulteriùs ferre noluerit, tam firmo tibicine, aut fulcro stabiliatur.

Cap. XI.

Aliæ Blondelli objectiones contra Ignatii codicem. Prima ab incommodè dictis. Vocum Σαρκὶ *&* πνεύματι *frequentior usus.* Ἀνάξιος Σαρκικὴ καὶ πνεύματική. *Ignatius contra* Δοκητὰς *scripsit.* Σὰρξ καὶ πνεῦμα *homo integer.*

§.1. VErùm & alia adhuc supersunt, quæ præter ea, quæ illi cum *Cl: Salmasio* communia erant, *Apologiæ* suæ *Hieronymianæ* præfigi curavit *D. Blondellus*. Ad ea itidem festinandum est.

De *Dictionis genere* dictum est, ut & de vocabulis barbaris, è *Latio* decerptis, *Græcâque* donatis civitate.

§ 2. Præter ea, *Nonnulla*, inquit, *in Epistolis istis incommodè dicta videri possent, & quæ benigniore interpretamento vix excusentur*. Certè si ea non *malè*, sed tantùm *incommodè dicta* sint, si non *sint*, sed *videantur* tantùm, nec *videantur* quidem, sed *videri possent*, si dici à *D. Blond:* non potuerit, ea non posse *excusari*, sed solummodò, *vix posse*, sibi vim feciſse putandus erit *D. Blondellus*, ut hæc tam minuta, tam dirè plectenda existimaret.

§.3. *Hujus*, inquit, *censûs sunt, vocum illarum frequentior*

usus

ψυχης [Σαρκὶ & πνεύματι, Σαρκικὴ & πνευματικὴ] (At quæſo, cui unquam negata eſt hæc licentia?) *Quid*, inquit, *hæc in Ep: ad Smyrn: volunt? ἀνάστασις Σαρκικὴ καὶ πνευματικὴ;*

§. 4. Certè ſi *D. Blondello* rem gratam facturus ſim, dicam quid volunt. *Chriſtum* nempe *verum hominem*, non δοκήσει, ſed ἀληθείᾳ, ex partibus itidem hominis eſſentialibus, *corpore* & *animâ*, ſeu *carne* & *ſpiritu* conſtantem, utramque in cruce, utramque, cùm reſurgeret à mortuis, retinuiſſe, ideóque *Ignatium* contrà δοκητὰς ſcribentem, (*Chriſtum* non ἀληθῶς vel ἐν Σαρκὶ, ſed δοκήσει tantùm *paſſum* eſſe, & *reſurrexiſſe* affirmantes) utriuſque mentioni [πάθει τε καὶ ἀναστάσει] geminas voculas Σαρκικῇ καὶ πνευματικῇ adjungendas cenſuiſſe.

§. 5. Ita de reliquis dicendum eſt, cùm *integer homo carne* & *ſpiritu* conſtet, earum enumeratione, hominem perfectum, & integrum intelligi. Ideóque in *Ep:* ad *Polycarpum*, cum legatur Σαρκικὸς καὶ πνευματικὸς, alii codices explicatiùs legunt, ἐν ψυχῇ καὶ σώματι, καὶ Σαρκικὸς καὶ πνευματικός. Sic μένετε ἐν ἑνὶ πνεύματι Σαρκικῶς καὶ πνευματικῶς, *integri, & indiviſi in eo manete*. Et, Ἐπιμέλεια Σαρκικὴ καὶ πνευματική. *Cura* perfecta, integráque *totius hominis*. Itidémque ἀγαπᾶν νόμιον, καὶ συμβίοις ἁρμόζειν Σαρκὶ καὶ πνεύματι. *Dominum amare, maritíſque* (putarim, non *ſufficere*, ſed) *contentos eſſe*, utrumque autem *perfectè*, & integrè facere. Sic ad *Magneſios*, Καλλιοδωθῆτε Σαρκὶ καὶ πνεύματι, vobis integris omnia *proſpere*, nulla veſtrûm ex parte improſperè ſuccedant. Ἕνωσις denique Σαρκικὴ καὶ πνευματικὴ, *perfecta unitas*.

Cap. XII.

Secunda, à comparationibus non exactis ad amuſſim. Baptiſmus ὅπλα. Singulæ tamen virtutes Chriſtianæ, Fides, Charitas, Perſeverantia, Baptiſmali armaturæ addendæ. Spiritus κοινὸν. Fides ἀναγωγὶς, Vincula πνευματικοὶ μαργαρίται. Gaudium Spirituale in Reſurrectione.

§. 1. His ſuccedunt *comparationes non exactæ ad amuſſim*. Et certè *Sanctiſſimo Martyri*, cui affectatum loquendi genus nullatenus permittebatur, venia ſperari potuit, ſi nec ei otium ſuppetteret, quo *ad amuſſim* ſingula exigeret, & delinearet.

§. 2. At quæ demum iſtæ ſunt non ita amuſſitatæ comparationes, quæ huic *Cenſoriæ* virgulæ ſubjiciendæ erant? Primò, quòd (cum *baptiſmus* ὅπλα) *Fides* ὡς πειτάλαια dicatur, *patientia*, ſeu *perſeverantia* (ὑπομονὴ) ὡς πανοπλία. *Quid enim*, inquit, *Fi-*

des, Dilectio, Patientia, conferunt jam per baptisma armato? Et si Christiani μονομάχια patientia est, quid novi ex Fide accedit jam galeato? Verùm cur non *baptismo, ὅπλων, telorum* in plurali, titulus competat? Ita tamen, ut quælibet *virtus Christiana*, cujus actus *Deo* nostro in futurâ vitâ præstandos solenniter in *baptismo* spondemus, peculiari etiam titulo gaudeat, *galeæ fides, Clypei Charitas, Panopliæ perseverantia*; Nec enim sic nos inaccessibiles *Satanæ*, sic invulnerabiles *baptismus* præstiturus est, ut non singulis virtutibus *Christianis* ad repellendos tam frequentes petulantis hostis insultus, nobis opus sit; Ni *fides* ut galea *caput*, *Charitas* ut *clypeus Pectus*, & integram demum personam, i. e. omnes vitæ actiones, *perseverantia* sibi tutandas assumpserit, metuendum certè est, ne qui jam *stare videtur cadat*.

§. 3. Secundò, quòd *Spiritum χοῦσον vocet*, & *fidem ἀναγωγέα*, & ita *Fidei potiorem*, inquit, *quàm Spiritus functionem asserat*. At cur non exinde potiùs concluſurus essem, *Spiritui primas* deferri, cùm ille *trahere* nos, (ut in *Canticis* de *Christo* sponso dicitur, *Trahe me, & ego curram post te*) ista instar trochleæ nos *subducere* dicatur? Certè nihil hic novi, si verbum *Dei*, *Fide* apprehensum, *subducendis* nobis ad cœlum *servire*, *Spiritus* autem *Christi*, ut *funiculus*, nos *subducere* dicatur.

§. 4. Tertiò, Quòd *vincula* ipsius πνευματικὰς μαργαρίτας vocans, addat, ἐν οἷς γίνεται ἀναστῶσι. *Quid enim*, inquit *D. Blondellus*, *Spirituale in vinculis, Christi Martyris corpori ab infidelibus injectis? Aut quæ in vinculis illis resurgendi spes esse potuit?* At sine dubio, *passiones Sanctissimi Martyris*, rectè per *vincula* exprimi poterant, eæque majoris gaudii & ἀγαλλιάσεως, quâ *spiritus* intimè perfunderetur, materia futuræ erant, quàm quæ, ex quâcunque carnali ἀπολαύσει, mortali corpori contingere potuit, Et ita sanè nihil impedit, quò minus in voto habeat pientissimus *athleta* (nec enim aliud quippiam voce γίνεται notatur) hanc illi gaudii materiam sic prorogatum iri, ut cum ipso resurgens (hâc non obstante ingratissimorum nepotum invidiâ, hâc *cavillandi urticâ* eum non tangente) in æternum illi permansurum sit.

CAP. XIII.

Cap. XIII.

Tertia, ab Episcoporum &c. Ordinatione. ut Epistolas gratulatorias deferrent, Legationes Ecclesiarum non rarae. Ignatio sublato, δι' ἓν in Syriâ. In rebus gestis testimoniis solis Fides debetur. Ἐκκλησία ἡ ἐν Ἀντιοχείᾳ τῆ Συρίας. ἴδιον μίγνυσθαι, ἀναμάρτητον. *Gratulatoriae literae, Charitatis Christianae specimina.*

§. 1. Quærit deinde *D. Blondellus*, *Cui verisimile fiat statim post Ignatii in Asiam adventum, Episcopos, Presbyteros, Diaconos, ejusdem rogatu χειροτονηθέντας, qui ad Antiochenos Asianorum Epistolas gratulatorias deferrent?* Respondeo 1. Talibus *legationibus* nihil novi, aut incredibilis inesse. Pari quidem modo in *Ignatii* * *Actis* dicitur, *Ecclesiam* omnem (*Smyrnensem*) *Ignatium*, per *sanctum* suum *Episcopum Polycarpum*, & per *Sanctos Presbyteros*, & *Diaconos*, rogâsse, ut *iret ad propositum suum*: Instituta scilicet ab *Ecclesiâ* ad *Ignatium* legatio, ut eum ad *Martyrium* fortiter obeundum animarent. * p. 5.

§. 2. Secundò notandum est, Hoc ipso temporis articulo, post unum *Ignatium Antiochensibus* ereptum, persecutionis rabiem statim in *Syriâ* sedatam esse, ideóque *legationi* huic opportunitatem, & ἐυκαιρίαν defuturam fuisse, ni *statim post adventum ejus in Asiam* peracta esset.

§. 3. At & tertiò respondetur: In rerum gestarum narrationibus, nihil rationi minùs consentaneum esse, quàm ut earum verisimilitudo ad calculos nostros exigatur, aut argumenta à nobis efficta, tandémque effictoribus probabilia visa, quicquam ad fidem *historiæ* faciendam, vel derogandam posse putentur, cùm ea narrantis authoritati tota debeatur. Certè quamplurima indies fieri videmus, quæ non sunt usque adeò *probabilia*, & quæ nunquam acta fuisse, posteris nostris, (ea per 1500 annorum tubum aut θεώμενον à longè adspicientibus, & quibus ea non credi fortè intererit) argumentum unum, aut alterum, satis *probabile*, necti posse nullus dubito. Piget dicere, quid de ipsâ *Sacrosanctâ historiâ*, aut *paginâ* fiet, si sceleratæ hujusmodi quæstiuncularum σκεπτικῆς, dirisque hisce ingeniorum male feriatorum *Eculeis* subjiciatur.

§. 4. Verùm quartò, & illud exploretur, quid in hâc ipsâ narratione minùs verisimile argui, aut credi possit. Post *persecutiones* multas, cladésque *Christiano* nomini aliquandiu intentatas, certissimum est *summo Dei* beneficio *Ecclesiæ Antiochenæ*, seu *Syriacæ* (sic enim reddendum esse τῆ Ἐκκλησίαν τῆ ἐν Ἀντιοχείᾳ τῆς.

τῆς Συρίας, *Ecclesiam Syriæ quæ est in Antiochiâ*, seu, *Ecclesiam*, cujus *Antiochia metropolis* erat, *Syriacam*) halcionios dies redditos esse, pacatos cœtus, & *consessus Ecclesiasticos*, quos per τὸ ἄδικον μίασμα, & συμβολεῖον *iis restitutum*, optimè expressit *Ignatius*, *Ep: ad Smyrn:* Hinc pientissimo viro æquissimum videbatur (& de eo *Smyrnensem Ecclesiam* monendam putavit) ut literæ ab aliis *Dei Ecclesiis* in *Syriam* mitterentur, εἰς τὸ συγχαρῆναι αὐτοῖς, ὅτι εἰρηνεύουσιν, *ut congauderent, seu congratularentur illis hanc δόσιν, serenitatem*, aut refrigerium feliciter redditum.

§. 5. Ad hoc necessarium erat, *Legatum sacrum*, Θεοπρεσβευτὴν (sic sine dubio legendum, non, ut *Vossianus Codex*, Θεοπρεπεστάτην) *ordinari*; Non est illud, *Episcopum*, aut *Presbyterum* consecrari, aut de *novo* fieri, sed (ut χειροτονεῖν significat) ex ipsis aliquem, vel ὑπηρέτην, vel πρεσβύτερον, ad hanc *legationem* eligi, aut designari, aliquem scilicet eorum, qui priùs ordinibus sacris initiabantur. Sic & in *Ep: ad Polycarpum*, Ἐπεὶ ἡ ἐκκλησία ἡ ἐν Ἀντιοχείᾳ τῇ Συρίας εἰρηνεύει, &c. περὶ οὗ συμβέλειον ἀγαγεῖν, καὶ χειροτονῆσαί τινα, &c. ὃς (non ὡς) δρόμου Θεοδρόμου καλεῖται, &c. ἵνα πορευθεὶς εἰς Συρίαν, &c.

§. 6. Monet iterum ut piâ hâc *legatione* defuncturus aliquis eligatur, & designetur: In eâdem *Epistolâ Polycarpum* rogat, ut, cùm ipse singulis *Ecclesiis* scribere non posset, ille hanc iis mentem indat, ut singulæ, aut nuntios, aut literas, per *Polycarpi* nuntium mittant. Ea scilicet erant eorum temporum charitatis, & comitatis, & κοινωνίας *Christianæ* specimina, ad teporem nostrum neutiquam exigenda. Denique in *Ep: ad Philad:* idem repetit, ἐπεὶ οὖν ἀπήγγειλάν μοι εἰρηνεύειν τὴν ἐκκλησίαν τὴν ἐν Ἀντιοχείᾳ τῇ Συρίας, πρέπον ἡμῖν ἐστὶν, ὡς ἐκκλησία Θεοῦ, χειροτονῆσαι διάκονον, εἰς τὸ πρεσβεῦσαι ἐκεῖ Θεοῦ πρεσβείαν εἰς τὸ συγχαρῆναι &c. His sic positis, ea tandem *Ignatii* verba ponenda sunt, ad quæ, ut ad rem minùs verisimilem, digitum intendisse videtur *D. Blondellus*, Ea statim sequuntur in *Ep: ad Philad:* ubi, aliarum propinquarum *Ecclesiarum* exemplo, hoc illis faciendum proponit, ὡς, inquit, καὶ ἔγγιστα ἐκκλησίαι ἔπεμψαν ὁπισκόπους, καὶ οἱ πρεσβύτερος, καὶ διακόνους. Quod certè nihil aliud est, quàm ab aliis *Ecclesiis Episcopos*, ab aliis *Presbyteros*, & *Diaconos*, hâc *legatione* gratulatoriâ functos fuisse.

§. 7. Quod quàm nihil in se peregrinum, aut à veritate alienum habeat, cuivis palam erit, qui id unum recognoverit, quam primum *Ignatius* vinctus *Romam* duceretur, hanc *Syriæ* & *Antiochensibus*

tiochenſibus dixerit, (ſerenum) redditam eſſe. Mihi potiùs admirandum videtur, quid ſic in hâc integrâ rei geſtæ narratione, quod *D. Blondello* minùs probabile videbatur.

Cap. XIV.

Quarta, à nimio intervallo inter Epiſcopos & Presbyteros poſito. Διαβόλῳ λαῤῥεύτην *quid.*

§. 1. PErgit interrogare *D. Blondellus. An tanto Epiſcopus à Presbyteris diſtet intervallo, ut Epiſcopum eo modo, quo Chriſtus Apoſtolorum Dominus Patrem, Presbyterium ſicut Apoſtolos Chriſti miniſtros, ſequi, eúmque, qui clam Epiſcopo quicquam aggreſſus fuerit,* τῷ διαβόλῳ λαῤῥεύτην *cenſere oporteat? An Epiſcopos ullos, Presbyterorum comparatione, Dominos, imò Deos, à Chriſti Martyre habitos, credere par ſit?*

§. 2. Verùm quid eſt, ſi hoc non ſit, plentiſſimum *Martyrem* placidè quieſcentem, ad novos jam denuò eculeos & *tormenta*, στρεβλώσεις, ſat ſcio, iniquiſſimè vocare.

§. 3. Locus eſt in *Ep: ad Smyrn:* Πάντες τῷ ἐπισκόπῳ ἀκολουθεῖτε, ὡς Ἰησοῦς Χριστὸς τῷ πατρὶ, καὶ τῷ πρεσβυτερίῳ, ὡς τοῖς Ἀποστόλοις, &c. ὁ λαθὼν ἐπισκόπου τι πράσσοντα τῷ διαβόλῳ λαῤῥεύει.

§. 4. De ipſo loco, ut & de aliis omnibus, in quibus de *Epiſcopis* ſermo eſt, poſtea uberior dicendi locus erit. Id tantùm hîc ſciſcitari lubet. Num, qui *Epiſcopum ſequi* eos jubet, ut *Chriſtus Patrem ſecutus eſt* (i. e. ejus veſtigiis diligenter, & acriter inhærere) is, *Epiſcopos* ſtatim pro *Dominis*, imo pro *Diis, habuiſſe cenſendus ſit?* Certè eâdem ratione concludendum erit, populum omnem, qui ſic ſequi jubetur, ab hoc ſcriptore pro *Jeſu Chriſto* habitum eſſe, aut uxores à *Paulo Eccleſiam* cenſendas eſſe, *maritóſque Chriſtum*, cùm *Mariti* diligere *uxores* jubeantur, ut *Chriſtus Eccleſiam.*

§. 5. Certè cùm *Polycarpus Presbyteris & Diaconis* ſubjici jubeat, ὡς Θεῷ καὶ Χριστῷ, nihil temerè feciſſe videbatur, ſed quod in *Hieronymianæ ſententiæ* defenſionem produci meruit, *Ap:* p. 15. Cum tamen illa multò altiùs aſſurgat, quàm quæ hîc (non inter *perſonas*, ſed tantùm obedientiæ & obſequii *modos*) facta eſt comparatio.

§. 6. Quod verò hîc additur, eum, qui clam *Epiſcopo* quicquam aggreſſus eſt, διαβόλῳ λαῤῥεύτην, nihil aliud eſt, quàm aut eum *Gnoſticorum* fermento imbutum, ſic quidem à *Chriſti* ad *Satanæ* caſtra defeciſſe, aut, eum quidem *graviter peccare*, quod

qui facit, non *Christo*, sed *Diabolo* gratum feciſſe, officium præſtitiſſe, & ſic demum λαξεῦτον dicendus eſt. Infinita ſunt id genus dicta, quæ apud *Authores* occurrunt.

CAP. XV.

Quinta. De Laurentiano codice quid ſentiendum. Locus in Epiſtolâ ad Epheſios reſtitutus.

§. 1. INterrogat porrò *D. Blondellus. An verè de Epheſiis ſcriptum*, Παῦλος ἐν πάσῃ ἐπιστολῇ μνημονεύει ὑμῶν; Certè nec ego putarim ſic ſcriptum eſſe, (ideóque an verè ſcriptum non inquiro) nec enim, ut illud ſemel dicam, *Laurentianum* exemplar adeò præ aliis omnibus emendatum putamus, ut cætera hujus comparatione prorſus vileſcant.

§. 2. Certè ad *ſuppoſititia* quædam, & *heterogenea* diſgreganda, ad *adulterina* rejicienda, utilem nobis operam præſtitiſſe magnos viros, qui illud, & vetus *Latinum* ediderunt, agnoſcimus, & gratulamur, nec in hâc *Epiſcopalis ordinis* defenſione, quicquam proferre ſtatuimus, quod non hujus deſæcatiſſimi & interpolationibus maximè exonerati exemplaris authoritate fulciatur; Non tamen ſtatim contemnendæ ſunt editiones reliquæ, ſed ab iis auxilium lubenter, & alacriter poſcendum, cùm *inſanabile malum* eo quandoque indigeat, quod quidem hîc fieri nullus dubito.

§. 3. Legendum igitur locum integrum ſic putârim. οἶδα τὸν ἐμὸν, τὸν πίστον χάριν, ἐγὼ κατακρίνω, ὑμεῖς ἀλαζονεύεσθε, ἐγὼ οὐκ ἀνθρώπων, ὑμῶν ἐστὶ συνεπαίνοις ἀποδεκτὸς γὰρ ἐγὼ τῶν ἐπὶ Θεὸν ἀναπεμπόντων ἀλλ' ἐκ Θεοῦ (non ut *Laurentianus*, ἀφ' ὧν ἐστ' ἐκ Θεὸν ἀναπεμπόντων) ὑμεῖς δὲ Παῦλε συμπαίσατε, τῷ ἀγαπημένῳ, τῷ μεμαρτυρημένῳ, ἀξιομακαίτῳ, ὃ μόνῳ μοι οὐκ ἐπὶ πλέον διατείνεται, ὅτ' ἂν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐπιτύχω, ὃς πάντοτε ἐν δεήσεσιν ὑπὲρ μνημονεύει ὑμῶν, vel fortaſſis ὑμῶν (non ut *Laurentianus*, ὅτ' ἂν Θεοῦ ἐπιτύχω, ἐστὶν πᾶσιν ἐπιστολῇ μνημονεύει ὑμῶν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ) ſic ut ad *Chriſti* pro fidelibus ſuis omnibus, & particulariter ſeu pro *Ignatio Sanctiſſimo Athletâ*, ſeu pro *Epheſiis* ipſis, inter ceſſionem pertineat; Quâ in re, nihil, ſpero, ſiniſtri, nihil alienum reperietur.

CAP. XVI.

Cap. XVI.

Sexta. Gnosticorum corruptiones, δυσωδίαι, quibus ἀφθαρσία opposita. Ἀλάβαστρον μύρου. Ἐνταφιασμός. *Corpus Christi Ecclesia. Mors Christi ut purgaret nos. Tit.*II.14.

§.1. PErgo ad dictum illud de *Christo Domino*, quod διὰ τοῦτο μύρον ἔλαβεν ὅλη ἡ κεφαλὴ αὐτοῦ, ἵνα πνέῃ τῇ ἐκκλησίᾳ τὴν ἀφθαρσίαν. Agnosco dictum in *Ep: ad Epheſ:* nec quid in eo, aut falsò, aut minus commodè dictum lateat, adeò ſum *Lynceus*, ut perſpiciam.

§.2. *Epheſiis* ſuis contra *Gnoſticorum* peſtem fuſiùs caveri voluit pientiſſimus *Martyr*, ut qui *fidem Dei*, quam *Chriſtus* morte ſuâ conſignaſſet, ἐν καινῇ διδασκαλίᾳ, multis ſanè perniciosis *doctrinis* corruperant, quibus igitur *inextinguibilem ignem*, ſimiliter ac iis omnibus, qui eos audiunt, interminatur.

§.3. Hæc *Gnoſticorum corruptio* quænam fuerit, non eſt quod hîc multis indicetur, fœda proculdubio libidinum colluvies, quam eleganter δυσωδίαν καὶ διδασκαλίας τοῦ ἀρχοντος τοῦ αἰῶνος τούτου, *tetram doctrinam hujus ſæculi principis odorem nuncupat.* Cui opponit optimè τὴν ἀφθαρσίαν, *incorruptionem*, quam ut *Eccleſiæ ſuæ* inſpiraret, *unguentum*, inquit, *in capite Dominus Chriſtus accepit, unguenti* ſcilicet urceum iſtum, aut *alabaſtrum Mar:* XIV. à *muliere* κατὰ τῆς κεφαλῆς, *ſupra caput ejus effuſi*, quo quidem ſe deunctum ἐπὶ τὸν ἐνταφιασμὸν, ad *funerationem*, ad *pollinctu-ram*, ipſe *Chriſtus* edixit.

§. 4. Qui ſit iſtius ἐνταφιασμοῦ uſus, ſatis omnibus notum eſt, nempe ut *mortuorum corpora* (quorum in numero crucifixi *Chriſti corpus myſticum*, *Eccleſia* figuratè hîc ponitur) à *putrefactione*, & *fœtore* (hîc φθορᾶς, & δυσωδίαι dictis) vindicentur. De hâc itidem inunctione affirmat *Johannes*, c. XII. *domum univerſam* (eam etiam univerſæ *Eccleſiæ* imaginem) ἡ ὄσμης τοῦ μύρου, *odore unguenti ſic profuſi, impletam eſſe.*

§.5. Quidni igitur *unguentum* illud *in ſe recepiſſe Chriſtus* dicatur, quo (inquit) mors ejus notaretur? Quidni mortem ipſam ſubiiſſe εἰς τοῦτο, ad hoc ipſum, ut hanc *Eccleſiæ* ἀφθαρσίαν, & δ'ωδίαν, ut demortui capitis corpori, jam indies à putidiſſimis *Gnoſticorum* doctrinis, φθορᾶς, & δυσωδίαις periclitanti, inſpiraret. Eodem planè modo, quo *Tit.*II.14. de *Chriſto* dicitur, dediſſe ſe eum pro nobis, ἵνα λυτρώσηται ἡμᾶς ἀπὸ πάσης ἀνομίας καὶ καθαρίσῃ ἑαυτῷ λαὸν περιούσιον, &c. Omnia certè eleganter enuntiata,

& in quibus nec veritatem, nec acumen, nec venustatem, imò nec modum desideres. Quæ tamen quâ infelicitate tibi, *Vir doctissime*, sic displicuerint, ego, qui palato tuo non utor, non possum ariolari.

Cap. XVII.

Septima. Diaboli quorundam nescientia. Ignatius falli potuit. Hieronymi testimonium de Ignatio. Basilii item & Origenis, Andreæ Cretensis, &c. de Mariæ virginitate Diabolum latente.

§.1. PAri ratione falsi postulatur (sic enim *D. Blondelli* phrasis ista [*an verè* ad *Ephesios scriptum*] ἀπὸ κοινῆς repetenda est) de *Diabolo* dictum istud, Ἔλαθεν ἡ ἀρχοντία τὸν αἰῶνα τοῦτον ἡ παρθενία Μαρίας, καὶ ὁ τοκετὸς αὐτῆς ὁμοίως καὶ ὁ θάνατος τοῦ Κυρίου. Quid verbis illis falsi insit, nobis divinandum reliquit *D. Blondellus*, obelo tantùm suo ea transfixisse contentus;

§.2. Verùm respondeo, primò, Si hæc de *Diaboli* nescientiâ ab *Ignatio* pronuntiata, ex omni parte vera non essent, si quæ *Ignatio* μυστήρια, & ἐν ἡσυχίᾳ Θεοῦ πραχθέντα (& fortassis ipsi *Paulo Eph:* VI.19. & I.*Tim.*III.16. pro *Mysteriis* habita) adeóque *principem hujus sæculi* latentia videbantur, non sic obscurè & latenter gesta fuerint, eo tamen argumento nequaquam concludi, *Epistolas* illas *Ignatium* non scripsisse. Quid enim si hâc ex parte *Scriptori antiquissimo*, pientissimo ἐσφαλμένῳ, sed non ἐσφαλτῷ, aut extra erroris aleam posito, aliquid humanitùs contigisse diceretur? An qui mortalem se arguit, pro statuâ statim, aut fictitio homine habebitur? aut qui se *fallibilem* testatur, statim *Epistolas* nullas scripsit?

§.3. At secundò, Non est quod hîc *D. Blondellus* sibi gratulandum censeat, cùm hoc ipsum *scriptoris* hujus Tmema, addito ipsius *Ignatii* nomine, ab antiquis *Patribus*, imò ab ipso *Hieronymo*, *Principali Blondellianæ* causæ advocato, diserte, nec sine approbatione recitetur? *Martyr Ignatius etiam quartam causam addidit, cur à desponsatâ conceptus sit Christus, ut partus*, inquit, *ejus celaretur diabolo, dum eum putat non de virgine, sed de uxore generatum. Hieronym: Comm:* in *Mat.*I.

§.4. Quæro jam à te, *D. Blondelle*, Annon *Ignatius* hoc ipsum scripsisse (ex quo tu concludis scriptorem hunc *Pseudo-Ignatium* esse) *Sancto Hieronymo* tuo videbatur? Si sic, quid tuæ causæ sperandum erit, quæ *Hieronymo* uno suffulta, eo etiam tibicine destituenda

destituenda erit, si has verè *Epistolas* scripsit *Ignatius*, quas scripsisse *Ignatium Hieronymus* ipse fatetur.

§.5. At nec hîc solus consistit *Hieronymus*. Videatur *Sanctus Basilius*, T.I. p. 587. *Affertur*, inquit, *alia ratio ἀπ' ἀρχαίων πρὸς, ab antiquo aliquo* (licet non appositio nomine) *Martyre, nempe ut Mariæ hujus virginitas, sæculi istius Principem Diabolum lateret.* Ipsa itidem, quæ nunc criminatur *D. Blondellus*, *Ignatii verba.*

§.6. Sic ante illos *Origenes*, *Hom:* VI. in *Levit: Eleganter in cujusdam Martyris Epistolâ scriptum reperi* (*Ignatium* dico, *Episcopum Antiochiæ post Petrum secundum, qui in persecutione Romæ pugnavit ad bestias*) *Principem sæculi hujus latuit virginitas Mariæ*, &c.

§.7. Hæc eadem doctrina (à te falsi postulata) *Ambrosio* etiam in *Lu.* I. *Theophylacto*, aliisque (licet *Anthoris* nomine celato) satis placuit, Locum autem integrum, ab *Andreâ Hierosolymitano Cretensium Archiepiscopo*, *ex Archivis Savilianis Reverendissimus Archiepiscopus Armachanus* produxit. Ὡς φησι τῷ ἁγίῳ ἀνδρὶ, Ἰγνάτιος ὄνομα αὐτῷ, Καὶ ἔλαθε τὸν ἄρχοντα τοῦ αἰῶνος τούτου ἡ παρθενία Μαρίας, καὶ ὁ τόκος αὐτῆς, ὁμοίως καὶ ὁ θάνατος τοῦ Χριστοῦ, *Ut dicit alicubi vir sanctus, Ignatius nomen ejus, Et latebat principem sæculi hujus virginitas Mariæ, & partus ejus, similiter & mors Christi.*

§.8. Sic & *Jovius* apud *Photium*. Φησὶν, inquit, ὁ Θεοφόρος Ἰγνάτιος τρία λαθεῖν τὸν ἄρχοντα τοῦ αἰῶνος τούτου, τὴν παρθενίαν Μαρίας, τὴν σύλληψιν τοῦ Κυρίου, καὶ τὸν σταυρωσιν, *Affirmat Theophorus Ignatius tria principem hujus sæculi latuisse, virginitatem Mariæ, conceptionem Domini, & crucifixionem.* Quæ omnia hoc temperamento emollita, ut non de *Satanâ* in universum, quòd *Christus* fuerit Dei filius, ignorante, sed per tempus aliquod hæc tria non perspiciente (1. *Mariam*, post partum scilicet *Virginem* fuisse, 2. *Christum* modo supernaturali, insicio *Josepho*, conceptum, & 3. à *Deo* decretum esse, ut morte suâ *Christus* mortem ipsam, ipsúmque *Satanam* superaret) locutus sit *Ignatius*, nihil aut asperum, aut *Christianis* auribus minus gratum, aut quod à vero quovismodo abhorreat, continere putanda sunt, quæ tamen *D. Blondello* nullatenus ferenda videntur.

Cap. XVIII.

Octava. Stellæ quæ Magos duxit splendor. Chalcidii testimonium. ὑπερβάλλον. *Astra quò nobis propiora, eò lucidiora. Hoc astrum terræ propinquum. Hyperbolæ in Scripturis.*

§.1. INter hæc suspectæ veritatis commata, & quæ hanc *D. Blondelli* invidiam sustinere digna visa sunt, proximum est de *Stellâ*, cujus ductum *Magi* secuti sunt *, dictum illud, Ἔλαμψεν ὑπὲρ πάντας τοὺς ἀστέρας, καὶ τὸ φῶς αὐτῆς ἀνεκλάλητον ἦν, καὶ ξενισμὸν παρεῖχεν ἡ καινότης αὐτῆ, τόδε λοιπὰ ἄστρα πάντα, ἅμα ἡλίῳ, καὶ σελήνῃ, χόρῳ ἐγένετο τῷ ἀστέρι, αὐτὸς δὲ ἦν ὑπερβάλλων τὸ φῶς αὐτῆς ὑπὲρ πάντα.

* *Ep: ad Ephes:*

§.2. Quid in his culpari præcipuè voluerit, aut quid falsi accusare, fateor ego me non satis augurari posse. *Splendorem Astri* hujus quod spectat, super minores cœli ignes omnes, præfulgentis, dein novitatem ejus prius invisam, ideóque quæ ξενισμῷ, & admiratione exciperetur, dignissimam, non est, uti spero, argumentis opus, ut ea cuivis credibilia existimentur.

§.3. Fuisse verò *Sydus* illud eo tempore totius *cœlestis chori* ἀρχηγὸν, cui quasi præcinenti ἐναμοιβαῖον reliqua astra respondebant. Simúlq; lumen suum super omnia [ὑπερβεβληκέναι] nihil aliud significat, quàm hanc *insolitam* (ut * *Chalcidius Philosophus* pronunciavit) *stellam*, à *Chaldæis* observatam, *quâ descensus Dei venerabilis ad humanæ servationis, rerúmque mortalium gratiam prænunciabatur*, oculos omnium ad se unam pertraxisse; quod verissimum est.

* *in Tim: Plat: Edit: Meurs:* p. 219.

§.4. An *sydus* illud luce suâ *Solis* ipsius lucem superaverit, ego nemini litem moveo, nec enim illud certum est hîc affirmasse *Ignatium*, sed fortassis illud tantùm, ὑπερβάλλειν τὸ φῶς αὐτῆς ὑπὲρ πάντα, *super omnes nempe mundi plagas, super inferiora hæc omnia*, sic ut aspici à cœlorum observatoribus ubique posset, *superjaculatum esse*, aut si sic reddendum sit [ὑπερβάλλειν] ut *præcellere* significet, & [ὑπὲρ πάντα] ut ad *astra* referatur, Ex eo tamen illud tantummodo concludetur, *astra* omnia, quæ eo (noctis) spatio lucere solent, hujus fulgori facilè cessisse; Imò nec πάντα ulteriùs extendi rectè poterit, quàm ad λοιπὰ πάντα ἄστρα, quæ præcesserant, & *astra reliqua præter Lunam & Solem*, quæ in periodo istâ, ab astris omnibus separata, & velut parenthesi inclusa, videas.

§.5. Imò ne nimis providi, & cauti *D. Blondello* videamur,

Quid

Quid si ipsius *Lunæ solisque lucem luce hac suâ superasse* dicatur? Quid si putemus hoc *divinitus astrum*, longè infra *solis Sphæram* positum, (ita ut ædes *Bethleemiticas*, ubi *Christus* natus est, distinctè, & quasi digito monstraret) & ἐπάνω ἕως πάνυ *Mat.* II. 9. *Supra locum ubi puerulus erat, consistens*, istâ propinquitate ad terram, compensato magnitudinis defectu, *lucem* (licet non corpus) *solarem*, fulgore, aut saltem *solatio*, vicisse?

§. 6. Denique si in *Ignatio hyperbolicas* locutiones, quales ipsis διανοήσεις scriptoribus non incognitas fuisse monstrabit unicus *Joannis* locus *Joh.* XXI. 25. agnoscere velimus, non opus est, ut de ὑπερβολῇ τῆ φωτὸς *Stellæ hujus* sollicitè laboremus.

CAP. XIX.

Nona, Διανοία ἐκ ἀφ' ἑαυτῆ, *Modestiam Episcopi notans, non extraordinariam missionem.* Τὸ πνεῦμα *S. Scripturam significans, non extraordinariam missionem, aut particularem revelationem. Emendatus codex Laurentianus.* αἱρὲξ ἀνδρωπίνη, *Gnosticorum hæreseos tria capita.*

§. 1. AT nec *verum* scripsisse *Ignatius D. Blondello* videbitur, qui *Philadelphensium Episcopum* se novisse affirmat, ἐκ ἀφ' ἑαυτῆ, οὐδὲ δι' ἀνθρώπων καλῆσ ἡ διανοίαν;

§. 2. *Respondeo. Philadelphensium Episcopi* modestiam, & gravitatem, ab *Ignatio* illic laudari, quatenus ea aliorum κενοδοξίᾳ, & multorum τῶ τὰ μάταια λαλούντων φαναρίᾳ opponebatur: Ex eâ se non temerè concluisse, sed quidem liquidò scire putat, hunc non ἀφ' ἑαυτῆ, *ex ipsius* scilicet *impulsu*, aut ambitu, οὐδὲ δι' ἀνθρώπων, nec *suffragiis*, aut missione merè humanis, καλῆσ τὴν διακονίαν, τὴν εἰς τὸ κοινὸν ἀνήκουσ, *ad hoc ministerium, aut officium Episcopale promotum esse, cùm fuerit illud adeò cum bono publico conjunctum*, ut non κατὰ κενοδοξίαν *ex vano gloriæ*, aut dignitatis *Episcopalis* desiderio illi contigisse putandum sit, sed, ut sequitur, ἐν ἀγάπῃ Θεῆ πατρὸς, &c. *in amore Dei Patris* factum esse, quicquid ab illo ad hanc dignitatem acquirendam factum sit.

§. 3. Nihil igitur hîc scriptum, quo *extraordinariam Episcopo Philadelphensi* (& qualis *Sancto Paulo Gal.* I. 1. contigisse fertur, ἐκ ἀπ' ἀνθρώπων, οὐδὲ δι' ἀνθρώπου) *vocationem* arrogâsse, censeretur *Ignatius*, sed tantùm, quo *modestiam* boni viri, *Ecclesiæ*, seu gregi ejus gratularetur; In quâ nihil falsum, aut vero minus simile deprehendi potest, siquis eâ, quæ hic laudatur, σεμνότητι uti non recuser.

§. 4. In eâdem classe ponitur, ut simul falsi arguatur, illud de seipso dictum, Μαρτυῶ δέ μοι ἐν ᾧ δέδεμαι, ὅτι ἀπὸ σαρκὸς ἀνθρωπίνης

τῆς ἐκ ἔγνων, τόδε πνεῦμα ἐκήρυσσεν, λέγων τάδε, Χωρὶς τοῦ ἐπισκόπου μηδὲν ποιεῖτε.

§. 5. Hîc, si *D. Blondellus Epistolæ ad Philad:* scriptorem sibi quicquam magnificum arrogare crediderit, aut ex particulari aliquâ *revelatione*, aut inspiratione se edoctum affirmare, quòd *nihil sine Episcopo faciendum esset*, Certè aut nos falli voluit, aut ipse fallebatur. Res sic se habet, *Clamavi*, inquit, *magnâ voce, Episcopo attendendũ esse, & Presbyterio, & Diaconis.* Εἰ δέ τινες (nam quid sit [οἱ δὲ ἀποπίσαντες] in *Laurentiano* codice, ego me nescire libenter fateor) με, ὡς προγνόντα τὸν μερισμὸν τινῶν, λέγειν ταῦτα, Μαρτύς μοι ἐν ᾧ δέδεμαι, ὅτι ἀπὸ Σαρκὸς ἀνθρωπίνης οὐκ ἔγνων, Τόδε πνεῦμα ἐκήρυσσεν, λέγων τάδε, Χωρὶς τοῦ ἐπισκόπου μηδὲν ποιεῖτε, τὴν Σάρκα ὑμῶν, ὡς ναὸν Θεοῦ τηρεῖτε, τὴν ἕνωσιν ἀγαπᾶτε, τοὺς μερισμοὺς φεύγετε, μιμηταὶ γίνεσθε Ἰησοῦ Χριστοῦ, &c. *Si suspicamini me, cùm hæc dixerim, prævidisse quorundam divisionem, Testis mihi in quo vinctus sum, i. e. Deus, quòd à carne humanâ non cognovi, i. e. quòd nemo mortalium mihi hoc nunciaverit, ut sic præscire possem, Spiritus verò prædicavit, hæc dicens, Sine Episcopo nihil facite, Carnem vestram, ut templum Domini servate, Unitatem diligite, Divisiones fugite, Imitatores estote Jesu Christi.* Hæc nempe omnia, & singula, ab *Apostolis*, in *Epistolis*, & sermonibus suis, contra *Gnosticorum* hæresin, in *Ecclesiâ* præcipuè *Asiaticâ* jam longè pervagantem, ubique inculcata esse, 1. ut τοῖς ἀγαμένοις se *morigeros* præberent, secus quam *Gnostici* faciebant, κυριότητα omnigenam ἀθετοῦντες, &c. 2. ut ab *impuritatibus* carnis sibi sedulò caverent, cùm *Gnostici* ipsâ *libidinum* omnium sentinâ meritò audirent; 3. ut *pacem*, & *charitatem* fraternam inprimis colerent, cùm *Gnostici* unitatem *Ecclesiæ* discinderent.

§. 6. In his omnibus, nihil aut falsum, aut minus idoneè scriptum fuit, nec quod veniam *viri Doctissimi* poscat, sed quod imitationem mereatur.

Cap. XX.

Decima, ex errore Blondelli. Cœtuum frequentium commoda. Bellum cœlestium & terrestrium, Fide, & charitate dissolvitur. Undecima. Καταχεσθῆ, *ad mortem à Tyranno condemnatus. Duodecima. De νέᾳ ζυμῇ. Decima tertia ex festinatione D. Blondelli.*

§. 1. Sequitur illud ad *Ephesios* breve effatum, ἐπιεικείαν ἢ ὀπισθείαν ἐδὲν λανθάνῃ ὑμᾶς. At nihil tale apud *Ignatium* nostrum reperitur: Certè aut festinatio nimia, aut vehementior criminandi

minandi cupido *D. Blondellum* fefellit. Multa eo loco *Ignatius* de frequentandis cœtibus *Ecclesiasticis* prædixerat, quorum commoda dein recenset, ὅτε ἂν πυκνῶς ὅλη τὸ αὐτὸ γίνεσθε, καθαιρεῖν) αἱ δυνάμεις τοῦ Σατανᾶ, καὶ λύεται ὁ ὄλεθρος αὐτῶν ἐν τῇ ὁμονοίᾳ ὑμῶν τῇ πίστεως· οὐδὲν ὄντι ἄμεινον εἰρήνης, ἐν ᾗ πᾶς πόλεμος καταργεῖται ἐπουρανίων καὶ ἐπιγείων.

Ὧν οὐδὲν λανθάνει ὑμᾶς, ἐὰν τελείως εἰς Ἰησοῦν Χριστὸν ἔχητε τὴν πίστιν, καὶ τὴν ἀγάπην &c. *Cùm frequenter in unum convenitis, destruuntur potentiæ Satanæ, dissolvitur perditio ejus in unanimitate fidei vestræ. Pace nihil melius est, in quâ bellum omne cœlestium & terrestrium evacuatur.* (quid illud sit statim apparet, οὐδείς, inquit, πίστιν ἐπαγγελλόμενος ἁμαρτάνει, οὐδὲ ἀγάπην κεκτημένος μισεῖ, *nemo fidem repromittens peccatum committit*, (ex quo *bellum* illud *cœleste Dei* contra peccatorem nascitur) *nemo charitatem possidens, odio quemvis habet*, (ex quo *terrestre bellum*, mutuæ hominum inimicitiæ oriuntur) *Quorum nullum vos latet, si perfectè in Jesum Christum habeatis fidem & charitatem.* Nullus hîc de cognitione *cœlestium & terrestrium* sermo est, quem *scriptori* huic conjungendo quæ separanda erat, *D. Blondellus* imponi voluit. Manifesta, & solis radiis scripta omnia, Ea scilicet quæ de *concordiâ*, & Unitate prædicta fuerant, apud omnes, qui *Christianam* fidem & charitatem perfectè colebant, in confesso fuisse.

§. 2. Post falsi crimina, tam cumulatè quidem, sed & improsperè intentata, redit denuò *D. Blondellus*, & ut priùs *comparationes non satis commodas*, sic jam *oppositionem* non satis *justam* in eâdem ad *Ephesios Epistolâ* criminatur, *cùm de se, & Ephesiis scripsisse dicatur*, Ἐγὼ κατάκριτος, ὑμεῖς ἐλεημένοι. Piget has offucias luculentissimo scriptori abstergere, Locus integer à nobis priùs productus, sic se habet, οἶδα τίς εἰμι, καὶ πίστει κάφω, ἐγὼ κατάκριτος, ὑμεῖς ἐλεημένοι, ἐγὼ κατὰ κίνδυνον, ὑμεῖς ἐσπευγμένοι, &c. *Novi qui sim, & quibus scribam, Ego condemnatus, vos misericordiam adepti* (si dubitas, quâ ratione *condemnatum* dicit, certè non respectu *Dei* judicantis, sed *Tyranni*, cujus tribunali jam sistitur pientissimus *Athleta*, sequitur enim) *Ego sub periculo, vos firmati*, i.e. per misericordiam boni *Dei* ad *tranquillitatem*, & εὐδίαν *restituti Ephesii*, dum *Ignatius* ad *bestias* adjudicaretur. Quid, quæso, *injusti*, aut *inidonei* in hâc *oppositione?*

§. 3. Quærit rursus *D. Blondellus*. *An appositè Magnesianos, pióque alios omnes* (quos ἀζύμους esse *Paulus* jubet) μεταβάλ-

λεῖς εἰς νέαν ζύμην, ὅ ἐστιν Ἰησοῦς Χριστὸς, *pronuntiet?* *Respondeo* fidenter, appositissimè pronunciari, seu potius moneri eos, ut (cùm *Christus* novo *fermento* assimiletur, quatenus id παλαιωθεῖσαν, καὶ ἐνοξισθεῖσαν ζύμην, *malo, antiquato,* & *putido fermento* opponitur; eâque quâ *regnum Dei* fermento assimiletur *Lu.* XXI. 15. ratione) *Christiani* omnes in illud *novum fermentum* transmutentur, i. e in gratiâ, & cognitione *Jesu Christi,* & in puritate omni indies augeantur. Monitis istis nihil magis appositum, aut à *Gnosticorum* φθοραῖς periclitanti *Ecclesiæ* opportunum dici potuit.

§. 4. *At fidem* (inquit *D. Blondellus*) *Christi carnem, Charitatem sanguinem, ad Philadelphenses scribens vocat,* nec illud *satis appositè.* Certè nihil tale in *Epistolâ* istâ (ad illud ipsum bis perlectâ) mihi occurrit, nec scio quid ex nostrô illo temporis dispendio *D. Blondello* lucri accesserit. Μία, inquit, σὰρξ τοῦ Κυρίου ἡμῶν, καὶ ἓν ποτήριον, εἰς ἕνωσιν τοῦ αἵματος αὐτοῦ. Mentio certè est *Carnis Christi, & Sanguinis,* sed illud non est *Fidem Christi carnem,* & *charitatem sanguinem* vocare.

Cap. XXI.

Decima quarta. Πρεσβυτέριον ἐκκλησίας. *Apostoli post Christi mortem.* Ἀπόστολοι *pro scriptis Apostolicis.* Σὰρξ Ἰησοῦ, *Christus in terris hîc degens. Decima quinta. In Epistolâ ad Polycarpum Smyrnenses alloquitur Ignatius. Decima sexta. Ad Martyrium paratus.*

§. 1. QUod proximè objicitur ex eâdem ad *Philad: Epistolâ,* statim post eam μίας σαρκὸς & ἑνὸς πνεύματος mentionem occurrit. Nempe de *se* dictum, φεύγων τὸ εὐαγγέλιον, ὡς σὰρξ Ἰησοῦ, καὶ Ἀποστόλοις ὡς πρεσβυτερίῳ ἐκκλησίας. Ex quibus sic denuo (more suo, *Socraticam*) argumentationem nectit *D. Blondellus.*

§. 2. *Cùm Trajani* XI^mo. *Apostoli nulli superfuerint, nec per Apostolos, qui Ignatii nomine abusus erat, aliud intellexisse videatur quàm Apostolorum scripta, annon pluris divinitùs inspiratas Epistolas facere debuit, quàm hominum quorumcunque errori per se obnoxiorum cœtum?*

§. 3. At quid est, si hoc non sit, λεπτολογεῖν; Fatemur & nos *Apostolos* jam singulos *è vivis excessisse,* Fatemur, *Apostolorum* nomine *Apostolica scripta* significari, At quid, quæso, obstat, quò minus πρεσβυτέριον ἐκκλησίας, illos ipsos *Apostolos,* post mortem *Christi* in vivis *existentes,* qui tunc *Christianum Synedrium,* seu *Presbyterium Ecclesiæ* constituebant (ad quod in re dubiâ tan-

tanquam ad *oraculum* recurrebatur, *Act.*XV.2.) indigitet? Certè non est istud σφὸν φάρμακον, sed accommodatissima verborum istorum significatio, ita ut *Evangelio* (seu *Christi* sermonibus, & concionibus nobis per *scripturam* traditis) *Apostoli*, i. e. *Apostolorum scripta* post se relicta, Et pari modo, *Christi carni* (i. e. *Christo* ipsi hîc in terris degenti) *presbyterium Ecclesiæ*, i.e. *Apostolorum, post Christi excessum, consessus*, ἐν ᾧ ἀγαλλιᾶται respondeat;

§.4. Sic enim sine omni violentiâ sensus ille promptissimè exurgit, *Ad scriptum Christi Evangelium*, tanquam *ad Christum* in terris degentem, *ad Apostolorum Epistolas*, tanquam ad *Apostolorum Hierosolymis* commorantium consessum, se lubenter confugere. Omnia certè aptissimè quadrant, si secundis jam *D. Blondelli* cogitationibus locus esset.

§.5. Interrogat denique *D. Blondellus*, *an ad Polycarpum Episcopum (quasi ad plebeium nescio quem) scribere jure potuit*, τῷ ἐπισκόπῳ συνστοιχεῖν, ἵνα μὴ ὁ Θεὸς ὑμῖν; Certè 1. æquali illud jure potuit γνήσιος *Ignatius*, ac supposititius quivis *Pseud-Ignatius*.

§.6. At 2do proculdubio nihil à se alienum facturus est θεοφόρος *Martyr*, si in eâ, quæ *Episcopo Polycarpo* inscripta est, *Epistolâ*, quædam *Ecclesiæ Smyrnensium*, cui præficiebatur *Polycarpus*, accommodata monita comprehendi voluerit; Illud enim, in *Epistolâ Christi* ad *Angelum*, i. e. *Episcopum Ephesinum*, *Smyrnensem* &c. conscriptâ, sæpius factum conspicimus. Imò 3^tio^ Ad universum fidelium cœtum, non ad *plebeium, nescio quem*, ista perscripta fuisse, satis monstrat, *Imperativum plurale*, [συνστοίχεῖτε] nulli singulari vel *Episcopo*, vel *plebeio* accommodandum.

§.7. * Quod jam ex *Epistolâ* ad *Romanos* producit *D. Blondellus* (quam palam est ei maximè adblandiri, cùm in eâ nihil de *Episcopis* reperiatur) & ex quo (*quod desperabundorum saculi mancipiorum esse potest*) *potius moræ omnis impatienti animo mortem provocasse, quàm intrepido pectore expectasse videri* hunc *Pseud-Ignatium*, concludit, id à nobis † jamdudum responsum tulit, nec certè itineris satis longi & horridi, jam ad exitum festinantis, adeò me non piget, ut quæ semel apposita sunt, ea denuò coquenda & porrigenda *Lectori* existimem.

§.8. Satis erit dixisse, *Prientissimum Athletam*, τελείως jam proximum, se ad hunc novissimum agonem, quo χριστῷ ἐπιτυχεῖν possit, paratissimum profiteri, verbísq; illud satis magnificè exprimentibus, (vel summis *D. Blondelli* ingratiis) significare voluisse.

* Θηρία κολακεύσω συνστόμως με καταφαγεῖν &c. κἂν δόλῳ δέ ἄκοντα μὲ βιάσηται, ἐγὼ προσβιάσομαι. † c.X. § 4.

Cap. XXII.

Decima septima, Ignatii dicta de Episcoporum necessitate. Ea triplex erat, unitatis conservatio, Disceptationum præventio, Gnosticorum venena.

§. 1. Quæ deinceps recensentur, ad illud unicum referri video, quòd *pro Episcopatu singulari adeo anxiè laboraverit hic scriptor, quasi de Christianismo actum sit, si Episcopi Presbyteris majores Christianis plebibus desint, aut ab iisdem minus colantur.* Ad hoc probandum, satis amplam supellectilem sibi paratam non ambigit *D. Blondellus*, & post quædam hujus censûs paucis perstricta, more suo interrogare pergit, *Cui hæc omnia bono? Annon ab antiquo odium nimia diligentia meruisse visa est, eóque potissimum nomine suspicionem facere, quod citra necessitatem adhibeatur?*

§. 2. At non illud statim citra necessitatem factum est, quod *D. Blondello* (cui *Episcopi* ipsi in *Ecclesiâ* minus necessarii) supervacaneum videtur. Quæcunque de *Episcopis Ignatius* scripsit, ea mox suus erit visendi locus, jam solum de *necessitate*, ex quâ ea scripserit.

§. 3. Ea *triplex* erat, 1. ut magnum exemplum *unitatis*, & concordiæ *Christianæ* (cujus origo ab obedientiâ *Pastoribus*, adeóque *singularibus Episcopis*, si illis procurandi gregis officium incumbat, debitè præstandâ, sumenda est) non ipsis tantùm, ad quas scribebat, *Ecclesiis*, sed & futuris sæculis, & seræ posteritati daret, nec vel tantillam spreti *ordinis Ecclesiastici* excusationem, aut novandi studiis locum relinqueret.

§. 4. *Secunda*, ut nulla *disceptandi* causa restaret, nulla *pacem* publicam sollicitandi ansa, ex eo quòd in scriptis *Apostolorum* non constaret, quâ demum regiminis formâ, universa omnis ævi *Ecclesia* uti deberet. Et certè si post adeò luculenta hujus rei testimonia, adhuc dubitandi locus fuerit, an ab *Episcopo singulari*, an potius à *Presbyteris*, ἰσοβάθμοις, & ἰσοτίμοις, *Ecclesia* ex *Apostolorum* mente regenda sit, si post clarissimam rei gestæ historiam, hanc ipsam litem, ex arbitrio oculatissimi testis componi, viri *doctissimi Cl: Salmasius* & *D. Blondellus* non permiserint, *Ignatium* potius hæc non scripsisse statuentes, quàm suas sibi φενακίσεις, & dogmata eripi passuri, non est quod *Sanctissimum Athletam*, aut *citra necessitatem* hac in re, aut *anxiè nimis laborâsse* queramur.

§. 5. Verùm *tertiò*. Si non adeò providè nobis è longinquo prospexisse

prospexisse existimetur *vir divinus*, at ut sæculo demum suo consuleret *vir bonus*, nemini, uti spero, supervacaneum censebitur. Certè *Gnosticorum* eo tempore venena per totam *Ecclesiam* latè pervagata fuerant, nec commodiori adversus ea *Pharmaco* uti se posse putavit vir *optimus*, quàm ut ad *Apostolorum* doctrinas revocata omnia, ad hanc demum normam & amussim exigerentur. Quod quidem se facilè facturum sperabat, si qui ab *Apostolis* in *Ecclesiâ* gregi præponebantur, iis à singulis sine omni disceptatione obsequium præstaretur.

§. 6. Nec jam *anxius ille de singulari Episcopo labor* censendus est, sed paterna, providâque sollicitudo de obedientiâ omnibus, quibus debebatur, præstandâ, Quæ ut ritè præstari posset, monendi etiam & liquidò docendi erant, quibusnam illa debebatur.

CAP. XXIII.

Blondelli responsum ad patrum pro Ignatio testimonia. Authoritas Patrum in rerum gestarum narratione. Argumenta probabilia ex re ipsâ, quàm nihil valeant contra testimonia. Hujus litis conclusio.

§. 1. TAndem igitur post bina illa, à περιστάσεως, & Συγῆς *Valentiniana* in *Ep: ad Magnes:* mentione, ducta argumenta, quibus abundè jampridem responsum est, & post tertium illud à *Docetarum* obscuris vestigiis petitum (*quod*, inquit, *suppositionis argumentum videri posset*, sed, cùm ipsius sententiâ infirmum sit, *eo* se *volentem abstinere affirmat*) denique post prolixam *profectionum Sancti Pauli & Ignatii comparationem*, ex quâ binos *Christi Martyres* non unâ semitâ, non iisdem aut vestigiis aut stadiis, *Romam* iter fecisse concludit, (quod sine dubio non est, aut *Paulum*, aut *Ignatium*, *Epistolas* ipsorum nominibus cognitas non scripsisse) Tandem, inquam, memor quid tam prolixo ipsius molimini objici posset. Nempe *his ipsis Epistolis quas confictas putârunt* (mortalium omnium primi) *Cl: Salmasius, & D. Blondellus, Patres fidem adhibuisse*, sic breviter respondendum existimavit; QUID TUM? *Quàm multa minimè suspicaces, ac imparatos, & fefellêrunt semper, & quotidiè fallunt?*

§. 2. Ita quidem viro *Doctissimo*, &, * si ipsi credatur, φιλαρχαίοις omnibus causam suam approbare cupienti, visum est; Universam scilicet *Patrum* coronam (nec enim ex indefinito *Patrum* numero vel unicum excipiendum fuisse, vir in *Antiquorum* scri-

* *Supposititias credere coactus sum, rectène, an secus, judicent* φιλαρχαίοις.

ptis ſatis verſatus, liquidò compertum habuit) unius immitiſſimæ cenſuræ *gemino* ictu transfodiendam eſſe; nec enim falli tantùm, aut errare, ſed etiam ut *imparatos & minus ſuſpicaces* (quod certè non mediocris tarditatis & *ἀνοήτιας*, ne dicam, *fatuitatis*, & ſtuporis argumentum eſt) his *ἀπαλεώνων technis*, & *ſtrophis* patere.

§. 3. Nec id quidem in *doctrinis* tantummodò, ſed in rerum in *Eccleſiâ* primævâ geſtarum narratione; (iſtius enim cenſûs eſt controverſia iſta, an *Epiſtolas* ſcripſerit *Ignatius*) In his quippe, unicum *D. Blondellum*, aut alterum fortaſſis inter omnes mortales *Walonem Meſſalinum* rectiùs judicare, quàm *Patres univerſos*, & ſic flocci faciendos omnes, (ſic enim [QUID TUM?] interpretantur *Britanni*) quamprimum eos verum ſenſiſſe *D. Blondelli* non interſit.

§. 4. Ego quidem ſi hoc duci exemplo me paterer, *Univerſas D. Blondelli* operas, qui, præ aliis omnibus infœlicis ævi ſcriptoribus, *Patrum* teſtimonia, & authoritates congerere, & ad uſus ſuos accommodare ſatagit, eodem faſtidio rejiciendas ſtatuerem. Quantò magis, cùm in iis, ſub iſtâ *φιλαρχαιότητος* ſpecie, omnia *Aerianæ* ruinæ rudera, naufragii tabulæ undecunque collectæ, ſimúlque non pauca exuberantis ingenii, & longi otii ſarmenta, & putamina, (talis certè ante alia, præchara iſta *ἀρχαιολογιολογιδίων πραγματεία*) in unum conſarcinata, *Apologia pro Hieronymo* audiant; Cujus quidem dicta nonnulla duriuſcula, è conſtanti patrum reliquorum ſententiâ, imò & ex ipſius affirmationibus ſatis crebris, multò faciliùs, ſi *D. Blondello* allubuiſſet, emolliri poterant, quàm tota demum antiquitas, ad *Hieronymi* excuſationem advocata, contra ipſorum planè mentem, reſpondere per cruces, & tormenta, edocebatur.

§. 5. Quàm verò hæc nullo conamine, promptè, & commodè ad ipſam *Presbyterorum* ex *Eccleſiâ* ejectionem extendi poſſint, quàm ad *Scripturæ Canonem* his ipſis *Ignatii Epiſtolis* exæquandum, lubentiſſimè optarem rem ipſam pro me locutam non eſſe. At qui ſolo impetu ducti, illicitum nihil, niſi quod ſimul inutile, exiſtimant, qui ſolo commodo ſuo rationem anciſſari, jamdiu juſſerunt, non ſunt adeò *εὐήθεις* aut excordes, ut non illicò, ex præmiſſis *Blondellianis*, *Patres omnes* falli poſſe concludant, (& ſe ſatis ad *Logicorum* regulas accuratè, imò & *ad hominem* irrefragabiliter concluſiſſe ſtatuant) quotieſcunque eorum authoritate, aut dogma fidei (ipſam puta *Trinitatis doctrinam*) aut

rem

rem gestam, (*Hieronymum* quippe ea ad *Evagrium* scripsisse) aut ipsum demum *Scripturæ Canonem* fulcire, aut staturninare *D. Blondello* visum fuerit.

§. 6. Ego quidem illud unum [τὰ ἀρχαῖα κρατεῖτω] ex hoc ipso *Ignatio* didicisse malo, quàm *Dialecticorum*, seu probabilium in re qualibet argumentorum, summus artifex censeri; quorum integram *Myriadem*, ut id semel dicam, ad unam ἀπόδειξιν assurgere non posse, nec (in rei gestæ, quæ dicitur, quæstione) contra unius boni viri testimonium, multò minus contra *omnium Patrum* consensum quicquam valere, nos *Hieratici* gnaviter contendimus, & ad hanc unam *palæstram Novatores* omnes provocamus, in quâ si vicerimus, non erit quod in reliquum causæ nostræ metuamus.

§. 7. Et sic demum hoc δολιχοδρόμιον, stadiúmque prolixum sanè, & non ita gratum aut jucundum, duorum magnorum *virorum* vestigiis inhærentes, integrum percurrimus, experti quid ab industriis criminationum venatoribus, contra harum *Epistolarum* authoritatem, exquiri posset, à quorum singulis insultibus ereptum esse *Ignatium*, Lectoribus non iniquis persuasum speramus.

§. 8. Proximum est, ut ad ea procedamus, quæ septem *Epistolarum*, à *Polycarpo* collectarum, & ad *Philippenses* suos transmissarum, authoritatem stabiliant, & confirment.

Cap. XXIV.

Epistolæ Ignatii in eâdem semper classe cum Epistolis Clementis & Polycarpi. Testimonia de Ignatii Epistolis, 1. Polycarpi, & ex eo Photii. (An Ignatius ad Polycarpum Epistolam scripserit. Eusebii sententia. Hieronymi explicatio) Polycarpiani testimonii partes. 2. Irenæi testimonium. 3. Origenis. 4. Eusebii. 5. Athanasii. 6. Chrysostomi. 7. Theodoreti. 8. Hieronymi. Epistolarum Ignatianarum per manus traditio à Polycarpo ad Eusebium.

§. 1. Ad harum *Epistolarum* authoritatem (tot jam præjudiciis liberatam) ulteriùs firmandam, & stabiliendam, non est cur multa dicamus. *Epistolam Clementis* ad *Romanos*, *Polycarpi ad Philippenses*, utrisque ulnis amplectuntur *Cl: Salmasius*, & *D. Blondellus*, sperantes ex iis aliquid causæ suæ, tam gnaviter desponsatæ, accrescere posse, solus *Ignatius* ὀιχεῖ, cujus tamen *Epistolæ* pari semper cum illis, per universam ab omni ævo *Patrum* nostrorum memoriam, reverentiâ excipiebantur, nec priùs

à mor-

à mortalium quovis in judicium vocabantur (multò minus, ut in re certâ, & extra dubium positâ, inter planè ἀνόητα & λίβανα rejiciebantur) quàm *Presbyteri Anglicani Patribus* suis contumeliam facere cœpissent, iisque aut suppetias ferre, aut rem gratam facere (quibus illecebris adducti, nescio) hi duo non ignobiles *Presbyterana* causæ hyperaspistæ in seipsos recepissent.

§. 2. Certè qui in *Clementis Epistolâ*, magnificam illam de *Phœnice* historiam, & alia nonnulla, ad rem suam à scriptore isto accommodata, observarunt, & cum iis, quæ in *Ignatii Epistolis* maximè suspecta fuerant, conferenda duxêrunt, non putarunt innocentissimo *Martyri*, ex eo unico, quòd *verum* diceret, tantas *inimicitias* metuendas fuisse, tantas procellas tam subitò exorituras. At fefellit nos infœlix rerum exitus, eandémque jam cramben *Lectoribus* obtrudi jussit, quam viri *Docti*, qui *Epistolas* eas edendas curârunt, iis jamdudum præfixam apposuêrunt, *Testimonia* dico *Antiquorum*, qui sententias suas satis liberaliter ferre non recusarunt, si iis etiam fidem dare non abnuimus.

§. 3. Ea jam breviter reponenda erunt; Iisque viam monstrabit, *Ignatii*, & eorum, qui *Christum Dominum* in *carne viderant*, σύγχρονος *Polycarpus*, *Ecclesiæ Smyrnensis Episcopus*, idémque *Martyr*.

§. 4. Ille *Epistolam ad Philippenses* suam sic claudi voluit, Ἐγράψατέ μοι καὶ ὑμεῖς καὶ Ἰγνάτιος, ἵνα ἐάν τις ἀπέρχηται εἰς Συρίαν, καὶ τὰ παρ' ὑμῶν ἀποκομίσῃ γράμματα, ὅπερ ποιήσω, ἐὰν λάβω καιρὸν εὐθετον, ἤτε ἐγὼ, εἴτε ὃν πέμψω πρεσβεύσοντα καὶ περὶ ὑμῶν. Τὰς ἐπιστολὰς Ἰγνατίου πεμφθείσας ἡμῖν ἀπ' αὐτοῦ, καὶ ἄλλας ὅσας ἔχομεν παρ' ἡμῖν, ἐπέμψαμεν ὑμῖν, καθὼς ἐνετείλασθε, ἅτινες ὑποτεθήσονται εἰσὶ τῇ ἐπιστολῇ ταύτῃ, ἐξ ὧν μεγάλα ὠφεληθήσεσθε δυνήσεσθε. Περιέχουσι γὰρ πίστιν, καὶ ὑπομονὴν καὶ πᾶσαν τὴν οἰκοδομὴν τὴν εἰς τὸν Κύριον ἡμῶν ἀνήκουσαν. *Scripsistis mihi & vos & Ignatius, ut si quis in Syriam proficiscatur, literas etiam à nobis adportet, quod facturus sum, si tempus opportunum nactus fuero, aut ego, aut nuntius quem missurus sum, ut legatione etiam pro vobis fungatur. Epistolas Ignatii ab ipso nobis missas, & alias quotquot habuimus apud nos, misimus vobis, sicuti præcepistis, quæ quidem Epistolæ huic subjiciuntur, ex quibus multum utilitatis accipere poteritis, continent enim fidem & perseverantiam, & ædificationem omnem ad Dominum nostrum pertinentem.* Quibus ex fragmento *Latino* additur, *Et de ipso Ignatio & de his, qui cum eo sunt, quod certius agnoveritis, significate.* Quorum verborum meminit *Photius*

in

in *Biblioth:* de *Polycarpi Epistolâ* verba faciens. Λέγει, inquit, καὶ πρὸς ἐπιστολὰς αὐτοῖς Ἰγνατίου τοῦ Θεοφόρου ἀπεσταλκέναι, καὶ αὐτοῦ ἀναδιδαχθῆναι παρ' αὐτῶν, εἴ τι περὶ ἐκείνου διακούσειεν. *Dicit etiam se misisse illis Epistolas Ignatii Theophori, & ab iis doceri petit, si quid de illo (Ignatio nempe ad Romam deportato) audiant.* Ex quibus *fragmenti*, & *Photii* verbis patet, quo tempore illa *Polycarpi* Epistola scripta fuerit, ipso scilicet, quo *Ignatius* ad τελείωσιν suam festinabat, tempore.

§. 5. Multa hîc à doctis viris disseruntur de verborum istorum particulâ unicâ, Num legendum sit [Τὰς ἐπιστολὰς πεμφθείσας ἡμῖν, vel ὑμῖν] Ego utut *Liti* isti me immiscendi nulla necessitas incumbat, fateor tamen me non videre, quomodo, si * *Eusebii* authoritate moveamur, de vulgari lectione [ἡμῖν] dubitari possit. Non solùm enim *Eusebii Græcus* codex sic legit, quo modo hîc ex *Polycarpo* descripsimus [Τὰς ἐπιστολὰς Ἰγνατίου πεμφθείσας ἡμῖν ἀπ' αὐτοῦ &c.] sed & apud eundem *Eusebium* hæc itidem in eandem sententiam legimus, Διὰ χαρᾶς ὁμιλεῖ Ἰγνάτιος τῇ Σμυρναίων ἐκκλησίᾳ, ἰδίως τε τῷ παύτης ποιμενικῷ Πολυκάρπῳ. Ex quibus satis patet ex *Eusebii* sententiâ, *Ignatium* non solùm ad *Smyrnensium Ecclesiam*, cujus *Episcopus* erat *Polycarpus*, sed & ad ipsum ἰδίως *Polycarpum Epistolam* scripsisse. Quod cùm ipse *Polycarpus* aliis satis dilucidis, præter ea de quibus lis est, verbis, affirmasset [Ἐκάλεσέ με καὶ ὑμᾶς καὶ Ἰγνάτιος,] & cùm ea ipsa in fine Capitis λϛ'. recitasset *Eusebius*, simúlque verba *Sylloges Polycarpianæ Philippensibus* missæ mentionem continentia addidisset, nullus mihi dubitandi locus supereſt, quin *Eusebius Ignatium* crediderit ad *Polycarpum* scripsisse, & hoc ex ipsis *Polycarpi* verbis desumpserit.

* *Eccl: Hist:* l. III. c. λϛ'.

§. 6. Verba *Hieronymi* [*Inde egrediens scripsit ad Philadelphenses, & ad Smyrnenses, & proprie ad Polycarpum, cõmendans illi Antiochensẽ Ecclesiã, in quâ et de Evangelio posuit testimoniũ*] sine dubio nihil contrafaciunt, nec ab *Eusebio* dissident, præsertim si, cum *Isaaco Casaubono*, ea, quæ de illâ ad *Polycarpum Epistolâ* dicuntur, parenthesi inclusa legantur, ad hunc modum, *ad Smyrnenses (& proprie ad Polycarpum, commendans illi Antiochensem Ecclesiam) in quâ &c.* Sic ut illud *de Evangelio testimonium*, ex eâ ad *Smyrnenses*, ubi solùm habetur, petendum sit.

§. 7. At sopitâ istâ, quæ ad eam solam ad *Polycarpum* scriptam *Epistolam* pertinet, controversiâ, reliqua luce ipsâ clariora sunt, 1. *Polycarpum*, *Epistolas Ignatii* aliquammultas penes se habuisse,

buisse, quas sibi communicandas rogaverant *Philippenses*, quásque *Epistolæ* suæ ad *Philippenses* missæ subjungendas curavit *Polycarpus*.

§. 8. 2do. Hoc ipsum, vivo adhuc & valente, sed ad ultimum jam ἀδηλότητος actum festinante *Ignatio*, factum esse, nec igitur post *Ignatii* ex vivis excessum ei affictas *Epistolas* eas, quæ à *Polycarpo* mittuntur.

§. 9. 3tio. Ab his *Epistolis* legationis *Ecclesiarum ad Antiochenos* mittendæ mentionem factam esse, juxta illud, quod in eâ ad *Polycarpum*, & ad *Smyrnenses*, & in aliis fere singulis hodie legimus.

§. 10. 4to. In *Epistolis* illis, multa quæ *ad fidem, & perseverantiam*, i. e. ad ὀρθοδοξίαν, seu veram *Christi doctrinam*, contra fraudes & terrores *Gnosticorum* tuendam, simúlque omnem in *Christo* ædificationem plurimum profutura erant, comprehensa esse. Quæ cùm *Epistolis* his, quibus jam sub *Polycarpiana Sylloges* nomine utimur, optimè competant, non dubitamus, hoc *Polycarpi* testimonium appositissimè à nobis ad rem nostram adductum esse, Cui unico si fides adhibeatur, rem omnem confectam putabimus.

§. 11. Istis proximo in loco, licèt ex abundanti, *Irenæus* addi poterit, quem (cùm *Polycarpum senem* * ipse puer *vidisset*) ab eo traditas *Epistolas* accepisse nemini mirum videbitur. Ille verò *Ignatii* dictis ex *Epistolâ ad Romanos* petitis sic præfatur, Ὡς εἴπέ τις τῶν ἀκριβούντων διὰ τῶν θεῖον μαρτύριον κριθησόμεθα· θηρία, ὅπως ἐμοῦ γένωμαι θεοῦ, κἀγὼ ὀδόντων θηρίων ἁλήσομαι, ἵνα καθαρὸς ἄρτος θεοῦ εὑρεθῶ. *Ut quidam nostrorum dixit, qui propter testimonium Dei, Bestiis adjudicabatur, Frumentum*, inquit, *sum Dei, & per dentes ferarum molor, ut purus Dei panis inveniar.* Ea ipsa quæ jam in codicibus nostris habemus verba, quæ igitur ex *Epistolâ Sanctissimi Martyris*, à *Polycarpo Philippensibus* traditâ, legisse *Irenæum*, & ab *Irenæi* sæculo ad nos incolumiter deveniisse, nulla supereſt dubitandi causa.

* Vid: *Iren: Ep: ad Florin: apud Euseb: Eccl: Hist:* l. V. c. κ'.

§. 12. Post *Irenæum* statim *Origenes* sequitur, & ille sine dubio easdem agnovit; Videatur *Hom:* VI. in *Lucam. Eleganter*, inquit, *in cujusdam Martyris Epistolâ scriptum reperi* (*Ignatium* dico *Episcopum Antiochenum post Petrum secundum, qui in persecutione Roma pugnavit ad bestias*) *Principem sæculi hujus latuit virginitas Mariæ, &c.* Verba ex *Epistolâ* ad *Ephesios* deprompta, quæ in codicibus nostris reperiuntur, & quæ, contra hoc lucu-

lentum

lentum *Antiquissimi Scriptoris* testimonium, ut *D. Blondello* suspecta, à nobis * prius producta & refutata sunt. * c. XVII.

§. 13. Post *Origenem* succedit *Eusebius*, at prolixior ille, quàm ut hic integrum apponi necessum sit. Pauca ex cumulo decerpi possunt. Ὁ μακάριος Ἰγνάτιος ἐν Σμύρνῃ γενόμενος, μίαν μὲ ἐπιστολὴν τῇ κατ' αὐτὸν Ἐφεσίων ἐκκλησίᾳ γράφει, ποιμένος ἅμα μνημονεύων Ὀνησίμου, *Celebris ille Ignatius ad Smyrnam veniens, Epistolam Ephesiorum Ecclesiæ scribit, de Pastore ipsorum Onesimo mentionem faciens.* (Quod quidem non semel tantùm fieri in *Epistolâ*, quâ nunc utimur, videmus) Ἑτέραν δὲ τῇ ἐν Μαγνησίᾳ τῇ πρὸς Μαιάνδρῳ, ἔνθα πάλιν ἐπισκόπου Δάμα μνήμην ποιεῖται, καὶ τὴν ἐν Τράλλεσι δ' ἄλλην, ἧς ἡγεμονεύειν τότε Πολύβιον ἱστορεῖ, πρὸς ταύταις καὶ τὴν Ῥωμαίων ἐκκλησίαν γράφει, ἣ καὶ παρεκάλεσεν, ὡς μὴ ἐμποδίσωσιν τῷ μαρτυρίῳ, ἢ προθυμίας ἀὐτὸν ἀποστερήσωσιν ἐλπίδος, *Aliam verò Ecclesiæ in Magnesia, ubi rursus Episcopi Damæ mentionem fecit, Trallensi item aliam, cujus gubernatorem tum Polybium fuisse refert, Insuper & Romanorum Ecclesiæ scribit, quam adhortatur, ne martyrium ipsius deprecari, aut exoptatissimâ eum coronâ fraudare velit.* Eccl. hist. l. III. cap. 36.

§. 14. Hic quatuor, quas habemus, *Epistolæ*, ad *Ephesios*, ad *Magnesianos*, ad *Trallenses*, ad *Romanos*, totidem singulæ *Characteribus*, tribus etiam *Episcopis* quibus tunc regebantur, dignoscendæ memorantur, quas ad nos perveniſſe ex his omnibus indiciis manifestum est.

§. 15. Reliquas verò tres, quæ *Polycarpianæ Sylloges* septenarium numerum implent, sic proximo capite ab eodem *Eusebio* repositas videmus. Ἤδη δ', inquit, ἀπιόντα τὸν Σμύρνης ἡγούμενον, ἀπὸ Τρωάδος τοῖς τε ἐν Φιλαδελφείᾳ αὖθις διὰ γραφῆς ὁμιλεῖ, καὶ τῇ Σμυρναίων ἐκκλησίᾳ, ἰδίᾳ δὲ τῷ τότε ποιμαίνοντι Πολυκάρπῳ, ὃν οἶδα δὲ Ἀποστολικὸν ἀνδρα καὶ μάλα γνησίως τῷ κατ' Ἀντιόχειαν αὐτῷ ποιμνίῳ προστάντα, *Deinde verò postquam Smyrnâ discessisset, à Troade per literas, Philadelphenses alloquitur, simulque Smyrnensium Ecclesiam, particulariter autem Polycarpum Ecclesiæ Smyrnensium Episcopum aut Præfectum, cui, cùm virum Apostolicum eum esse probè nosset, gregem suum Antiochensem committit.* Quæ omnia quomodo his nostris, quas jam habemus, *Epistolis* aptissimè conveniant, satis jam antè dictum est.

§. 16. Post *Eusebium* * *Athanasius Magnus* suum etiam *Ignatio* nostro clypeum obtendit. Ἰγνάτιος, inquit, ὁ μὲν τοῦ Ἀποστόλου ζηλωτὴς ὅλιζον, &c. χάριν σοι Κύριε, ὅτι ἐπῄνεσας ἐξ * de Synod. Arim. & Seleuc.

Σαρκικὸς καὶ πνευματικὸς, γενητὸς καὶ ἀγένητος &c. *Ignatius* post *Apostolos Episcopus constitutus, scribens de Domino* (i.e. *Christo*) *sic dixit, Unus est Medicus carnalis & spiritualis,* (qui sc: & *corporis* & *animæ* morbos sanabat) *genitus & ingenitus.* Verba itidem ex nostrâ ad *Ephesios Epistolâ* desumpta (ut & eadem plenius à *Theodoreto* prolata in Ἀρείῳ) quæ nobiscum *Athanasium* sensisse monstrant, si tanti *Patris* authoritas apud nos infimos nepotes quicquam ponderis aut momenti habitura sit.

* *in Ign: encom:* §. 17. Non commemorabo * *Sancti Chrysostomi* testimonium, *encomiáque* tanto *Martyre* non indigna, in quibus & illud post *Athanasium* de *Ignatio* dictum est, αἱ τῶ μακαρίων Ἀποστόλων χεῖρες τὸ ἱερᾶς ἐκείνης κεφαλῆς. Factum nempe eum, seu *ordinatum* ab *Apostolis Episcopum.* Quod & à *Theodoreto* comprobatum est, Διὰ, inquit ille, τὸ μεγάλα Πέτρου δεξιᾶς τὸ ἀρχιερωσύνης τὸ χάριν καλεσάμενος, in *Dial:* I. *Per dextram Petri Sacerdotii summi gratiam accepit.*

§. 18. Imò ex hoc unico *Theodoreto* innumera sunt, quæ ad harum *Epistolarum* authoritatem confirmandam peti possent, qui ea ipsa verba, quæ jam in codicibus nostris distertim reperiuntur, ex *Epistolis Sanctissimi Martyris* crebrò recitat, sic ex *Epistolâ* ad *Ephesios*, præter ea, quæ ex *Athanasio* reposuimus, hæc alia duo reperies, in Ἀρείῳ: Ὁ γὰρ Θεὸς ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ἐκυοφορήθη ὑπὸ Μαρίας, κατ' οἰκονομίαν Θεοῦ, ἐκ σπέρματος μὲν Δαβὶδ, ἐκ Πνεύματος δὲ ἁγίου, ὃς ἐγεννήθη καὶ ἐβαπτίσθη, ἵνα τὸ πάθος ἐκείνου ἡμῶν καθαρισθῇ, *Deus noster Jesus Christus utero ferebatur à Mariâ secundum dispensationem Dei, ex semine Davidis, ex Spiritu verò Sancto, qui & natus & baptizatus est, ut mortale nostrum purificaretur.* Dein, Οἱ κατ' ἄνδρα κοινῇ πάντες ἐν τῇ χάριτι ἐξ ὀνόματος σωίζεσθε ἐν μιᾷ πίστει, καὶ ἑνὶ Ἰησοῦ Χριστῷ, &c. *Singuli communiter omnes in gratia ex nomine convenite in unâ fide, & uno Jesu Christo.*

§. 19. Sic ex *Epistolâ ad Trallianos*, Κωφωθῆτε ἔν ὅταν χωρὶς Ἰησοῦ Χριστοῦ ὑμῶν λαλῇ τις, τὸν ἐκ γένους Δαβὶδ, τὸν ἐκ Μαρίας ὃς ἀληθῶς ἐγεννήθη, ἔφαγέν τε, καὶ ἔπιεν ἀληθῶς, ἀληθῶς ἐδιώχθη ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου, ἀληθῶς ἐσταυρώθη, καὶ ἀπέθανε, βλεπόντων τῶν ἐπιγείων καὶ ἐπουρανίων, καὶ καταχθονίων, *Obsurdescite, quando sine Jesu Christo quispiam vobis loquitur, qui ex genere David, qui ex Mariâ qui verè natus est, qui bibit comedítque verè, persecutionem & crucifixionem passus est sub Pontio Pilato, mortuúsque est aspicientibus cœlestibus, terrestribus, & subterraneis.*

* *in* Ἀσυγχύτῳ. §. 20. Sic ex *Epistolâ* ad *Smyrnæos*, * Ἐγὼ γὰρ καὶ μετὰ τὴν ἀνάστασιν

ἐν

ἐν σαρκὶ ἀυτὸν ὁρῶ, καὶ πιστεύω ὄντα &c. *Ego enim & post resurrectionem eum in carne fuisse novi & credo.* Ex eâdem etiam *Epistolâ*, ὡς ὃ τε ἀνάστασιν καὶ σωτηρίαν, καὶ σωτῆρα αὐτοῖς, ὡς σαρκικὸς, καὶν πνευματικῶς ἡνωμένῳ τῷ Πατρὶ (sic legendum puto, & sic suadet *vetus Ignatii Latinus* interpres, non, ut vulgò habetur apud *Theodoretum*, ὡς σαρκικῶς καὶ πνευματικῶς) *Nam post resurrectionem & comedit & compotavit cum iis, ut carnalis, licèt spiritualiter unitus Patri.*

§. 21. Sic ex eâdem, in Ἀζεσι: Πεπληροφορημένους ἀληθῶς εἰς τὸν Κυρίον ἡμῶν ὄντα ἐκ γένους Δαβὶδ κατὰ σάρκα, υἱὸν Θεοῦ κατὰ θέλημα καὶ δύναμιν, γεγεννημένον ἀληθῶς ἐκ παρθένου, βεβαπτισμένον ὑπὸ Ἰωάννου, ἵνα πληρωθῇ πᾶσα δικαιοσύνη ὑπ' αὐτοῦ, ἀληθῶς ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου, καὶ Ἡρῴδου τετράρχου καρφωθέντα ὑπὲρ ἡμῶν σαρκὶ. *Credentes verè in Dominum nostrum, qui est ex genere Davidis secundum carnem, filius Dei secundum divinitatem & potentiam, natus ex virgine, baptizatus ex Johanne, ut omnis justitia impleretur ab eo, verè sub Pontio Pilato, & Herode tetrarcha crucifixus pro nobis in carne.* Sic & ex eâdem *Epistolâ*, ibidem. Τί γὰρ ὠφελεῖ, ἐάν με ἐπαινέσῃ τις, τὸν δὲ Κύριόν μου βλασφημεῖ, μὴ ὁμολογῶν αὐτὸν σαρκοφόρον; ὁ δὲ ταῦτα μὴ λέγων, τελείως αὐτὸν ἀπάρνηται (non ὡς νεκροφόρον, sed putarim) ὃν νεκροφόρον. *Quid enim mihi proderit, siquis me laudet, Dominum verò meum blasphemet, nec eum carniferum confiteatur? Qui verò hoc non affirmat, perfectè eum abnegavit, existens mortifer,* (sic *antiquus Latinus Ignatii* interpres legit, non, *ut Mortiferum*) *aut ipse mortuum ferens.* Sic denique ex eâdem ad *Smyrnenses* idem *Theodoretus* in Ἀσεβίῳ. Εἰ γὰρ τῷ δοκεῖν ταῦτα ἐπράχθη παρὰ τοῦ Κυρίου ἡμῶν, κἀγὼ τῷ δοκεῖν δέδεμαι, τί οὖν περιεῖλον ἑκόντα δέδωκα τῷ θανάτῳ πρὸς πῦρ, πρὸς μάχαιραν, πρὸς θηρία; ἀλλ' ὁ ἐγγὺς μαχαίρας, ἐγγὺς θεοῦ· μόνον ἐν τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἵνα τὸ συμπαθεῖν ὑπομένω, παντα βαστάζων, αὐτοῦ με ἐνδυναμοῦντος τελείου ἀνθρώπου, ὅντινες ἀγνοοῦσιν ἀρνοῦνται. *Si enim apparenter tantùm* (vel *secundum videri*) *hæc à Domino facta sunt, etiam & ego apparenter tantùm vinctus sum, Quare ergo ego me morti tradidi, ad ignem, ad ensem, ad feras? at qui propè ensem est, propè Deum est, solùm in nomine Jesu Christi, ut cum eo compatiar, omnia suffero, ipso me confortante, qui perfectus homo est, quem quidam ignorantes negant.* Et de *Theodoreti* testimoniis adeò copiosè *Ignatio* nostro suffragium ferentibus, hæc dicta sunto.

§. 22. Inter *Latinos*, * *Hieronymus* in omnibus fere cum *Eusebio*

* *Catal: Eccles: Scrip:*

Eusebio concordat, *Ignatius*, inquit, *Antiochenæ Ecclesiæ tertius post Petrum Apostolum Episcopus, &c. Romam vinctus mittitur. Cumque navigans Smyrnam venisset, scripsit unum Epistolam ad Ephesios, alteram ad Magnesianos, 3tiam ad Trallianos, quartam ad Romanos, & inde egrediens scripsit ad Philadelphenos, & ad Smyrnæos (& proprie (ipsos, inquit Eusebius, particulariter) ad Polycarpum, commendans illi Antiochensem Ecclesiam.) In qua* (ad *Smyrnenses* sc:) *& de Evangelio quod nuper à me translatum est, super personâ Christi ponit testimonium.* Sic ad *Helvidium* c. IX. *Nunquid non possum tibi totam veterum scriptorum seriem commovere, Ignatium, Polycarpum, Irenæum, Justinum Martyrem, multósque alios Apostolicos & eloquentes viros, qui adversus Ebionem, & Theodotum Byzantinum, & Valentinum plena sapientiæ volumina conscripserunt, quæ si legisses aliquando, plus saperes.*

§. 23. Ubi non necesse est ut *Ignatius* adversus *Valentinum*, aut *Theodotum Coriarium Byzantinum* (*Ignatio* posteriores) volumina nova scripsisse dicatur, cùm alii ab *Hieronymo* nominati *Apostolici, & eloquentes viri* isti opellæ suffecerint, sed tantùm ut *Ignatii* in *Epistolis* contra *Ebionem* & *Gnosticos* scripta, *Helvidio* jam rectè opponi possent (cujus generis in his ipsis *Epistolis* satis ampla seges nobis relicta est) pari modo, quo quæ *Irenæus* contra *Valentinum*, & alius quilibet contra *Theodotum* scripserant, ad hanc etiam materiam accommodari potuisse *Hieronymus* putabat. Omnia itidem clarissima, si *Hieronymus* ipse (cui tantum tribui *D. Blondellus* voluit, ut ad normam ejus omnia de *Episcopatu, Patrum dicta* exigenda & interpretanda censeret) nunc etiam, quando contra *D. Blondelli* sententiam satis liberè pronunciaverit, audiendus sit.

§. 24. His tam antiquis & magnis nominibus, supervacaneum erit universam turbam adjicere, *Socratem, Evagrium*, alios innumeros. Qui istis quos recensuimus, non movetur, frustra futurus sum, si illi cumulum augendo, fidem etiam me aucturum speravero.

§. 25. Quas ab ipsius *Ignatii* manu se recepisse affirmat *Polycarpus*, eas se *Philippensibus* tradidisse ait. Quæ sic tradebantur (idque non ut in *Archivis* reponerentur, sed ut cum *utilitate publica in Ecclesia* legerentur) eædem sine dubio *Irenæo* patebant, nec est quod tam brevi, inter *Irenæum puerum. Polycarpi* σύγχρονον, & *Irenæum* jam *Seniorem* & *Episcopum* factum, intervallo,

intervallo, *Ignatium* genuinum ereptum esse, & supponi πίβδηλον metuamus. Ab *Irenæo* verò ad *Origenem* levis & facilis transitus fuit, & sic ab *Origene* ad *Eusebium* (præsertim cum ille testimonia integra ab ipso *Polycarpo* & *Irenæo* desumeret) ut & ab *Eusebio* ad *Athanasium*, *Hieronymum*, & *Theodoretum*, quibus singulis *Ignatium* nostrum approbatum esse fusiùs ostendimus.

§. 26. Nec cuivis unquam inter antiquos *scriptores* authoritas sua constabit, si quæ tantâ veterum omnium (dissentiente nemine) concordiâ, & harmoniâ stabilita & firmata est, & in *Ecclesiâ Christi* omni honore & reverentiâ accepta, post tot demum sæcula, ex singulari *D. Blondelli* arbitrio, nullis aut exigentibus, aut suadentibus rationum momentis, statim unico QUID TUM? exauctoranda, aut rejicienda sit.

CAP. XXV.

Testimonia Ignatii de Episcopis, Presbyteris & Diaconis. Ex Epistolâ ad Smyrnenses, ad Polycarpum, ad Ephesios, ad Magnesios, (Ephesii de Smyrnâ) ad Philadelphicos, ad Trallesios.

§. 1. POst has præclaro ἐπωνυμίᾳ nomini depulsas invidiæ tenebras, & *Epistolarum*, saltem septem à *Polycarpo* collectarum, authoritatem, hâc nostrâ qualicunque κλαυδῇ & ἀναστολῇ vindicatam, sic ut *Ignatius* θεοφόρος, idoneus censeri possit, qui de doctrinâ *sui* sæculi & *Ecclesiæ* praxi consulatur, nemini, uti spero, importunum aut inconsultum videbitur, si ipsa tandem *Martyris* hujus testimonia, quibus causæ nostræ contra *Presbyterianam* paritatem satis prolixè suffragatus sit, proferenda censeamus.

§. 2. Primò igitur in *Epistolâ* ad * *Smyrnenses* sic præcipit, *Edit. Voss. p. 66

Πάντες τῷ ἐπισκόπῳ ἀκολουθεῖτε, ὡς Ἰησοῦς Χριστὸς τῷ Πατρὶ, καὶ τῷ πρεσβυτερίῳ, ὡς τοῖς Ἀποστόλοις, τοὺς δὲ διακόνους ἐντρόμους, ὡς θεοῦ ἐντολήν. Μηδεὶς χωρὶς τοῦ ἐπισκόπου τι πρασσέτω τῶν ἀνηκόντων εἰς τὴν ἐκκλησίαν. Ἐκείνη βεβαία εὐχαριστία ἡγείσθω ἡ ὑπὸ τὸν ἐπίσκοπον οὖσα, ἢ ᾧ ἂν αὐτὸς ἐπιτρέψῃ. Ὅπου ἂν φανῇ ὁ ἐπίσκοπος, ἐκεῖ τὸ πλῆθος ἔστω, ὥσπερ ὅπου ἂν ᾖ ὁ Χριστὸς Ἰησοῦς, ἐκεῖ ἡ καθολικὴ ἐκκλησία. Οὐκ ἔξόν ἐστι χωρὶς τοῦ ἐπισκόπου οὔτε βαπτίζειν, οὔτε ἀγάπην ποιεῖν, ἀλλὰ ὃ ἂν ἐκεῖνος δοκιμάσῃ, τοῦτο καὶ τῷ Θεῷ εὐάρεστον, ἵνα ἀσφαλὲς ᾖ, καὶ βέβαιον πᾶν ὃ πράσσετε). — Καλῶς ἔχει θεὸν καὶ ἐπίσκοπον εἰδέναι, ὃ μὲν ἐπίσκοπον ὑπὸ Θεοῦ τετίμηται), ὃ δὲ τῷ ἐπισκόπῳ τι πράσσων, τῷ διαβόλῳ λατρεύει, *Omnes Episcopum sequimini, ut Patrem Jesus Christus*,

Christus, Presbyterium verò ut Apostolos. Diaconos reverere ami-
mi ut mandatum Dei. Nemo sine Episcopo aliquid eorum quæ ad
Ecclesiam pertinent faciat. Ea demum firma Eucharistia existi-
metur, quæ aut sit ab Episcopo, aut sub eo, cui ille permiserit. Ubi
apparet Episcopus ibi multitudo sit, sicut ubicunque Christus,
ibi Ecclesia Catholica est. Sine Episcopo non licet baptizare aut
agapen facere, sed quod ille approbaverit id demum Deo acceptum
est, ita ut tutum & firmum sit, quicquid agitur. Rectum est ut
Deus & Episcopus cognoscatur. Qui Episcopum honorat à Deo
honoratus est. Qui inconsulto Episcopo quicquam facit, Diabolo
servit.

p.9. §.3. Secundò. Ἀσπάζομαι, inquit, τὸ ἀξιόθεον ἐπίσκοπον καὶ θεοπρεπέστατον πρεσβυτέριον, καὶ τοὺς συνδούλους μου διακόνους, *Salutо Deo-dignum Episcopum, Deo-decentissimum Presbyterium, & conservos meos Diaconos.*

p.10. §.4. *Epistola* ad *Polycarpum primò* sic inscribitur, Ἰγνάτιος ὁ καὶ Θεοφόρος Πολυκάρπῳ ἐπισκόπῳ ἐκκλησίας Σμυρναίων &c. *Ignatius, qui & Theophorus, Polycarpo Smyrnensis Ecclesiæ Episcopo.*

p.12. §.5. *Secundò. Polycarpum* sic alloquitur, Χηρεύουσαι μὴ ἀμελείσθωσαν, μετὰ τὸν Κύριον, οὐ αὐτῶν φροντίστης ἔσο, μηδὲν δοκῇ γνώμης σου χωρὶς γένεσθω, *Post Dominum, tu viduarum curator esto. Nihil sine sententiâ tuâ fiat.*

p.13. §.6. *Tertiò.* Εἴτις γυναῖκα πλέον τοῦ ἐπισκόπου, ἔφθαρται· φανερὰ δὲ τοῖς γαμοῦσι καὶ τοῖς γαμουμέναις μετὰ γνώμης τοῦ ἐπισκόπου τοῦτο ἔνωσιν ποιεῖσθαι, *Si quis se plus Episcopo scire putet, corruptus est. Decet autem, & ducentes uxores, & quæ ducuntur, ex sententiâ* (aut *non sine sententiâ*) *Episcopi unionem facere.*

p.14. §.7. *Quartò.* Τῷ ἐπισκόπῳ προσέχετε, ἵνα καὶ ὁ Θεὸς ὑμῖν, Ἀντίλυτρον ἐγὼ τῶν ὑποτασσομένων τῷ ἐπισκόπῳ, πρεσβυτέροις, διακόνοις, *Episcopo attendite ut & vobis Deus attendat. Ego animam meam libenter eorum loco substituì cuperem,* (quod *Anglicè* optimè *dicimus,* **my soule for theirs**,) *qui Episcopo, Presbyteris, Diaconis obsequuntur.*

§.8. *Quintò. Episcopos, Presbyteros, Diaconos* simul alloquens, Συγκοπιᾶτε, inquit, ἀλλήλοις &c. ὡς θεοῦ οἰκονόμοι, καὶ πάρεδροι, καὶ ὑπηρέται, *Collaborate adinvicem, ut Dei œconomi, aut dispensatores,* (sic *Episcopos*) *ut assessores,* (sic *Presbyteros*) *& ministri,* (sic *Diaconos* nuncupat.)

p.17. §.9. In *Epistolâ* ad *Ephesios*, primò *Onesimi* eorum *Episcopi* mentione

mentione factâ, iis gratulatur, *quòd Deus ipsis* † τοιοῦτον ἐπίσκοπον κατ' ἄξιον, *talem Episcopum possidere concesserit.*

§. 10. *Secundò.* De *Burrho* τῷ κατ' Θεὸν διακόνῳ ὑμῶν, *Diacono ipsorum secundum Deum*, verba faciens; Εὔχομαι, inquit, ἐνδημεῖναι αὐτὸν εἰς τιμὴν ὑμῶν καὶ τοῦ ἐπισκόπου, *precor ut permaneat ille ad honorem vestrum, & Episcopi.* p. 18.

§. 11. *Tertiò.* Omnes monet, ἵνα ὑποτασσόμενοι τῷ ἐπισκόπῳ, καὶ τῷ πρεσβυτερίῳ κατὰ πάντα ἦτε ἡγιασμένοι, *Ut Episcopo, et Presbyterio obsequentes, in omnibus sanctificentur.* p. 18.

§. 12. *Quartò.* Ἰησοῦς Χριστὸς τοῦ Πατρὸς ἡ γνώμη, ὡς καὶ οἱ ἐπίσκοποι, οἱ κατὰ τὰ πέρατα ὁρισθέντες Ἰησοῦ Χριστοῦ γνώμῃ (sic legendum monet & prior commatis pars, & vetus *Latinus Interpres*, non, ἐν Ἰησοῦ Χριστοῦ γνώμῃ) εἰσιν, *Jesus Christus Patris ipsius sententia est* (ab ipso quippe missus, & diplomate ejus munitus, ut nobis mentem *Patris* revelaret) *ut & Episcopi per terræ fines* (universum puta orbem) *constituti, Jesu Christi sententia sunt.* p. 19.

§. 13. *Quintò.* Πρέπει, inquit, ὑμῖν συντρέχειν τῇ ἐπισκόπου γνώμῃ, ὅπερ καὶ ποιεῖτε, τὸ γὰρ ἀξιονόμαστον ὑμῶν πρεσβυτέριον — ὥστε συνῆρμοσται τῷ ἐπισκόπῳ ὡς χορδαὶ κιθάρᾳ, *Decet vos concurrere sententiæ Episcopi, quod & facitis, Presbyterium enim vestrum honorabile sic Episcopo harmonicè concinnatum est, ut chordæ citharæ.* p. 20.

§. 14. *Sextò.* Postquam asseruisset ὑστερεῖσθαι τοῦ ἄρτου τοῦ Θεοῦ, *privari eum pane Dei, quisquis* ἐντὸς θυσιαστηρίου *intra altare non fuerit.* Quis sit ille statim interpretatur, nempe qui *cum Episcopo & Ecclesiâ preces fundit.* Ex quo concludit, σπουδάσωμεν οὖν μὴ ἀντιλέγειν τῷ ἐπισκόπῳ, ἵνα ὦμεν Θεῷ ὑποτασσόμενοι, *curemus igitur diligentiùs, ne Episcopo resistamus, ut Deo subjecti simus.* p. 20.

§. 15. *Septimò.* Καὶ ὅσῳ βλέπει τις σιγῶντα ἐπίσκοπον, πλείονος αὐτὸν φοβείσθω· πάντα γὰρ ὃν πέμπει οἰκοδεσπότης εἰς ἰδίαν οἰκονομίαν, οὕτως δεῖ ἡμᾶς αὐτὸν δέχεσθαι, ὡς αὐτὸν τὸν πέμψαντα, τὸν ἔν ἐπίσκοπον δῆλον ὅτι εἰς αὐτὸν τὸν Κύριον δεῖ προσβλέπειν, *Quantò magis quisquam Episcopum tacentem videt, tanto magis eum revereatur. Omnem enim quem Paterfamilias in domus suæ administrationem mittit, nos ita recipere decet, ut ipsum qui eum misit.* Unde patet *Episcopum Christi œconomum*, *clavibus* quippe munitum, sicut ipsum *Dominum*, *recipiendum esse.*

§. 16. *Octavò.* Eos iterum monet ὑπακούειν τῷ ἐπισκόπῳ καὶ τῷ πρεσβυτερίῳ ἀπροσκόπτῳ διανοίᾳ, *Episcopo & Presbyterio mente indivisâ obediendum esse.* p. 29.

§. 17. In *Epistolâ* ad *Magnesios*, statim ab initio, rem sic aggreditur,

greditur, Ἐπεὶ οὖν ἠξιώθην ἐγὼ ὑμᾶς διὰ Δάμιν τὸν ἀξιοθεὸν ὑμῶν ἐπισκοπον, καὶ πρεσβυτέρους ἀξίους Βάσσον καὶ Ἀπολλώνιον, καὶ τὸν σύνδουλόν μου διάκονον Σωτίωνα, ἐφ' ᾧ ἐγὼ ἐνάμιλλον, ὅτι ὑποτάσσεσθε τῷ ἐπισκόπῳ, ὡς χάριτι Θεοῦ, καὶ τῷ πρεσβυτερίῳ, ὡς νόμῳ Ἰησοῦ Χριστοῦ, *Cum ego dignitatem istam adeptus essem, ut viderem vos per Damam Deo dignum Episcopum vestrum, & dignos Presbyteros Bassum & Apollonium, & diaconum conservum meum Sotionem, Quo ego fruar* (optimè scilicet illi ominatus) *quod Episcopo ut gratiæ Dei* (dono à *Deo Ecclesiæ* indulto) *obtemperet, & Presbyterio, ut legi Jesu Christi.*

§. 18. *Secundò*, eos statim monendos duxit, Καὶ ὑμῖν δὲ πρέπει μὴ συγχεῖσθαι τῇ ἡλικίᾳ (legunt alii καταχεῖσθαι, alii καταφρονεῖν τῆς ἡλικίας) τοῦ ἐπισκόπου, ἀλλὰ κατὰ δύναμιν Θεοῦ Πατρὸς πᾶσαν ἐντροπὴν αὐτοῦ ἀπονέμειν, καθὼς ἔγνων καὶ τὸν ἁγιώτατον πρεσβύτερον, τὸν συνήλικόν μου καὶ φανομένην κατὰ θεοσέβειαν τάξιν (vel τὸν δὲ φανομένην ἀφορῶντας τάξιν) ἀλλ' ὡς φρονίμους ἐν Θεῷ συγχωροῦντας αὐτῷ, οὐκ αὐτῷ δὲ ἀλλὰ τῷ πατρὶ Ἰησοῦ Χριστοῦ, τῷ πάντων ἐπισκόπῳ. Εἰς τιμὴν οὖν ἐκείνου τοῦ διὰ πάντα ἡμᾶς (potius ὑμᾶς) θάνατον ὄντα, ἀπαύστῳ κατὰ μηδεμίαν ὑπόκρισιν, ἐπεὶ οὐκ ὄπτι τὸν ἐπίσκοπον τοῦτον τὸν βλεπόμενον πλανᾶσθαι τινα, ἀλλὰ τὸν ἀόρατον θεραπεύειν, *Sed & vos decet non* (*aut familiariter* nimium *uti*, aut *abuti*, aut) *contemnere ætatem Episcopi, sed secundum potestatem Dei Patris* (*authoritatem* nempe ei à *Deo* traditam) *omnem reverentiam ei tribuere* (*sicut & sanctos Presbyteros facere novi*) *non præoccupato animo respicientes ad juvenilem ordinationem* (*vel, non respicientes ad juventutem ejus apparentem*) *sed cedentes ipsi, ut* in *Deo* prudentes decet, *nec tam ipsi, quàm Deo Patri Jesu Christi omnium Episcopo: Ad honorem igitur illius qui sic voluit* (*Dei* nempe jubentis) *decet vos sine omni hypocrisi obedire, quoniam non hunc visibilem Episcopum decipit quisquam, sed invisibilem fallere molitur.*

p. 32. §. 19. *Tertiò.* Πρέπον οὖν ἐστὶ μὴ μόνον καλεῖσθαι Χριστιανὸς, ἀλλὰ καὶ εἶναι, ὥσπερ καί τινες ἐπίσκοπον μὲν καλοῦσιν, χωρὶς δὲ αὐτοῦ πάντα πράττουσιν, οἱ τοιοῦτοι δὲ οὐκ εὐσυνείδητόν μοι εἶναι φαίνονται, διὰ τὸ μὴ βεβαίως κατ' ἔννοιαν συνάγεσθαι, *Decet igitur non solùm nuncupari, sed & esse Christianos, sicut quidam Episcopum quidem nuncupant* (seu verbis agnoscunt) *sine eo tamen omnia faciunt. Hi quidem mihi bonâ conscientiâ præditi non videntur, cùm stabiliter secundum præceptum non congregentur*, i. e. cùm conventus eorum omnes non sint firmi & rati, *cùm non fiant ex arbitrio Episcopi, juxta illud quod à Christo institutum est.*

§. 20.

§. 20. *Quintò* sic monens pergit, ἐν ὁμονοίᾳ Θεοῦ σπεύδετε πάντα πράσσειν, προκαθημένου τοῦ ἐπισκόπου εἰς τόπον Θεοῦ, καὶ τῶν πρεσβυτέρων εἰς τόπον συνεδρίου τῶν Ἀποστόλων, καὶ τῶν διακόνων μοι ἐμπιστῶν διακονίαν Ἰησοῦ Χριστοῦ, *In concordiâ Dei studete omnia facere Episcopo in locum Dei præsidente, et Presbyteris in locum Senatus Apostolorum, et Diaconis ministrationem Jesu Christi sibi concreditam habentibus.* p. 33.

§. 21. *Quintò*, post paucula, ἑνοῦσθε τῷ ἐπισκόπῳ &c. *Uniamini Episcopo, ὥσπερ ἦν ὁ Κύριος ἄνευ τοῦ Πατρὸς ἑνὸν ἐποίησεν ἑαυτὸν ἢ δι' ἑαυτοῦ, ἢτε δι' Ἀποστόλων, οὕτως μηδὲ ὑμᾶς ἄνευ τοῦ ἐπισκόπου καὶ τῶν πρεσβυτέρων μηδὲν πρασσέτω, μηδὲ πειθέσθω ἔυλογόν τι φαινόμενον ἰδίᾳ ὑμῖν, ἀλλ' ἓν τὸ αὐτὸ μία προσευχὴ &c. Sicut igitur Dominus sine Patre nihil fecit nec per se, nec per Apostolos, cùm illis unitus esset, sic nec vos sine Episcopo & Presbyteris quicquam faciat. Nec operam detis, ut aliquid vobis seorsim rationabile videatur, sed in unum convenientibus sit oratio una, &c.*

§. 22. *Sextò*, (post mentionem ἀξιοπρεπεστάτου ἐπισκόπου ὑμῶν καὶ ἀξιοπλόκου πνευματικοῦ στεφάνου τῶν πρεσβυτερίου ὑμῶν καὶ τῶν κατὰ Θεὸν διακόνων, *Episcopi vestri dignissimi & dignè complexæ spiritualis coronæ Presbyterii vestri, & Diaconorum qui sunt secundum Deum*) iterum præcipit, Ὑποτάσσητε τῷ ἐπισκόπῳ, καὶ ἀλλήλοις, ὡς Ἰησοῦς Χριστὸς τῷ Πατρὶ κατὰ σάρκα, καὶ οἱ Ἀπόστολοι τῷ Χριστῷ, καὶ τῷ Πατρὶ, καὶ τῷ Πνεύματι, ἵνα ἕνωσις ᾖ, &c. *Subjicimini Episcopo & vobis invicem* (i. e. *Diaconi Presbyteris*, & alii inferiores superioribus omnibus) *ut Jesus Christus Patri secundum carnem, & Apostoli Christo, & Patri, & Spiritui, ut sit unio, &c.* p. 37.

§. 23. *Septimò*, Denique, ἀσπάζονται ὑμᾶς Ἔφεσοι ἀπὸ Σμύρνης ἅμα Πολυκάρπῳ ἐπισκόπῳ Σμυρναίων, *Salutant vos Ephesii de Smyrnâ*, (*Smyrnenses* crediderim, qui licet sub suo *Episcopo* erant, eoque *metropolitano*, (ut * postea monstrabitur) tamen ad *Ephesinam Ecclesiam*, ut ad præcipuam *Asiæ Metropolim* simul pertinebant) *unâ cum Polycarpo Episcopo Smyrnensium.* p. 38. * *Dissert:* IV. c. 5.

§. 24. In *Epistolâ* ad *Philadelphenses*, hæc *primò* ipsi inscriptioni inserta sunt, ἐν ᾧ ἀσπάζομαι ἐν ἀίματι Χριστοῦ, μάλιστα ἐὰν ἐν ἑνὶ ὦσιν σὺν τῷ ἐπισκόπῳ καὶ τοῖς σὺν αὐτῷ πρεσβυτέροις, καὶ διακόνοις, ἀποδεδεγμένοις ἐν γνώμῃ Ἰησοῦ Χριστοῦ, *Se illos salutare in sanguine Jesu Christi, præsertim si in uno sint cum Episcopo & Presbyteris, qui cum eo sunt, & Diaconis per sententiam Jesu Christi designatis.* p. 41.

§. 25. *Secundò*, in *Epistolæ* initio, *Episcopi* ipsorum mentione factâ, pergit sic pronuntiare, Ὅτι ἑνὶ Θεοῦ ἐστὲ καὶ Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὅτι μὴ

τῦ ἐπισκόπυ ἐσὶν, *Quotquot Dei & Christi sunt, ii sunt cum Episcopo.*

p.41. §.26. *Tertiò*, Ἓν θυσιαστήριον ὡς εἷς ὁλοσκοπος, ἕνα τῷ πρεσβυτερίῳ καὶ διακόνοις, -- ἵνα ὃ ἐὰν ποιῆτε, κατὰ θεὸν ποιῆτε, *Unum Altarium sicut unus Episcopus, simul cum Presbyterio & Diaconis, ut quicquid facitis, secundum Deum faciatis.*

p.43. §.27. *Quartò*, Τῷ ἐπισκόπῳ προσέχετε καὶ τῷ πρεσβυτερίῳ καὶ διακόνοις, *Episcopo attendite, & Presbyterio, & Diaconis.*

§.28. Et statim *quintò*, Τὸ δὲ πνεῦμα ἐκήρυσσεν λέγων (vel λέγον) τάδε, Χωρὶς τῦ ἐπισκόπυ μηδὲν ποιεῖτε, *Spiritus verò prædicavit, dicens hæc, Sine Episcopo nihil facite.*

§.29. *Sextò*, de *Hæreticorum & seductorum* pœnitentiâ loquens, Πᾶσιν, inquit, μετανοῦσιν ἀρίει ὁ Κύριος, ἐὰν μετανόησωσιν εἰς ἑνότητα θεῦ, καὶ συνέδριον τῦ ἐπισκόπυ, *Omnibus pœnitentibus ignoscit Dominus, si per pœnitentiam revertantur ad unitatem Dei, & senatum Episcopi.*

p.45. §.30. *Septimò*, de *Legatis Ecclesiarum*, ad pacem *Antiochenæ Ecclesiæ* redditam congratulandam missis, institutâ oratione, Αἱ ἔγγιαι, inquit, ἐκκλησίαι ἔπεμψαν ἐπισκόπυς, οἱ δὲ πρεσβύτερυς, καὶ διακόνυς, *Propinquæ Ecclesiæ aliæ Episcopos, aliæ Presbyteros & Diaconos miserunt.*

§.31. In *Epistolâ ad Tralleſios* reperitur *primò*, *Episcopi ipsorum nomen*, Πολύβιος ἐπίσκοπος ὑμῶν, *Polybius Episcopus vester,*

*p.48. *(ὃ, inquit, ἐστὶ τὸ κατάστημα, *cujus ipsa compositio*, reddit vetus interpres, potius *ipse habitus*, aut κατασολὴ, I. *Tim.* II. 9. μεγάλη μαθήλεια, *magna disciplinatio est*.)

§.32. *Secundò*, interea, quibus se *Dei imitatores monstrant*, illud memorat, Ὅτ' ἂν τῷ ἐπισκόπῳ ὑποτάσσησθε, ὡς Ἰησῦ Χριςῷ, *cùm Episcopo subjecti estis, ut Jesu Christo.*

p.48. §.33. *Tertiò*, Ἀναγκαῖόν ἐστιν ἀνεν ἐπισκόπυ μηδὲν πράσσειν ὑμᾶς, ἀλλ' ὑποτάσσεσθε, καὶ τῷ πρεσβυτερίῳ ὡς τοῖς Ἀποσόλοις Ἰησῦ Χριςῦ, *Necessarium est, sine Episcopo nihil vos facere, sed ei subjici, & Presbyterio, ut Apostolis Jesu Christi.*

§.34. *Quartò* de *Diaconis* ait, δεῖ δὲ τοὺς διακόνυς κατὰ πάντα τρόπον πᾶσιν ἀρέσκειν, ὡ γὰρ βρωμάτων καὶ ποτῶν εἰσὶ διάκονοι, ἀλλ' ἐκκλησίας θεῦ ὑπηρέται, *Oportet verò Diaconos omnimodo omnibus placere, non enim ciborum aut potuum administratores sunt, sed ministri Ecclesiæ Christi.*

§.35. *Quintò*, Πάντες ἐντραπῶμεν τοὺς διακόνυς (non, ὡς Ἰησῦ Χριςὸν, sed) ὡς Ἰησῦ Χριςῦ, ὡς καὶ τὸν ἐπίσκοπον (inserenda sunt ex veteri

Latino

Latino Interprete, ὡς Ἰησοῦν Χριστὸν) ὅλα μὲν τῷ Πατρὶ, τοὺς δὲ πρεσβυτέρους, ὡς συνέδριον Θεοῦ, καὶ ὡς συνταγμὰν Ἀποστόλων, χωρὶς τούτων ἐκκλησία οὐκ ἔστιν), *Omnes revereantur Diaconos ut Jesu Christi (ministros,) ut & Episcopum ut Jesum Christum Patris filium* (ni, cum aliis, τύπον *imaginem*, legere malueris) *existentem, Presbyteros ut Synedrium Dei, & ut conjunctionem Apostolorum, sine his Ecclesia non vocatur.*

§. 36. *Sextò*, A seductorum venenis eos sibi cavere monens, p. 50.
Τοῦτο, inquit, ἔσται ὑμῖν μὴ φυσιωμένοις, καὶ ὄντα ἀχωρίστους Θεοῦ, Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ τοῦ ἐπισκόπου, καὶ τῶν διαταγμάτων τῶν Ἀποστόλων. Ὁ ἐντὸς θυσιαστηρίου ὢν, καθαρός ἐστιν. Τοῦτ' ἔστιν, ὁ χωρὶς ἐπισκόπου καὶ πρεσβυτερίου καὶ διακόνου πεφραγμένων τι, οὗτος οὐ καθαρός ἐστι τῇ συνειδήσει, *Hoc erit, si non inflemini, nec à Deo, à Jesu Christo, & ab Episcopo, & ordinationibus Apostolorum separabiles sitis. Qui intra altarium est, purus est*, i. e. *qui sine Episcopo & Presbyterio & Diacono quicquam facit, hic purus non est conscientiâ.*

§. 37. *Septimò*, cùm eos ad perseverandum in concordiâ καὶ τῇ μετ' ἀλλήλων προσευχῇ hortatus esset, πρέπει, inquit, ὑμῖν τοῖς καθ' ἕνα, ἐξαιρέτως καὶ τοῖς πρεσβύτεροις, ἀναψύχειν τὸν ἐπίσκοπον, εἰς τιμὴν Πατρὸς Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ τῶν Ἀποστόλων, *Decet vos singulos, præcipuè & Presbyteros, refocillare Episcopum ad honorem Patris Jesu Christi, & Apostolorum.* p. 53.

§. 38. *Octavò*, Denique, Ἔρρωσθε ἐν Ἰησοῦ Χριστῷ, ὑποτασσόμενοι τῷ ἐπισκόπῳ, ὡς τῇ ἐντολῇ, ὁμοίως καὶ τῷ πρεσβυτερίῳ, *Valete in Jesu Christo, subjecti Episcopo ut Dei mandato, similiter & Presbyterio.*

§. 39. In *Epistolâ ad Romanos* de *Episcopis*, aut *Prebyteris* nihil occurrit (ni id fortassis ad hanc rem pertineat, quod in inscriptione *Ecclesia* ista definiatur, Ἐκκλησία ἥτις προκάθηται ἐν τόπῳ χωρίου Ῥωμαίων, *Ecclesia quæ præsidet in loco regionis Romanorum*) nec cuivis certè auctiori testimoniorum cumulo opus est, ut de *Apostolicâ* praxi, aut primitivo *Episcoporum* statu sententia feratur.

Cap. XXVI.

Doctrinæ Ignatii de Episcopis, Presbyteris, & Diaconis Capita sex.

§. 1. EX his testimoniis satis patet, hanc *Ignatii* sententiam fuisse. *Primò* scilicet, *Episcopum singularem, Presbyterium* (seu *Presbyterorum senatum*) *& Diaconos, tres distinctos in Ec-*

cleſiâ gradus aut *Ordines fuiſſe*. Videatur ad *Smyrnenſes* primum, 2dum, ad *Polycarpum* primum, 2dum, 3tium, 4tum, 5tum, ad *Epheſios* primum, 2dum, 3tium, 5tum, 6tum, 7um, 8vum, ad *Magneſios* primum, 2dum, 3tium, 4rum, 5tum, 6tum, 7um, ad *Philadelphicos* primum, 2dum, 3tium, 6tum, ad *Tralleſios* primum, 3tium, 5tum, 6tum, 7um, & 8vum *teſtimonium*.

§. 2. *Secundò, Epiſcopos hos ſingulares per omnes mundi plagas, ubicunque Chriſtiana fides viguit, Chriſto ſi non præcipiente, ſaltem approbante, inſtitutos eſſe*; Videatur ad *Epheſios* quartum teſtimonium.

§. 3. *Tertiò, Epiſcopis ſingularibus honorem, & ſubjectionem, ſeu obedientiam, ὑποταγὴν, ab omnibus in Eccleſiâ conſiſtentibus*, etiam à *Presbyteriis debitam eſſe, pari modo, quo aut Deo Patri à Chriſto, aut Chriſto ab Apoſtolis, aut Apoſtolis à reliquis præſtabatur*, Videatur ad *Smyrnenſes* primum, ad *Polycarpum* quartum, ad *Epheſios* tertium, 4um, 5um, 6um, 7um, 8um, ad *Magneſios* primum, 2um, 4um, 6um, ad *Philadelphicos* quartum, ad *Tralleſios* ſecundum, 5um, & octavum teſtimonium.

§. 4. *Quartò, Unionem cum Epiſcopo adeò ab omnibus Eccleſiæ membris ſervandam fuiſſe, ut quiſquis ab Epiſcopo divelleretur, ab Eccleſiâ ipſâ abſciſſus cenſendus eſſet*; Videatur ad *Epheſios* ſextum, ad *Magneſios* quartum, 5um, 6um, ad *Philadelphicos*, primum, 2um, 3um, 6um, ad *Tralleſios* quintum & ſextum teſtimonium.

§. 5. *Quintò, Sine licentiâ Epiſcopi nihil uſpiam in Eccleſiâ fieri oportuiſſe*; Videatur ad *Smyrnenſes* primum, ad *Polycarpum* ſecundum, 3um, ad *Magneſios* tertium, 4um, 5um, ad *Philadelphenſes* quintum, ad *Tralleſios* tertium & ſextum teſtimonium.

§. 6. *Sextò, Poſt Epiſcopum Presbyteris etiam & Diaconis honorem & obedientiam debitam eſſe*; Videatur ad *Smyrnenſes* primum, 2um, ad *Polycarpum* quartum, ad *Epheſios* tertium, 8um, ad *Magneſios* primum, 4um, 5um, ad *Philadelphicos* quartum, ad *Tralleſios* tertium, 5um, 6um, & octavum teſtimonium.

Cap. XXVII.

Hieronymi testimonia à Presbyteranis producta. Comparatio Ignatii cum Hieronymo, respectu seculorum, quibus vixerunt.

§. 1. His omnibus testimoniis ex *Sancto Ignatio, Apostolico Episcopo*, & *Martyre* sic productis, Postulat instituti nostri ratio, ut ex alterâ parte *Sancti Hieronymi Presbyteri* à *D. Blondello* congesta loca, seu, ut ille ovans loquitur, *de primitiva Episcopi & Presbyteri ἰσοτιμίᾳ, seu verius ταυτονομίᾳ assertio ejus plenissima*, suas jam vices obeant, ut ex hâc quâcunque comparatione, res omnis æstimetur.

§. 2. In commentario in *Epistolam* ad *Titum Anno* 387. edito, sic *Hieronymus* præfatur, *Audiant Episcopi qui habent constituendi per urbes singulas Presbyteros potestatem, sub quali lege Ecclesiastica constitutionis ordo teneatur; nec putent Apostoli verba esse sed Christi, qui ad discipulos ait, Qui vos spernit, me spernit, Qui autem me spernit, spernit eum qui me misit, Sic & qui vos audit me audit, & qui me audit, audit eum qui me misit; Ex quo manifestum est eos, qui Apostoli lege contemptâ, Ecclesiasticum gradum non merito voluerint alicui deferre sed gratiâ, contra Christum facere; qui qualis in Ecclesiâ Presbyter constituendus sit, per Apostolum suum in sequentibus executus est.*

§. 3. Mox *secundò* addit, *Diligenter Apostoli verba attendamus, dicentis, Ut constituas per civitates Presbyteros, sicut ego tibi disposui, Qui qualis Presbyter debeat ordinari in consequentibus disserens, hoc ait, Si quis est sine crimine, unius uxoris vir &c. postea intulit, Oportet enim Episcopum sine crimine esse, tanquam Dei dispensatorem; Idem est ergo Presbyter, qui & Episcopus; & antequam Diaboli instinctu, studia in religione fierent, & diceretur in populis, Ego sum Pauli, ego Apollo, ego autem Cephæ, communi presbyterorum consilio Ecclesiæ gubernabantur. Postquam verò unusquisque eos quos baptizaverat, suos putavit esse, non Christi, in toto orbe decretum est, ut unus de Presbyteris electus superponeretur cæteris, ad quem omnis Ecclesiæ cura pertineret, & schismatum semina tollerentur. Putet aliquis non scripturarum, sed nostram esse sententiam, Episcopum & Presbyterum unum esse, et aliud ætatis, aliud esse nomen officii, relegat Apostoli ad Philippenses verba, dicentis, Paulus et Timotheus servi Jesu Christi, omnibus sanctis in Christo Jesu, qui*

qui sunt Philippis cum Episcopis et Diaconis, gratia vobis et pax, et reliqua. Philippi una est urbs Macedoniæ, et certè in unâ civitate plures (ut nuncupantur) Episcopi esse non poterant; Sed quia eosdem Episcopos illo tempore, quos et Presbyteros appellarent, propterea indifferenter de Episcopis quasi de Presbyteris est locutus. Adhuc hoc alicui videtur ambiguum, nisi altero testimonio comprobetur. In Actibus Apostolorum scriptum est, quod cum venisset Apostolus Miletum, miserit Ephesum, & vocaverit presbyteros Ecclesiæ ejusdem, quibus postea inter cætera sit locutus, Attendite vobis & omni gregi, in quo vos Spiritus sanctus posuit Episcopos, pascere Ecclesiam Domini, quam acquisivit per sanguinem suum. Et hoc diligentiùs observate, quomodo unius civitatis Ephesi presbyteros vocans, postea eosdem Episcopos dixerit. Si quis vult recipere eam Epistolam, quæ sub nomine Pauli ad Hebræos scripta est, & ibi inter plures æqualiter Ecclesiæ cura dividitur, siquidem ad plebem scribit, Parete principibus vestris & subjecti estote; ipsi enim sunt qui vigilant pro animabus vestris, quasi rationem reddentes, ne suspirantes hoc faciant, siquidem hoc inutile vobis est. Et Petrus, qui ex fidei firmitate nomen accepit, in Epistolâ suâ loquitur dicens, Presbyteros ergo in vobis obsecro, compresbyter & testis Christi passionum, qui & ejus gloriæ, quæ in futuro revelanda est, socius sum: pascite eum qui in vobis est, gregem Domini, non quasi cum necessitate, sed voluntariè. Hæc propterea, ut ostenderemus, apud veteres eosdem fuisse Presbyteros, quos & Episcopos, paulatim verò (ut dissensionum plantaria evellerentur) ad unum omnem sollicitudinem esse delatam. Sicut ergo Presbyteri sciunt se ex Ecclesiæ consuetudine, ei qui sibi præpositus fuerit, esse subjectos, ita Episcopi noverint se magis consuetudine, quàm Dispositionis Dominicæ veritate Presbyteris esse majores, & in commune debere Ecclesiam regere, imitantes Moysen, qui cum haberet solus præesse populo Israël, septuaginta elegit, cum quibus populum judicaret. Videamus igitur qualis Presbyter sive Episcopus Ordinandus sit.

§. 4. *Tertiò.* In *Epistolâ* ad *Oceanum Presbyterum.* In utraque Epistolâ [I. *Tim.* III. & *Tit.* I.] sive Episcopi, sive Presbyteri (quanquam apud veteres iidem Episcopi atque Presbyteri fuerint) quia illud nomen dignitatis est, hoc ætatis, jubentur Monogami in Clerum eligi.

§. 5. *Quartò.* In *Epistolâ* ad *Evagrium* sic dicit, Legimus in

Isaiâ

Isaiâ Fatuus fatua loquetur. Audio quendam in tantam erupisse vecordiam, ut Diaconos Presbyteris, i.e. *Episcopis anteferret. Nam cum Apostolus perspicuè doceat, eosdem esse Presbyteros quos & Episcopos, quis patiatur Mensarum & viduarum minister ut supra eos se tumidus efferret, ad quorum preces Christi corpus sanguisque conficitur? Quaris authoritatem? audi testimonium, Paulus & Timotheus servi Christi Jesu omnibus sanctis in Christo Jesu, qui sunt Philippis, cum Episcopis & Diaconis. Vis & aliud exemplum? In Actibus Apostolorum, ad unius Ecclesiæ sacerdotes ita Paulus loquitur, Attendite vobis, & cuncto gregi, in quo vos Spiritus sanctus posuit Episcopos, ut regeretis Ecclesiam Domini, quam acquisivit sanguine suo. Ac ne quis contentiosè in unâ Ecclesiâ plures Episcopos fuisse contendat, audi & aliud testimonium, in quo manifestissimè comprobatur eundum esse Episcopum atque Presbyterum, Propter hoc reliqui te Cretæ, ut ea quæ deerant corrigeres, & constitueres Presbyteros per Civitates, sicut & ego tibi mandavi. Siquis est sine crimine, unius uxoris vir, filios habens fideles, non in accusatione luxuriæ, aut non subditos, Oportet enim Episcopum sine crimine esse, quasi Dei Dispensatorem. Et ad Timotheum, Noli negligere gratiam, quæ in te est, quæ tibi data est, prophetiæ, per impositionem manuum Presbyterii. Sed & Petrus in Prima Epist: Presbyteros,* inquit, *in vobis precor compresbyter, & testis passionum Christi, & futuræ gloriæ, qua revelanda est, particeps, regere gregem Christi, & inspicere, non ex necessitate, sed voluntariè juxta Deum; quod quidem græcè significantius dicitur,* ἐπισκοπεῖτε, i.e. *Superintendentes, unde & nomen Episcopi tractum est. Parva tibi videntur tantorum virorum testimonia? Clangat tuba Evangelica, filius tonitrui, quem Jesus amavit plurimùm, qui de pectore Salvatoris doctrinarum fluenta potavit. Presbyter, Electæ Dominæ & filiis ejus, quos ego diligo in veritate; & in aliâ Epistolâ, Presbyter Gaio charissimo, quem ego diligo in veritate. Quod autem postea unus electus est, qui cæteris præponeretur, in schismatis remedium factum est, ne unusquisque ad se trahens Christi Ecclesiam rumperet, Nam & Alexandriæ à Marco Evangelistâ usque ad Heraclam & Dionysium Episcopos, Presbyteri semper unum ex se electum, in excelsiori gradu collocatum, Episcopum nominabant; quomodo si exercitus imperatorem faciat, aut Diaconi eligant de se quem industrium noverint, & Archidiaconum vocent. Quid enim facit exceptâ or-*

dinatione Episcopus, quod Presbyter non facit? Nec altera Romanæ urbis Ecclesia, altera totius orbis æstimanda est. Et Gallia, & Britannia, & Africa, & Persis, & Oriens, & India, & omnes barbaræ nationes unum Christum adorant, unam observant regulam veritatis. Si auctoritas quæratur, Orbis major est urbe, ubicunque fuerit Episcopus, sive Roma, sive Eugubii, sive Constantinopoli, sive Rhegii, sive Alexandriæ, sive Tanis, ejusdem meriti, ejusdem & Sacerdotii, potentia divitiarum, & paupertatis humilitas, vel sublimiorem, vel inferiorem Episcopum non facit, cæterum omnes Apostolorum successores sunt, &c.

§. 6. *Quintò*, Ibidem post lineas quatuordecem. *Presbyter & Episcopus aliud ætatis, aliud dignitatis est nomen; unde & ad Titum & ad Timotheum de ordinatione Episcopi & Diaconi dicitur, de Presbyteris omnino reticetur; quia in Episcopo & Presbyter continetur. Qui provehitur, à minori ad majus provehitur. Aut igitur ex Presbytero ordinetur Diaconus, ut Presbyter minor Diacono comprobetur, in quem crescat ex parvo; aut si ex Diacono ordinatur Presbyter, noverit se lucris minorem, Sacerdotio esse majorem. Et ut sciamus traditiones Apostolicas sumptas de veteri Testamento, Quod Aaron & filii ejus atque Levitæ in templo fuerunt, hoc sibi Episcopi & Presbyteri atque Diaconi vendicent in Ecclesiâ.*

§. 7. Ista igitur ex utrâque parte sic propositâ suffragia aut testimonia, reliquum est, ut ad æquos nunc arbitros & censores deducantur, & ex iis comparatione rectè institutâ, controversia omnis definiatur.

§. 8. Et inprimis, si istis suppetiis opus sit, ipsa testium (satis quidem dissitorum) quibus vixere, *sæcula* (quæ certè cordato cuivis in ferendis de *Apostolicâ* aut *primitivâ* praxi testimoniis, utramque paginam implere digna censebuntur) conferri possunt. Et sic *Ignatius*, licet affirmante † *Chrysostomo*, *Christum* post resurrectionem non viderit, ab **Hieronymo* tamen (qui [αὐλὸν δισὰ] in *Epistolâ* ad *Smyrnenses* non ita rectè reddidit, *Illum vidi*) *vidisse* affirmatur; & sine dubio eo sæculo vixit, quo *Christus* cum *Apostolis* terras visebat, & sub *Trajano Martyrio* defunctus, *Joannis Apostoli*, eodem etiam imperante, denati, coætaneus, aut συγχρονος dicendus erit: Cum *Sanctus Hieronymus* post tres aut quatuor *Centurias*, non ante *Annum Christi* 342. natus, ante annum 420. fatente *D. Blondello*, denatus, longè subsidat, nec ex isto ævorum intersitio aut distantiâ (quibuscunque eum perspicillis

† ὐδὲ ἑωρακότα αὐτὸν, οὐδὲ συνολεσωκότα αὐτῷ τὰ Συρίας. T. 1. p. 503.

* Catal: Script:

cillis usum putabimus) clariorem rerum gestarum repræsentationem, aut, quæ ἀνθυφαίρεσιν superaret, cognitionem obtinuisse putandus sit.

Cap. XXVIII.

Ex Hieronymi testimoniis superioritas Episcoporum satis comprobata. Inter traditiones Apostolicas ab eo numerata. Quid in hac re Blondellus, Salmasius, Capellus.

§. 1. Secundò, de his ipsis *Hieronymi* testimoniis sic inter se collatis, ut omnis in iis (quam sedulò caveri voluit *D. Blondellus*) ἀναχρονισμὸν, vel ἀναπιστορήτων evitetur, Illud necessariò affirmandum erit, *Superioritatem Episcoporum* super *Presbyteros* inter *Apostolicas traditiones* ab *Hieronymo* numerari. Verba clarissima sunt in quinto vel ultimo testimonio ex *Epistolâ* ad *Evagrium* producto, [*Ut sciamus traditiones Apostolicas sumptas de veteri Testamento, Quod Aaron & filii ejus atque Levitæ in Templo fuerunt, hoc sibi Episcopi, Presbyteri, & Diaconi vendicent in Ecclesiâ*] Scimus omnes *Aaronem* singularem & summum *Pontificem* fuisse, filiis ejus non *summum*, sed inferioris gradus *Sacerdotium* competiisse, idemque, *Hieronymo* judice, inter *Episcopum* & *Presbyteros* in *Ecclesiâ Christianâ*, quod sub *veteri Testamento* inter *Aaronem* & *filios, discrimen* positum esse, idque sic ipsis *Apostolis tradentibus*. Nihil manifestius dici potuit. Ideóque, si ἀναχρονισμὸν *Hieronymi* testimonia censenda non sunt, pro certo statuendum est, nihil ad asserendam sub *Apostolorum ævo*, aut ex *Apostolorum* instituto, *Episcopi* & *Presbyterorum* ἀνωτερίαν ab *Hieronymo* in aliis testimoniis dictum esse.

§. 2. Quid ad hoc responderi possit, aut quo σοφῷ φαρμάκῳ artificio deliniri aut deludi tam diserta affirmatio, fateor ego me divinando assequi non posse, sed è contra ex iis, quæ *D. Blondellus*, quæ *Walo*, quæ *Ludovicus Capellus* hâc in re præstiterunt, mihi persuasissimum esse, Nihil uspiam contra tam apertam lucem obtendi posse.

§. 3. *D. Blondellum* satis novimus, *Hieronymi* verba & sententiam, suis, quatenus fieri potuit, observationibus elucidanda, & ad *Presbyteranorum* causam stabiliendam accommodanda diligenter curasse: Quid verò ille, cum ad hanc extremam *Epistolæ Hieronymianæ* partem divenerit? Consulantur ipsius verba in fine primæ *sectionis*: *Extremam*, inquit, *Hieronymianæ Epistolæ* *Apol:* p. 8.

ſtolæ partem, in quâ de minoris ad majus provectione, Apoſtolicis traditionibus, Aaronis, filiorum, & Levitarum diſparitate agitur, ſuo, Deo dante, loco elucidabimus. Ego, nequid diſſimulem, qui *D. Blondellum Apologiam* pro *Divo Hieronymo* ſcripſiſſe
p. 1. meminerim, & *ne quid* in teſtimoniis ejus *ἀνοίκειον imprudentibus videretur*, ſibi proſpiciendum ſuſcepiſſe, ſimúlque mecum ſtatuerim, hoc de *Apoſtolicis traditionibus, & Aaronis, & filiorum* (& Exinde *Epiſcopi & Presbyterorum*) *diſparitate* teſtimonium, cum reliquorum *Hieronymi* locorum interpretatione *Blondellianâ* componi aut conciliari ægrè potuiſſe, non alium opportuniorem, magiſve proprium, aut *ſuum* hanc periodum elucidandi *locum* exiſtimavi, quàm hunc ipſum, quo ſe nihil hâc de re dicturum profitetur. At quis demum erit iſte *ſuus locus*, quo oculos & expectationem noſtros ſatiandos polliceremur? In margine illud nos latere noluit, *Infrà*, inquit, *Sect. 6.* At, ne lectorem diutius moremur, Integra *Apologia* (volumen certè non exiguum) *tribus Sectionibus* abſolvitur, nec (in quantum aut ex propoſitâ methodo, aut ipſius libri concluſione ariolari poſſumus) ulla jam nobis ſpes ſupereſt, ad quartam, multominus ad *ſextam ſectionem* concinnandam *D. Blondello* animum ſubeſſe.

§. 4. Quid verò ante eum *Walo*, cùm in hunc *Hieronymi* locum & ille impingeret? *De his*, inquit, *plura & meliora expectamus à Salmaſio, ut ea explicaſſe dicitur in ſuo de Eccleſiaſtico ordine tractatu.* Expectamus etiam & nos novennio jam integro, nec adhuc nobis certò conſtat, ad quas demum, ſi non ad *Græcas Calendas*, ea nobis explicanda ſunt.

§. 5. Prudentiùs itaque & conſultiùs tandem *Lud. Capellus*, qui cùm ſententiam ex *Blondello* & *Salmaſio Hieronymianam* deſcriberet, ipſiúſque *Hieronymi* verba apponeret, hanc tamen unicam periodum omittendam putavit.

Cap. XXIX.

Quindecim alia Hieronymi pro superioritate Episcoporum temporibus Apostolorum Testimonia. Salmasii ipsius confessio. Commoda Hieronymi interpretatio. Ecclesiæ constitutio. Dominica dispositio. I. Cor. II. 12. *Pauli* γνώμη. *Apostolorum primus regendæ Ecclesiæ modus. Comune Presbyterorum concilium. Salmasii* ἀβλεψία. *Identitas tantùm nominalis ab Hieronymo adserta. S. Marci ævo Episcopi nomine & re ab Hieronymo aguiti. Summa comparationis inter Ignatium & Hieronymum.*

§. 1. TErtiò igitur (ut nos (licet *Apologiam* pro *Hieronymo* novam non instituimus, tamen) ad eum cum seipso aliisq; post *Ignatium* nostrum *Patribus* conciliandum, quàm committendum paratiores nos præbeamus, nec tanti *Patris* inconstantiam vellicare, sed sententiam vindicare & defendere aggrediamur) Alia etiam apud *Divum Hieronymum* non pauca notanda erunt, quæ cum hoc ejus testimonio composita pulcherrimè consentiant, & ad sententiam ejus genuinam investigandam, & enodandam conducere inprimis putanda sunt.

§. 2. *Ad Nepotianum Ep.* 2. sic ait. *Esto subjectus Pontificitui, & quasi animæ parentem suscipe, Quod Aaron & filios ejus, hoc Episcopum & Presbyteros esse noverimus.*

§. 3. *Secundò.* In *Ep.* 54. hoc inter *Catholicos* & *Montanistas* discrimen ponit; *Apud nos, Apostolorũ locũ Episcopi tenent* (*Episcopi* sine dubio Quales ipsius ævo in *Ecclesiâ* ubiq; fuerunt, quorum & *Presbyterorũ* nulla tunc fuit (vel *Cl: Salmasio*, & *D. Blondello* fatentibus) aut ταυτότης, aut ἰσοτιμία.) *apud eos Episcopus tertius est.*

§. 4. *Tertiò. De Script: Eccl: Jacobus ab Apostolis Hierosolymorum Episcopus ordinatus, suscepit Ecclesiam Hierosolymæ.* (Quid verò est *suscipere Ecclesiam?* Idem planè quod *regere*, ut apud * *Psalmistam*, *suscipere congregationem*, Et id ab *Hieronymo* de *Jacobo* singulariter dictum) *Timotheus à Paulo Ephesiorum Episcopus ordinatus, Titus Cretæ, Polycarpus à Joanne Smyrnæ Episcopus ordinatus.* (A singulari *Apostolo* singularis ubique *Episcopus* ordinatus.) * *Ps.* LXXV.

§. 5. *Quartò.* In *Tit.* I. *Apostolus*, inquit, *Ecclesiæ Principem formans* (*Episcopus* iterum singularis, *Ecclesiæ Princeps*) & sic iterum in *Psal.* XLV.

§. 6. *Quintò*, ad *Gal.* II. *Jacobus primus ei Ecclesiæ præfuit, quæ prima in Christum credens ex Judæis fuerat congregata,— Episcopus Hierosolymorum primus fuit.*

§. 7. *Sextò.* In *Psal.* XLV. *Nunc quia Apostoli à mundo recesserunt,*

serunt, habes pro his Episcopos filios--sunt & hi patres tui, quia ab ipsis regeris. Ubi ævi *Hieronymiani Episcopi* (i.e. singulares) *Apostolorum filii & successores* statuuntur, & id à tempore *recedentium à mundo Apostolorum.*)

§.8. *Septimò.* In eodem loco. *Constituit Christus—— in omnibus finibus mundi Principes Ecclesiæ,* scil: *Episcopos* (Quod ipsissimum est quod modò ex *Ignatio* ad *Ephesios* laudavimus, Συμφοιτοι οὖν καὶ τὰ πλεῖστα ὀφείλετε Ἰησοῦ Χριστοῦ γνώμην ἔχειν.)

§.9. *Octavò.* In *Dial:* adversus *Lucifer: Ecclesiæ salus in summi sacerdotis dignitate pendet, cui si non exors quædam & ab omnibus eminens detur potestas, tot in Ecclesiis efficientur schismata, quot Sacerdotes.* Et in eodem *Dialogo, Si quæris, quare in Ecclesiâ baptizatus nisi per manus Episcopi non accipiat Spiritum sanctum.—— disce hanc observationem ex eâ authoritate descendere, quòd Spiritus Sanctus ad Apostolos descendit.*

§.10. Huc & illud pertinet, quod & *nono* loco apponendum est, ex istis quæ à *Blondello* recitantur in *Comm:* ad *Titum: In toto orbe decretum est, ut unus de Presbyteris electus superponeretur cæteris, ad quem omnis Ecclesiæ cura pertineret, ut schismatum semina tollerentur.* (Quomodo enim fieri potuit, ut *toto hoc orbe decerneretur,* nullo jam *Concilio œcumenico* ad illud decernendum congregato, si non ab *Apostolis* ipsis, fidem *toto orbe* promulgantibus, & cum fide hanc regendi *Ecclesias* formam constituentibus, factum sit?) ut & postea cum addiderit, *Paulatim* (ut *dissensionum semina evellerentur*) *ad unum omnem solicitudinem delatam.* (Certè si hoc posterioribus sæculis ab *Ecclesiâ* decretum fuerit, sequitur ex vi *Octavi Testimonii*, Aut non *vidisse Apostolos*, quâ in re *Ecclesiæ salus penderet*, aut cum satis viderint, saluti tamen *Ecclesiæ*, etiam cùm apud *Corinthios schismata* exorirentur, non consuluisse. Quorum neutrum aut *Apostolis* ab *Hieronymo*, aut *Hieronymo* à nobis affigi potest.)

§.11. *Decimò. Adversus Jovin:* l.1. *Episcopus & Presbyter & Diaconus, non sunt meritorum nomina sed officiorum, Nec dicitur, Siquis Episcopatum desiderat* (unde eum de *Apostolorum*, non suo ævo locutum fuisse apparet) *bonum desiderat gradum, sed, bonum opus desiderat, quod in majori ordine constitui possit, si velit occasionem exercendarum habere virtutum — Non percussorem, Neque enim pugilem describit Apostolicus sermo, sed Pontificem instituit,* &c.

§.12. *Undecimum testimonium* ex *Ep.* 13. ad *Paulinum* peti

potest,

potest, *Episcopi & Presbyteri habeant in exemplum Apostolos & Apostolicos viros, quorum honorem possidentes, habere nitantur & meritum.*

§.13. *Duodecimum* ex *Ep:* 1. ad *Heliodorum*, *De Episcopatu non suscipiendo. Non est facile stare loco Pauli, tenere gradum Petri.*

§.14. *Decimum tertium* ex *Comm:* in *Is:* l.V. c.17. Ubi *Jacobum, fratrem Domini*, vocat *decimum tertium Apostolum.* Cùm enim ille *Jacobum* istum *Hierosolyma Episcopum* ex *Hegesippi* verbis, licet non ita probè redditis ([διαδέχεται ἐκκλησίαν μετὰ τῶν Ἀποστόλων] non [*cum*] ut reddi debet, sed *post Apostolos suscepit Ecclesiam*) rectè ab *Apostolo Jacobo* distinguisset, & simul eum *Apostolum decimum tertium* vocasset, exinde sententia *Hieronymi* satis manifestè colligi potest, *Apostolum* dici debuisse, qui *Episcopus* fuit.

§.15. *Decimum quartum* ex *Ep:* ad *Evagrium* p.85. *Alexandriæ à Marco Evangelistâ usque ad Heraclam & Dionysium Episcopos, Presbyteri semper unum ex se electum in excelsiori super Presbyteros gradu collocatum, Episcopum nominabant, quomodo si exercitus imperatorem faciat.* Hoc certè nobis largietur, *Episcopos* ex sententiâ *Hieronymi* in *excelsiori super Presbyteros gradu collocatos esse*, eodem modo, quo *super exercitum imperator*, idque ab ipsius *Marci Evangelistæ tempore* in *Ecclesiâ Alexandrinâ* factum esse, ut & in aliis omnibus *mundi finibus* testimonio *septimo* dicebatur.

§.16. Nec certè incommodum est, quod hîc addatur, ipsius *Walonis testimonium*, qui ut contra *Petavium* probaret, postquam *Ordinum inductum est discrimen, nominum* quoque *distinctionem invectam esse*, hæc ipsa ex *Hieronymo* verba producit, & *Alexandriæ peculiarem morem* fuisse ait, *à Marco usque ad Heraclam, ut electum semper unum ex suo grege, qui sibi præesset, in excelsiori gradu locarent Presbyteri, & Episcopum nominarent. Hieronymo* igitur tam varia, & inter se diversa hâc de re locuto, quam, quæso, *Hieronymo* sententiam imputabimus, pro quo *Apologiam* adeò gnaviter moliri bonos viros decebit?

§.17. *Quarto* itaque his positis, progrediendum est, nec, me quidem arbitro, adeò atrociter, & sine omni temperamento, aut ἀκρίβεια de *Hieronymo* statuendum, ut qui conceptis verbis *superioritatem Episcoporum* ex *Apostolorum traditione* toties asseruerit, ex nimiâ animi inconstantiâ, id ipsum alibi pernegasse existimandus

mandus sit; Quod si fecerit, indignissimus eo ipso censebitur, qui in re tantâ testimonium, multo minus judicium ferat.

§.18. Consultius certè, & si mihi mens tota non caligat, æquius putabitur, quod ad *Evagrium* de hâc *Episcoporum* super *Presbyteros majoritate* dicitur [*noscendum esse, eam magis consuetudine Ecclesiæ quàm dispositionis dominicæ veritate consistere.*] illud sic ex aliis istius *Patris* dictis interpretandum esse, ut *consuetudo Ecclesiæ* non ad sequioris ævi, ab *Apostoliço* deflectentis, morem, sed ad ipsam *Apostolorum praxin*, & *traditionem*, ad *Ecclesiæ* verè *Apostolicæ* universalis, plantatæ & rigatæ ab *Apostolis*, institutionem, & *consuetudinem* extendatur. Eam verò *Dominicæ dispositioni*, i.e. *institutioni* per ipsum *Christum* personaliter factæ (cujus itidem abjudicatio ferenda non est, si *ordinem* respexerit, sed tantùm si *jurisdictionem*) ita ab *Hieronymo* opponi, ut quædam à *Paulo* dicebantur, quæ, ipso teste I.*Cor.* VII.12. à *Domino dicta non fuerant*, Ea nempe quæ *Apostolus* ex suâ, non ex peculiari *Christi revelatione* protulisse se asserit, quæ tamen ἐν τῇ ἐκκλησίαις πάσαις διατάσσει, *ipse in Ecclesiis omnibus ordinat*, v.17.

§.19. Sic & eundem *Apostolum* γνώμην sententiam suam dedisse scimus, v.25: cùm ἐπιταγὴν Κυρίου *dispositionem*, aut *ordinationem*, ut *Hieronymus* ait, non haberet. Et id forsan de hâc inæqualitate *Episcopi*, & *Presbyterorum*, *Hieronymo* visum fuit, eam non diserto cuivis ipsius *Christi præcepto*, sed, post eum cœlo redditum, *Apostolorum Christi* (qui sine dubio, ut de se *Paulus*, eam à *Christo* misericordiam acceperant, ut πιστοὶ *fideles* in universâ œconomiâ fierent) *institutioni* imputandam esse; Ad quam sententiam illud etiam in *Comm:* in *Tit:* commodissimè pertinere, quod de *occasione* istius in *toto orbe* facti *decreti*, ab *Hieronymo* dictum est, non abs re erit si fusiùs monstremus.

§.20. *Apostolos*, ex *instituto Christi*, *pari omnes potentiâ & authoritate ad Ecclesiam* fundandam & moderandam præditos fuisse, *D. Blondellus*, sat scio, nobiscum confitebitur, nec *Hieronymum* hâc in re nobis dissentire suspicabitur. Horum singuli, aut *Apostoli* ipsorum, ad id emissi, cùm in regione quâvis *Evangelium* prædicarent, populum ad fidem converterent, *Ecclesiámque* demum plantarent, ejus dein moderandæ habenas penes se plerunque per aliquod spatium manere voluerunt, sic tamen, ut cùm ipsi abessent, fidelium præcipui & *seniores*, ab *Apostolis* ad id munus *constituti*, vel *ordinati*, reliquis invigilarent, adeóque communi *presbyterorum* consilio gubernatæ *Ecclesiæ* istæ ab *Hieronymo* credi possent.

§.21.

§. 21. Postquam verò sub hâc in quibusdam *Ecclesiis* (à quibus *Apostoli* earum fundatores diutius abessent) *seniorum* paritate, *schismata* nascebantur, postquam, ut ait *Hieronymus*, *unusquisque eos, quos baptizaverat, suos putabat esse, non Christi*, (quibus verbis eum ad I. *Cor.* I. 14. respexisse palam est, ubi *baptizandi* mentio est) vel (quod v. 12. dicebatur) *postquam in populis dicebatur, Ego sum Pauli, ego Apollo, ego autem Cephæ*, postquam, inquam, *Evangelio Corinthi* per *Paulum* plantato, *rigato* dein per *Apollo*, ut & aliquibus per *Cepham* conversis, imò ad aliquem fortassis in *Ecclesiâ* gradum provectis, *partium studia in Ecclesiâ* pullularent (quod, *Apostolo* liquidò affirmante, ante primam ad *Corinthios* exaratam *Epistolam*, i.e. Anno Christi LV. *Corinthi*, (quidni & alibi?) factum est) Tunc certè, i.e. ipsis *Apostolis* viventibus, & videntibus (longo LXXXV. plus minus annorum spatio ante æram *Blondellianam*, Anno Christi CXL.) *toto orbe decretum est, ut unus de Presbyteris electus superponeretur cæteris, ad quem* (ut singularem planè *Episcopum*) *omnis Ecclesiæ cura pertineret, ut schismatum semina tollerentur.*

§. 22. Hîc certè *D. Blondelli* fidem appello, an meritò *veri studiosus lector meminisse* * jubeatur [*Hieronymum nequaquam scripsisse, Simulac Corinthi dictum fuit, Ego sum Pauli &c. Sed, postquam id dictum in populis*, i. e. *postquam alii passim Corinthiorum more in partes discerpti sunt, quod ante annum* 140. *evenisse, idoneè vix quisquam probaverit.*] Primò enim, Ecquis *veri studioso Lectori* tantum inter [*Simulac*] & [*Postquam*] hoc in loco discrimen esse persuaserit, imò inter ea quæ I. *Cor.* I. v. 12. & quæ v. 14. scripta sunt, ut LXXXV. annorum intervallo (tantum enim inter *Epistolæ* scriptionem *An:* LV. & *Blondellianam* æram *An:* 140. interjacet,) ea disterminanda censeantur? * *Apol:* p. 3.

§. 23. Secundò, Ecquis *Hieronymi* jam verba à *D. Blondello* ad commodum suum clam mutata non advertit? *Non*, inquit, *scripsit Hieronymus, simulac Corinthi dictum fuit, Ego sum Pauli, sed postquam id dictum in populis*, i. e. *postquam alii passim &c.* quasi id multo jam serius factum esset. At consulantur itorum *Hieronymi verba* ab ipso *D. Blondello* laudata, si *Lectori veritas* cura sit. *Antequam*, inquit *Hieronymus, studia in religione fierent, & diceretur in populis, Ego sum Pauli &c. Communi Presbyterorum consensu Ecclesiæ gubernabantur, Postquam verò unusquisque eos quos baptizaverat suos putabat esse, non Christi* (Quorsum, quæso, hoc mutatum in [*postquam id* p. 2.

dictum in populis,] nisi ut quæ nunquam *Hieronymo* in mentem venerunt, necterentur moræ?) *in toto orbe decretum est, ut unus de Presbyteris electus superponeretur cæteris.* Res clarior est, quàm ut artificiosa istâ caligine velari possit, eandem hanc æram *Hieronymo* censeri, eundem *Christiani* sæculi articulum, quo *in populis dicebatur, Ego sum Pauli*, &c. & quo *unusquisq; eos quos baptizaverat suos putabat esse, non Christi*, utrumq; sine dubio à *Paulo* indigitatum I. *Cor.* I. 12. 14. ideóq; ante scriptam istam *Epistolam* in *Ecclesia Corinthiacâ* notatum. Nec certè *Episcopali* ἀρχαιότητι *Antiquitas*, aut *institutio Apostolica* deerit, nec nobis *Blondellianæ* ἀνισοφωνίας argumentum, si *Hieronymus* verum scripserit.

§. 24. Et adhuc quidem omnia, quamvis accuratiùs & ad rei veritatem accommodatiùs describi potuissent, non tamen adeò improsperè succedunt, nec gravis aliqua nobis incumbit necessitas, ut *Hieronymus* cum *Hieronymo* committatur, aut qui *excelsiorem* super *presbyteros Episcopi* gradum ab *Apostolorum traditionibus* acceptum toties agnoverat, sententiæ suæ statim oblitus, aut ignarus, contra seipsum pugnas cievisse credatur.

§. 25. Illud verò unum hic mirari subit, quid *Waloni* in mentem venerit, ut de *D. Petavio* eadem planè cum *Hieronymo* proferente, [*Cùm charitas*, inquit, *& humilitatis amor*, &c. *refrixit, tum ad tollendas simultates, & in schismatis remedium, unum aliquem è turbâ Presbyterorum eligi placuisse, qui praesset reliquis*] tam prolixè & effusè triumphandum putarit, ut de eo qui hac unicâ periodo ad pessundandam *Episcopalis ordinis majestatem plus fecisset, quàm integro ad id instituto volumine Walo*; Ex eo nempe, quòd eam ab *ambitione, honorum cupiditate, cæterisque malis artibus originem* traxisse dixerit.

Wal: Mess: p. 165.

§. 26. At advertisse debuit vir doctissimus, ex *aliorum ambitione & contentione*, non ex *Episcoporum* illud contigisse (ut *Hieronymo*, sic &) *Petavio* videri, adeóque ut *malis moribus* accommodatas *bonas leges*, sic ad remedium *schismatum* institutos *singulares Episcopos*, non inter *morbos* ponendos esse, sed *medicinas*, quas qui à *morbis* originem suam traxisse dixerit, illud in *laudem* dixisse, non ad *cantumeliam* effutiisse putandus est; sed illud ex abundanti.

§. 27. *Quintò* autem quod ulteriùs ab *Hieronymo* affirmatur, *eundem esse Presbyterum qui & Episcopus* (*Sancto Paulo* insuper, *Act.* XIX. *Phil.* I. *Tit.* I. I. *Tim.* IV. ut & *Sancto Petro* I. *Pet.* V. & *Johanne* II. *Jo.* I. & III. *Jo.* I. ad suas partes vocatis) illud

illud ipſe de vocabulorum ſeu appellationum *identitate*, in eâdem perſonâ dixiſſe intelligendus eſt, quibus promiſcuè aliquandiu *S. Scripturas* uſas eſſe ſibi perſuaſerat; Sic verò ut ipſius *Marci* ævo (qui *Neronis* octavo mortuus, ſine dubio *Epiſtolarum Sancti Pauli ſcriptionem* præceſſit) *Presbyterorum aliquis in excelſiori gradu collocatus*, ipſo fatente, *Epiſcopus* nominaretur.

§. 28. Sic certè ad *Diaconorum* ſe *Presbyteris* æquantium faſtum retundendum, non incommodè ab illo argui potuit, *Presbyteros* ſcilicet, quamvis in ſecundo *Ordine* locatos, non ita procul tamen ab *Epiſcopis* abeſſe, quibuſcum & idem nomen ſortiebantur, & *excepta ordinatione*, omnia, quæ *Epiſcopi*, faciebant, cum *Diaconi* interim tam longè, vel ipſorum etiam confeſſione, infra *Epiſcopos* ſubſiderent, ut non alii quàm διάκονοι i. e. ὑπηρέται *Epiſcoporum* cenſendi ſint.

§. 29. Plura dici poſſent ad conciliandum ſibi *Hieronymum*, niſi illud opportunè hic notandum eſſet, non ad me, qui aliis columnis utor, ſed ad *D. Blondellum*, qui teſtimoniis *Hieronymianis* totam ædificii ſui compagem ſuperinniti voluit, operam iſtam pertinere.

§. 30. Nobis certè, qui inter *Ignatium*, *Apoſtolorum* σύγχρονον, & recentiorem tot ſæculis *Hieronymum*, qui inter *Epiſcopum* ἱερομάρτυρα de ævo ſuo teſtantem, & *Presbyterum Diaconorum* faſtum calcantem, & contra eos, quod ad manum fuerat, jaculantem, comparationem inſtituimus, abundè erit, ſi *Ignatius* ubique ſibi conſtans, cauſæ ubique noſtræ (ἀκαίρως, ἐυκαίρως, adverſariis ipſis fatentibus) ſuffragatus ſit, *Hieronymus* autem, ſi pugnet nobiſcum quandoque, quandoque etiam ſuffragetur, nec uſpiam à noſtris partibus deſciviſſe putandus ſit, quin pariter & à ſeipſo abiiſſe concludatur, adeóque vel integrum nobis teſtimonium perhibuiſſe, vel inconſtantiâ (quod nolim) ſuâ, quicquid contra nos dixerit, irritum feciſſe.

§. 31. Et de *Ignatio* & *Hieronymo* hæc quidem hactenus; Tempus eſt ut ad alia, ex inſtituti noſtri ratione, tandem progrediamur.

DISSERTATIO TERTIA,

De omnibus Evangeliorum periochis, quæ ad Regiminis Ecclesiæ formam pertinent.

CAP. I.

Regimen Ecclesiæ in personâ Christi fundatum. Is.IX.6. & LXI.1. Unctio Spiritus. unctio quæ. רבא *I. Jo.II.27. Missio à Patre, Jo.XX.21. Potestas in terris. Christus, διδάσκαλος, Κύριος, ἀρχιερεύς, Ἀπόστολος, πομὴν, ἐπίσκοπος. Officii ejus administratio in terris. Septuaginta discipuli. Apostoli per gradus provecti ad Ecclesiæ Regimen.* Ἀπόστολος שלוח *in Scripturâ nuntii ordinarii, inter Talmudicos nuntii Synagogarum, ἱερόπομποι, Θεόπεμπτοι, apud Profanos μυησῆρες, ἐξηγηταὶ. Missi cum diplomate, Jo. XX.21. ad ἐξουσίαν. Mat.XIX.28. explicatur. Apoc.XIX.10.*

§.1. AD illud nunc accedo, quod instituti ratio poscit, ut singulæ *Evangeliorum* periochæ, quæ ad hanc de *Regiminis Ecclesiastici formâ* quæstionem pertinent, ad examen nostrum revocentur. In quibus proponendis eum ordinem & methodum observandum curavimus, quo commodius ad ipsius institutionis fontem, seu originem (hoc quasi filo) perveniatur, adeóque quid *Christo*, quid *Apostolis* hâc in re imputandum sit, magis perspicuum reddatur.

§.2. Et primum quidem illud fundamenti loco jaciendum est, quod infinitis *Scripturæ* testimoniis comprobari posset, Hoc qualecunque demum sit, *Ecclesiæ Dei* in terris regimen, in *personâ Jesu Christi* fundatum esse, prædicente *Isaiâ Prophetâ, regimen super humeros ejus futurum esse, Is.* IX.6. *Dominum Deum unctum illum esse, & ad id Spiritum suum in eum missurum, ut Evangelium prædicet, omnimq; Domini acceptabilem*, &c. *Is.* LXI.1. Quod & juxta *Prophetias* istas factum experimur (edicente ipso *Christo, Lu.* IV.18.21.) *Spiritum* quippe *Dei* statim post ipsum à *Johanne* baptizatum, apertis cœlis, nube ruilante

indutum, vidente *Baptistâ*, super *Christum* descendisse, eúmque ad munus ipsius in *Ecclesiâ* exequendum solenniter consecrasse.

§.3. Hunc *Spiritus* descensum, illustrem certè, & magnificam ceremoniam, (at quæ super *Apostolis* à *Christo* missis pari modo adhibeatur,) *Unctionis* materialis locum supplere *Deus* voluit, *Unctionis*, inquam, ritus inter *Judæos* satis noti, cùm quispiam ad munus aut officium aliquod solenne promoveretur (unde est quod *Chaldæus Paraphrastes Unctionem* per רבא seu *exaltationem* explicandam putavit) sed qui sub *secundo Templo* exoleverat; ideóque testimonio *Dei* de *cœlo* supplendus erat: Hinc *Act.* X. 38. *Unctionis Dei* per *Spiritum sanctum*, ut & simpliciter *unctionis Dei*, *Act.* IV. 27. mentionem fieri videmus.

§.4. Ex quibus itidem, quid sit χείσμα seu *unctio* illa ἀπὸ τ῀ ἁγίε, *1. Joh.* II. 27. cujus ope *omnia sciebant Christiani, nec opus habebant, ut ab aliis doctoribus instruerentur*, facilè, si id hujus loci aut σκόπεως esset, explicari posset.

§.5. At (quod præsentem materiam propiùs attingit) hinc est, quòd *Christus* noster à *Patre mitti*, *Jo.* XX. 21. *potestatem peccata remittendi in Terris* habere, *Mat.* IX. 6. ἐξουσίαν *authoritatem omnem in cœlo & in terrâ* sibi traditam accepisse, *Mat.* XXVIII. 18. dicatur: Hinc quod *Ecclesiæ* ex *Discipulis* collectæ διδάσκαλ& καὶ Κύρι&, *Doctor* & *Dominus*, *Jo.* XIII. 1. Ἀρχιερεὺς καὶ Ἀπόστολ&, *Pontifex* & *Apostolus* noster, *Heb.* III. 13. Ὁ ποιμὴν τ῀ πρόβατων ὁ μέγας, *Heb.* XIII. 20. adeóque unicus & singularis *animarum nostrarum Pastor* & * *Episcopus* I. *Pet.* II. 25. nuncupetur.

* *Propriè Episcopus Dominus Jesus est. Origen:* in *Mat.* XXIV.

§.6. Quod verò à *Patre* sibi concreditum accepit, illud ipse, quamdiu in terris ageret, in personâ suâ administravit, *Evangelium* prædicavit, ritus in *Ecclesiâ* perpetuò duraturos instituit, *Discipulos* vocavit, vocatos pro arbitrio rexit, iis mandata dedit, eorum ministerio usus est, Aliquos eorum ad certa officia ἀνέδειξεν, *designavit*, *Septuaginta* scilicet, *Lu.* X. 1. quos *ante faciem ejus*, ut feciales, & *prodromos*, *emisit*, illíque *curandi morbos* v. 9. potestatem dedit, munúsque non perpetuum, at πρόσκαιρον, & quamprimùm ad ipsum *reverterentur*, v. 17. sponte suâ desiturum, commisit: Alios verò cumulatiore, & *duraturâ* authoritate induendos putavit, & ad idem munus, ad quod ipse à *Patre* missus fuerat, destinatos, paulatim, & per gradus quosdam ad fastigium illud provexit. Quibus verò gradibus, & intervallis illud factum fuerit, non abs re erit, si pauculis monstremus.

§.7.

§.7. Et inprimis illud notandum est, *Missionem* illam primam *Mat.*X.5. quæ ad δώδεκα ἰσραὴλ pertinebat (τότε τοὺς δώδεκα ἀπέστειλεν Ἰησοῦς) licèt illam cum ἐξουσίαις non vulgaribus, v.1. & 7. cum prædicandi itidem authoritate conjunctam, non tamen fuisse hanc ὑστεροχῶ, in quâ *Christo* magistro suo mox successuri erant.

§.8. Ἀπόστολοι vel שלוחים inter *Judæos* dicebantur *Nuntii* quilibet, Sic *Ahijah* I. *Reg.* XIV.6. συλλήβδ Ἀπόστολος, i. e. שלוח, pessimarum rerum *nuntius* dicitur (sic & duodecem *Exploratores Num.*XIII.à *Mose* ad terram *Canaanis* explorandam emissi, ἀποστέλλεσθαι dicuntur. Ad quorum exemplum duodecem primò *Apostoli*, dein *Septuaginta discipuli* à *Christo* emittebantur.) Nec in veteri *Testamento* vox ea alio quovis sensu usurpatur. Inter *Talmudicos* quidem שלוחין i. e. Ἀπόστολοι vocantur *Archisynagogorum nuntii* ad *pecunias* & *decimas Synagogis* debitas exigendas emissi, * *Philoni* ἱερόπομποι τῶν χρημάτων, ✣ *Augusto* ἀποδοχεῖς dicti (& eâdem ratione *Ecclesiæ nuntii* dona ad allam *Ecclesiam* perferentes, ab *Ignatio* θεόδεγμοι & θεοπρεσβύθ dicuntur,) sic in *Theodosiano codice*, *tit. de Judæis*, *Apostoli* sunt, qui ad exigendum aurum, atque argentum à *Patriarchâ* certo tempore diriguntur.

* Leg: ad Cajum.
✣ In Edict: ad Asiæ Civit:

§.9. De his verò illud unicum notandum, *Apostolos* istos, ad hæc ipsa non adeò honorifica munera, & tantùm *ad tempus*, mittendos, *literis* tamen *scriptis* munitos fuisse, quarum vi, quicquid faciunt, id ut *Vicarii* aut *procuratores*, non in suâ, sed eorum qui eos constituerunt, *personâ* & nomine facturi sunt, Unde illud *Judæorum* celebre dictum, *Apostolus cujusque est ut quisque*, quò respexisse *Christus* censendus est, *Mat.*X.40. ὁ δεχόμενος ὑμᾶς ἐμὲ δέχεθ, καὶ ὁ ἐμὲ δεχόμενος, δέχεθ τὸν ἀποστείλαντά με. Sic cùm *Saulus* à *Synedrio Hierosolymitano* ad *Damascum* mittebatur *Act.*IX. eum ἐπιστολὰς ἀρχιερέως instructum videmus, v. 2. Nihil interim in hoc πρεσβείρω munere magnificum, aut quod *discipulis Christi* ἀρχὴ quamlibet conciliaret.

§.10. Apud *scriptores* verò τοῦ γάμου, *Nuptiarum* contrahendarum *intercessores*, *internuntii*, aut *sponsores*, (νυμφαγωγοί, * οἱ ἀγγέλες ἑτέρω νυμφίῳ ἐκ τῆς πατρὸς οἰκίας, *qui sponsam ex ædibus patriis ductam sponso sistunt*, μνηστῆρες, ἐγγύαι, ἁρμοσταὶ) Ἀπόστολοι *Apostoli* dicebantur. Nec adhuc quicquam *honorificum* in Ἀποστόλων titulo.

* ὃ θέμις (χὴ δεύτερον γάμον) τὸν νύμφιον μεθιέναι, ἀλλ' Ἀποστέλλεσθ φίλον. *Phavor:*

§.11. Certè siqua πρεσβεία, aut ἀξίωμα, siqua *regitiva potestas*,

ſtas, aut ἀρχὴ iſtâ voce apud *Authores* idoneos deſignetur, ea *Heſychii* gloſſario, quo Ἀπόστολος, στρατηγὸς καὶ πᾶν πεμπόμενον, *dux* cum claſſe miſſus, definitur, petenda erit. At & illud ſatis alienum eſt, nec ad *Diſcipulorum Chriſti* nomenclaturam pertinet.

§. 12. Altiùs igitur officii & tituli hujus origo deducenda eſt, quatenus (non *Mat.* X. ἀποστέλλει ſed) *Jo.* XX. πέμπει eos *Chriſtus* dicatur. Cùm ſcilicet poſt reſurrectionem à mortuis, ad *Patrem* & *Deum* ſuum noſtrúmque feſtinans *Chriſtus*, cœleſtíque throno ſtatim reddendus, diſcipulorum ſuorum præcipuos, ſeu electos, ſolenniter dato *mandato*, & quaſi *diplomate* (quòd *Angli* Commiſſion dicimus) Ἔπεμψε *miſit* v. 21. eâ nempe vocis πέμπειν acceptione, quâ *mitti* ad *Provinciam adminiſtrandam Proconſul*, ad *Iſraëlitas* ex *Ægypto* redimendos *Moſes* dicitur, [*Mitte*, inquit, *per quem miſſurus es*] quâ *Reges*, *Judices*, *Servatores mitti* ubique à *Deo* dicuntur, quotieſcunque ad ἀρχὴν, *Deo* jubente, admoventur. Iſto proculdubio ſenſu, ſe *Chriſtus* à *Patre* ἀπεσταλμένον affirmavit, in priore *Sermonis* iſtius particulâ, καθὼς ἀπέσταλκέ με ὁ πατὴρ, (ut & *Mat.* X. 40. XV. 24. *Jo.* III. 34. V. 38. VI. 57. & XVII. 3. & alibi non ſemel) & quidni eodem ſenſu *Apoſtoli* à *Chriſto* πεμπτοὶ in poſteriore ſtatuendi ſint, & ut c. XVII. 18. καθὼς ἐμὲ ἀπέστειλας εἰς τὸν κόσμον, κἀγὼ ἀπέστειλα αὐτοὺς, nullo ad *Judæorum* שלוחים, ſive *Patriarcharum Apoſtolos* habito reſpectu? Sunt igitur *Apoſtoli Chriſti*, πεμπόμενοι in *regno Chriſti ſpirituali Joh:* XX. 21. pari modo quo ἡγεμόνες *Regibus* proximi, πεμπόμενοι dicuntur in *regno mundano*, I. *Pet.* II. 14. *Miſſi* priùs ὑπὸ δόδεκα. *Mat.* X. 1. (ut & *Septuaginta Lu.* X. 1.) ſed ut *diſcipuli*, *miniſtri*, *nuntii*, πρὸ προσώπου αὐτοῦ, *ante faciem ejus*, At *miſſi* jam ſoli (& ἰδίους) ὑπὸ δόδεκα. ἀπὸ *facie ejus*, ipſius quaſi hæredes in terris, & *ſucceſſores*; *Miſſi* antea non ſemel, at jam tandem ſolenniter, & cum *diplomate miſſi*, *ſicut eum miſerat Pater*.

§. 13. Mirum eſt quàm hæc à *Chriſto* ſignanter, quàm ad omnem clariſſimæ veritatis ignorationem pertinaci ſæculo extundendam, accuratè, & ſollicitè enuntiata, quàm ferè omnibus, quæ excogitari poterant, dictionum figuris & *ſchematiſmis* variata nobis tradantur, *Pater judicium dedit Filio*, *Joh:* V. 22. *Filius judicium Apoſtolis dedit*, *Mat.* XIX. 28. *Lu.* XXII. 30. I. *Cor.* VI. 3. II. *Cor.* X. 6. *Pater Filio poteſtatem* dedit *remittendi in terris peccata*, *Mat.* X. 6. *Filius Apoſtolis* poteſtatem dedit *remittendi*

mittendi itidem *in terris peccata*, *Ioh.*XX.23. *Pater claves Filio* dedit, *Mat.*XVI.19. *Isa.*XXII.22. *Apoc.*III.7. *Filius Apostolis claves* dedit, *Mat.* XVI.19. *Pater Filio* dedit *sedere* in *throno* ejus, itidemque *Filius Apostolis* dedit *sedere* cum eo in *throno* ejus. *Mat.*XIX.28. *Lu.*XXII. 30. *Pater filium* dedit *fundamentum*, aut *lapidem Angularem Ecclesiæ*, *Mat.* XXI.42. *Filius Apostolos* dedit *fundamenta* super *fundamento*, *Eph.*II.20. Σημείωσαι Ἀποστόλων — ὅτι ἀκροωνιαῖα αὐτῶ Ἰησοῦ Χριστοῦ. *Pater* denique *Filium* ἀπέσταλκε, καὶ ἔπεμψε, *Ioh.*V. 24. & XVII. 18. *Filius* dein *Apostolos* ἀπέσταλκα, καὶ ἔπεμψα, *Ioh.*XX. 21.

§.14. Hinc illud *Angeli* cœlitùs missi, se *Iohannis*, & fratrum ipsius, ἰχθύλον τῆς μαρτυρίας τῶ Ἰησοῦ, i.e. *Apostolorum*, & *Apostolicorum* virorum *conservum* vocantis, *Apoc.*XIX. 10. cùm, ut ille affirmat, ἡ μαρτυρία Ἰησοῦ, *testificatio resurrectionis Christi*, & Fidei *Christianæ*, ad quam *Apostoli* singuli à *Christo* missi sunt, sit ipse *prophetiæ spiritus*, honoratissimum scilicet munus, ad quod quispiam mortalium à *Deo*, aut *Christo* designari potuit, huic ipsi *Angelico* nuncio, de *Imperatoribus* nomina *Christo* dantis, non immeritò comparandum.

Cap. II.

Παλιγγενεσία *quid.* Πατὴρ μέλλοντος αἰῶνος, *Is.* IX. 6. *Phylarcharum dignitas*, *Judæ & Josephi* πρωτεῖα. Μεσιδάρχαι, *Mat.*XX. 21.25. *Apostoli munus ut ab* Ἀρχισταῖς ἢ ἐθνῶν *differat.* Ἀρχοντες, μεγάλοι. *Jus Regium*, I.*Sam.*VIII.11. διακονεῖδς, κατεξουσιάζειν. Κωλύσης *omnis non prohibita*, *Authoritas Charitativa*, *non despotica. Singularis cujusque Apostoli* ὑπεροχὴ, *Dicto Christi ambitio tantùm & fastus interdicti*, *non potestas aut* ὑπεροχὴ *in Ecclesiâ.*

§.1. DE hâc igitur *Apostolorum* ad *Ecclesiæ clavum* & gubernaculum *missione*, paucula dicturi, exordiemur, ut *Presbyteranis* rem gratam faciamus, à notissimo isto *Christi* dicto, *Mat.*XX. quo κωλύσιλα seu saltem τὸ καλαχρεσθῆναι ἐξουσίαν discipulis suis interdixisse putatur.

§.2. Et ut omnia clara reddantur, sententia *Christi* altiùs repetenda est, sumpto initio à *Mat.* XIX. 28. Ubi qui omnia *Christi causâ reliquerant*, *Discipuli*, *Dominum* scisciantur, τί ἄρα ἔσται ἡμῖν; quam demum illi tanti obsequii mercedem reportaturi essent, v.27. *Respondet Christus*, ὁ παλιγγενεσία hanc illis expectandam esse. Quæ sit hæc eò loci παλιγγενεσία, satis inter viros doctos

disceptatum est. Ego quid istis *Christi* verbis accommodatissimum videatur, paucis dicturus sum.

§. 3. Vox ea *novum* aut secundum *statum*, τὸ ἐν δευτέρῳ γίγνεσθαι, ἢ ἀναπαδλῶσι apud *Grammaticos* propriè significat. Inter *Pythagoræos*, animæ ad γένεσιν reditum, seu μετεμψύχωσιν denotat, Inter *sacros*, *resurrectionem*, eámque aut corporis cum animâ futuram conjunctionem, aut præcursoriam animæ in hâc vitâ *renovationem* (spiritualem illum *proselytismum*, quo omnibus prioris vitæ gaudiis, & quasi cognationibus remisso nuntio, ex *Spiritu Christi regenerati* prodimus) tandémque (ut hujus tesseram, & *sacramentum*) *baptismum* significat; Et certè si cum [ὑμεῖς οἱ ἀκολουθήσαντές μοι, verba ista, nullâ interpositâ διαζευξῃ, conjungerentur [οἱ ἀκολουθήσαντές μοι ἐν τῇ παλιγγενεσίᾳ] ad illum de *Discipulorum regeneratione*, & per *baptismum proselytismo*, sensum restringenda essent. Si itidem cum sequenti [καθήσεσθε] immediatè composita & connexa essent, ad novissimæ *resurrectionis*, aut vitæ cœlestis, aut judicii demum ultimi statum ea pertinere posse non differerer. At cum à prioribus disjuncta, cum posterioribus itidem non componantur, sed duplici commate, tanquam parenthesi inclusa, verbis istis interjacentibus, quæ ad *Christum* non ad *discipulos* pertinent, [ὅταν καθίσῃ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐπὶ θρόνου δόξης αὐτοῦ] immediatè præponantur, nulla mihi potior aut commodior istius φράσεως interpretatio occurrit, quàm ut παλιγγενεσία cum *Syro*, *novum sæculum*, tempus scilicet, aut spatium illud significet, ὅταν ὁ υἱὸς &c. quo *Christus ad dextram Patris* ascendens, *in throno gloriæ suæ consederit*, & hanc suam in terris *Ecclesiam*, his quasi *Vicariis* ejus, διοικηταῖς ἢ μεγάλου βασιλέως, administrandam commiserit.

§. 4. Hoc sensu ἀιῶνα μέλλοντα ab *Interpretibus Græcis* usurpatum videmus, *Is.* IX. 6. *Christúmque* istius παλιγγενεσίας appellatum, *Patrem futuri sæculi*, spiritualis scilicet hujus regni *Christi*, ab ejus resurrectione & ascensione initium sumentis, (ideóque vel à *termino* à quo, hâc *Christi* à mortuis παλιγγενεσίᾳ, vel ab *effectu*, quòd nempe omnia in *Ecclesiâ Christianâ* renovata prodeant, & quasi παλιγγενεσίαν II. *Cor.* V. 17. (receptis in *Ecclesiam Gentilibus*, *Judaico Sacerdotio*, ritibúsque abolitis) denominationem sortiti) *Parentem*, *supremúmque* ἀρχιδιακόνων.

§. 5. At quid in hâc παλιγγενεσίᾳ his fidis *Christi* sectatoribus sperandum erat? *Ut sessuri sint omnes super duodecim thronis, judicantes duodecim tribus Israëlis.* Hâc *propheticâ* & *symbolicâ*

licâ φυλαῖς ad *Philarcharum* inter *Judæos*, i.e. *tribuum Principum* dignitatem respexisse *Christum*, non est quod dubitemus. Cùm ex hoc ipso *Christi* promisso arreptâ occasione, *Zebedæi uxor* statim pro filiis suis interceſſerit, ut *unus à dextrâ, alter à sinistrâ* ejus in regno sederent. Illud enim ad *Phylarchas ἰδίως* pertinere dignoscet, quisquis eos *Regi* proximos fuisse, (sic verò inter se æquales, ut interim *Judæ* & *Josepho*, i.e. duarum istarum tribuum *Principibus πρωτεῖα* obtingerent) non ignorat.

§. 6. Hæc si cum *Augustino* ad illam *Regni Christi* partem, quæ hîc in *Ecclesiâ* exercetur, accommodari fas sit, Si, ut *Marcus* c. XIII. 30. & *Lucas* XV. 30. Mercedis hujus à *Christo* promissæ partem unam *ὁι πλείονα τούτῳ in hoc sæculo* iis solvendam affirmant, sic & præter futurum *sanctorum* judicium I. *Cor.* VI. 1. *Apostolis* etiam in terris degentibus *Cathedræ*, aut *throni ἰδίως* designati fuerint, concludi hinc pronum erit, *Dignitatem* istam, *singularem ὑπερέχουσαν* fuisse, non quâ *universi* universum *Ecclesiæ* cœtum ab *universis* administrandum susciperent, sed quâ *singuli* quasi *μεριδάρχαι tribubus singulis*, i. e. *provinciis* singularibus (quas *χληρὺς*, *ἀποστολὰς*, *ἐπισκοπὰς* promiscuè dictas videmus, *Act.* I. 17. 20. 25.) præessent.

§. 7. Utcunque verò illud sit, satis ex consequentibus manifestum est, *Zebedæi* uxorem, hanc *Phylarcharum* dignitatem sic ad ingenium suum accommodasse, ut aliquam in istâ futurâ *Apostolorum* æqualitate *πρωτοκαθεδρείαν*, aut *πρωτοκλισίαν* filiis suis, sic à *Christo χαριζομένοις*, concedi postulaverit, c. XX. 21. Huic importunæ mulieris petitioni, post ambages aliquot respondet *Christus*, hæc omnia sic à *Patre* suo disposita esse, ut nihil filiis ejus ex speciali gratiâ, aut dilectione, supra compares, accedere posset, & sic *φιλονεικίαν*, aut litem istam à *Lucâ* memoratam (quisnam eorum esset *μείζων*) hoc *Christi* responso sedari fas erat. Verùm cum hæc *Iacobi* & *Iohannis* ambitio ad reliquorum *Discipulorum* aures perveniret, ipsi æmuli, & indignabundi, hanc fratrum *φιλοπρωτείαν* ferre nequibant; Novâque jam & improvisa tempestas, à *Christo* sedanda erat, cui sic illicò remedium parabatur, v. 25.

§. 8. Vocatos ad se discipulos, eos scilicet, non qui *pares* sed qui *priores* pati nequiverant, qui ambitiosam *fratrum* petitionem adeò indignè tulerant, sic demum pacandos putavit *Christus*, Scitis, inquit, quod *οἱ ἄρχοντες τῶν ἐθνῶν κατακυριεύουσιν αὐτῶν, καὶ οἱ μεγάλοι κατεξουσιάζουσιν αὐτῶν*, *Non sic verò erit inter vos, sed qui voluerit inter vos magnus esse*, (ἔστω, sit, vel ut clariùs *S. Marcus*

X.43. ἔσαι) *erit minister vester, & qui voluerit inter vos primus esse, sit*, vel, *erit servus vester*; *Sicut filius hominis non venit* διακονηθῆναι, *ἀλλὰ* διακονῆσαι &c. Nullam scilicet tantæ impatientiæ & indignationis causam hac in re reliquis decem subesse; Cum dignitas ista *Apostolis* accessura, talis non sit, qualis inter *Gentium Dominos* adeò spectabilis exhibetur, in *lucrum* & *splendorem* regentium cedens, ideóque & *avaris* & *ambitiosis* desiderabilis, sed quæ *officium* & *ministerium*, onúsque satis molestum & ingratum, nemini certè invidendum, secum trahat.

§ 9. Hîc qui sint inter *Gentes* ἄρχοντες & μεγάλοι, satis ex *Romanorum* inter *Judæos* dominatione dignosci potuit, *Procuratoribus*, aut *Principibus provincias* sibi concreditas administrantibus, Ipsóque super illos *Imperatore* potestatem exercente; Quid verò sit κατακυριεύειν, & κατεξουσιάζειν, *Iuris Regii* I. *Sam.* VIII. 11. designatio monstrabit. Ubi *Gentium Regibus* ttibuta & vectigalia (nec tantùm φόβον & τιμὴν, sed & φόρον & τέλη, *Ko.* XIII. 7.) à subjectis debita esse, & eorum operâ atque pecuniis, omnibus *Aulæ* aut *Domus* regiæ non necessitatibus solùm, sed & *pompæ*, & σεμνοτέρᾳ, consultum fuisse, liquidò affirmatur. Illud * *Xenophonti* est ὠφελείας χάριν τῶν, *lucra* & *emolumenta* non contemnenda à subditis accipere. Illud *Christo*, διακονίας, omnia ad eorum usus à populo *suppeditata* habere; Videatur *Nehem.* c. V. 15. ubi & *panem*, & *vinum*, & *argenti siclos*, *Persarum* sub *Artaxerxe* ἡγεμόνες accipere, ipsorúmque *servi populo* κατεξουσιάζειν (quod de μεγάλοις hîc ait *Christus*) dicebantur, licet *Nehemias*, *fratréque* ejus, postquam ad eos ἡγεμονία pervenerit, hoc suo uti *jure* recusaverint.

* *Præf: ad* Κύρου Παιδ:

§. 10. Ex hoc perspicuum est, quodnam illud sit, quod de potestate *Ecclesiasticâ* mox ad *Apostolos* deventurâ, hîc *Christus* prædixerit, Unicum scilicet illud; Non eam fore, quæ in populi *bona*, aut *libertates* exerceatur, quæ eorum *possessionibus*, aut *servitiis* ad *luxum*, aut *splendorem regium* abutatur, (à quibus tamen procul abest alimonia necessaria, è *censu Ecclesiæ*, cujus sibi ἐξουσίαν, licet eâ uti noluit, ut & *Apostolis* omnibus, concessam *Paulus* profitetur, I. *Cor.* IX. 4. 6. 12.) sed quæ subditis benefaciendo, *animarum* salutem procurando, *ministrando*, inserviendo, se omnibus utilem, & fructuosam, non damnosam & gravem exhibeat. Nec igitur, aut ἀρχὴν, aut ἐξουσίαν, aut κυριότητα omnem hoc *Christi* monito prohiberi, at eam tantummodo ad *humilitatis* & *charitatis Christianæ* exemplar, & σωφρονισμὸν, tanquam ad normam exigi, & componi.

§. 11.

§.11. Ex adverſo verò, illud ſupponitur, & conceditur, ipſóque *Chriſti* exemplo (qui ſe διδάσκαλον, & ῥαββὶ eorum rectè dici affirmat, *Io.*XIII. 13.) planè comprobatur, fore ἐν ὑμῖν, in *Eccleſiâ Chriſti* μεγάλῳ, *Mat.*XX.v.26. πρῶτος v.27. μείζονας, & ἡγουμένας *Lu:*XXII.26. quibus authoritas *ſpiritualis* & *charitativa* (licet non *coactiva*, * ἀντεξουσιαστὰς, aut *deſpotica*) rectiſſimè competat. * I.Pet.V.3.

§.12. Imò ex duodecim *Phylarcharum* totidem *thronis*, totidem *Apoſtolis* aſſignatis, iiſque non totum *Iſraelem univerſis*, ſed *ſingulis ſingulas tribus judicantibus*, ut & ἐκ πρώτου & ἡγουμένων mentione (quæ *paritatem* & æqualitatem planè excludit) *ſingularem* cujuſque *Apoſtoli* ὑπεροχὴν concludendam eſſe. Adeóque nihil ex hoc loco, quovis artificio aut machinâ, deduci póſſe, vel quod poteſtatem ſeu *dignitatem* iſtam, quam *ſuper* diſcipulos in terris exercuit *Chriſtus*, ab *Apoſtolis* poſt *Chriſti* exceſſum in alios exerceri vetet, vel quod *ſingularem* & monarchicam *Chriſti* in univerſam *Eccleſiam* πρωτοσίαν, cum *ariſtocraticâ* plurium in quavis particulari *Eccleſiâ* ἰσοβαθμίᾳ, aut *paritate* commutandam, aut confundendam eſſe arguat.

§.13. Quod vidiſſe, & agnoviſſe * *D. Blondellum* non dubito, * *Præf:* p.49. cùm productis omnibus, aut *Chriſti*, aut *Apoſtolorum* contra καταχειριζόντας locis, (*Mat.* XX. 26. I. *Pet.*V. 2. I.*Cor.*III. 12. II.*Cor.*I.24. &c.) plura ſtatim *Iohannis Chryſoſtomi*, & *Gregorii Nuzianzeni* dicta adjungenda, & accommodanda putaverit, quæ vel ad τὸ ἱερᾶν πρωτείαν, φιλαρχίαν, ad τὸ † θρόνου ἀξιοῦν, διδασκαλικὸν, vel ad τὸ † ἀνυποφόρους ἢ τυραννον ἐν τοῖς τοῦ Θεοῦ λόγοις εἶναι, † ὄφρυ ἄιρειν, &c. i.e. ut brevi dicam, quæ vel ad *ambitionem*, vel ad *faſtum* pertinent, quibus certè *Epiſcopum*, imò *Chriſtianum* quemlibet abſterrendum eſſe *D. Blondello* lubentiſſimè largiemur.

Cap. III.

*Poteſtatis Clavium donatio, Mat.*XVI. 19. *Poteſtas in domo regiâ, Iſ.*XXII. 20. *Clavis domus Davidis, Apoc.*III.7. *Poteſtas in terris, Mat.*IX.6. *Apoſtolis, dein Epiſcopis Eccleſiæ univerſæ competens, Apoc.*XXII. 3. *Thronus Dei & Agni. Apoſtolorum* XII. *throni, Mat.* XIX. *Poteſtas Clavium Petro ut perſonæ ſingulari data. Sic & Apoſtolis ſingulis, Mat.*XVIII. 18. *Io.*XX.23. Γλῶσσαι πυρὸς *Act.*II.3. (אש *Iſ.*V.24.) *ſuper ſingulos.* Πέτρος & *lapis. Apoſtoli ſinguli θεμέλιοι Apoc.* XXI.14.17. *Nihil hîc Petro peculiare. Poſt Apoſtolos Epiſcopi. Cypriani teſtimonium, ut & Irenæi, Tertulliani,*

Iuani, Athanasii, (τετυπωμένοι) Basilii, Ambrosii, Augustini, Pacciani, Theophylacti, Oecumenii, Episcopos Apostolorum successores &c.

§. 1. ISTis sic dispositis, ut *Presbyterandrum* quodvisnodo causæ prodesse nequeant, proximo loco ad ea dirigendi sunt oculi, quibus potestas *Clavium*, à *Christo* in *Apostolos* collata, describitur.

§. 2. Ea inprimis per modum μεταλήψεως *Mat.* XVI. 19. *Petro* promissa est, *Ego*, inquit *Christus*, *dabo tibi claves regni cælorum, & quicquid ligaveris in terrâ, ligabitur in cælo, & quicquid solveris in terrâ, solvetur in cælis.* Ad quæ verba *S. Chrysostomus*, *Christus*, inquit, hâc potestate induendos censuit, καθάπερ τις βασιλεὺς ἄρχοντας ἀποστέλλων, ἐξουσίαν εἰς τὸ δεσμωτήριον ἐμβαλεῖν, καὶ ἀφεῖναι δῆσαι, sicut *Rex Principes* aut *Procuratores ad provincias mittens, iis in carcerem conjiciendi, & absolvendi potestatem dat.*

§. 3. De hâc *potestate Clavium*, quænam sit, aut quibus terminis claudatur, quæ sit *cælorum* & *terræ*, triumphantis & militantis *Ecclesiæ* ἁρμονία, & *concentus*, aliisque multis, quæ ad hanc de *Clavibus* materiam pertinent, (& quæ nos fusiùs, tractatu jamdudum integro, sed patrio sermone, Novatoribus nostris opposuimus) non erit hîc disquirendi locus. Paucula tantùm, ὡς ἐν παρέργῳ, notanda sunt.

§. 4. *Primò*, Hâc *Clavium potestate*, ex ritu *Iudæorum*, *authoritatem* in *domo regiâ singularem* denotari, sic enim *Is.* XXII. de *Eliakimo Hilkiæ filio* prædicit *Deus*, *vocaturum* se *servum suum* &c. v. 20. *stolâ, cingulóque regiis induturum eum, regiménque*, i. e. *supremam universæ domus Regiæ* οἰκονομίαν, aut *administrationem in manus ejus traditurum*, sic ut *Pater domus Iudæ* &c. futurus sit, v. 21. tandémque in signum tantæ *dignitatis & potentiæ*, *Clavem*, inquit, *Domus Davidis super humerum ejus ponam*, Ex quibus statim sequitur, *Quæ aperturus sit ille, clausurum neminem, quæ clausurus, neminem aperturum*, i. e. singularem eam *domus regiæ* procurationem, quæ in *admittendo*, & *rejiciendo*, familiámque integram administrando consistit, ita ad eum pertinere, ut quemlibet ad libitum & arbitrium suum admissurus, & excluſurus sit.

§. 5. Hæc certè *potestas* primariò, & independenter *Christo* ipsi rectissimè attribuitur, *Apoc.* III. 7. ὁ ἅγιος καὶ ἀληθινός, ὁ ἔχων τὴν κλεῖδα τοῦ Δαβὶδ, *Sanctus & verus, habens clavem Davidis* &c. utpote cui omnis *in cælo & in terra* ἐξουσία, at signanter *peccata*

solvendi

ſolvendi aut remittendi *poteſtas*, eáque *ἐδόθως in terris, Matt.* IX. 6. *à Patre tradita eſt.*

§. 6. Hanc itidem *Apoſtolis* competiiſſe nemo, quod ſciam, dubitat; *Univerſæ* verò poſt *Apoſtolos* in omne ævum *Eccleſiæ*, ſi quis eam eripiendam aut derogandam cenſuerit, poſt alia multa (eáque notiora, quàm ut hîc ad nauſeam recoquenda ſint) conſulat, ſi placet, illud *Oraculi* divini veriſſimum, licèt (ut cæteræ prophetiæ iſtius particulæ) aliquanto obſcuriùs reſponſum, *Apoc.* XXII. 3. Ubi de *Eccleſiâ* (ut alibi fuſiùs nos monſtraſſe putamus) *univerſâ*, poſt *Imperatorum* nomina *Chriſto* data, prædictum illud [*πᾶν γεγραμμένον ἐν βίβλῳ ζωῆς*] tunc quidem futurum, ut omnibus *Chriſtiani* nominis opprobriis & propudiis, ſingulis *de diſciplinâ Chriſtianâ recedentibus*, prolapſis ſcilicet in facinora, quorum conſcii in *Eccleſiam* per *baptiſmum* admittendi non erant, c. XXI. 27. in *Eccleſiâ* locus non ſit, ſub *Cenſuris* verò *Eccleſiæ* cadant, cùm tamen de morigeris *Chriſti ſervis* illud ſtatim pronuntietur, v. 4. *ὄψονται τὸ πρόσωπον αὐτοῦ videbunt faciem ejus*, ex *Eccleſiâ* rejiciendi non erunt, ſed [*nomen Chriſti in frontibus ipſorum*] inter profeſſos *Chriſti ſervos*, quibus *herile nomen* in *fronte* inſcriptum, reputabuntur. Quam ad rem ὁ θρόνος τοῦ Θεοῦ, καὶ τοῦ ἀρνίου, *thronus* non *Dei* tantùm, ſed & *Agni*, i.e. *Chriſti* v. 3. *Poteſtas*, & tribunalia, *Imperatoria* ſimul, ac *Eccleſiaſtica*, (iſta à *Deo Patre*, hæc à *Chriſto filio* originem ſuam habentia) *ἐν αὐτῇ ἔσται, in Eccleſiâ erunt*, ſeu permanſura ſunt. At iſthæc παρέργως nec affirmanter dicta ſunt.

§. 7. Hæc igitur poteſtas illis etiam non immeritò tribuitur, quos *ſucceſſores* & Vicarios *in terris* ſuos, familiæ ſuæ *Patres*, aut *Œconomos* (ſic *Epiſcopi* appellantur *Ignatio Ep: ad Epheſ:*) hâc ipſa *clavium* donatione *Chriſtus* conſtituturus erat. Unde eſt illud *Chryſoſtomi* περὶ ἱερωσ: l. III. *Epiſcopos* eſſe *fidos* illos, in *Parabolâ*, *Chriſti ſervos, quos familiæ ſuæ Deus præponit.* Et hæc ſanè omnia cum promiſſo *Chriſti* de ſeſſione *Apoſtolorum* ſuper *duodecim thronis* mox ſequente, c. XIX. aptiſſimè concordant, quatenus *judicandi*, & *gubernandi* in *Eccleſiâ* poteſtas *Phylarchica*, regiæ (ei ſcilicet quæ ſoli *Chriſto* noſtro in cœlis regnanti competit) proxima, denotatur, adcóque ab iis, quæ ibi dicta ſunt, pleniorem lucem accipiunt, quam & mox illis redditura ſunt.

§. 8. *Secundò*, & quod præſentem materiam magis attingit, Hanc *Clavium poteſtatem* (ut ex mandati aut diplomatis *Chriſti* verbis patet) *Petro*, i. e. *perſonæ ſingulari* hîc promiſſam eſſe,

Dabo,

Dabo, inquit, *Tibi*, & *quicquid ligaveris* (*Tu*) *quicquid solveris* (*Tu*) *ligabitur & solvetur*. Quod *ligat Petrus*, *Apostolus Christi singularis*, id, nullo mortalium obstante aut intercedente, *ligatum* affirmat *Christus*; *Quod solvit Petrus*, *Apostolus* itidem *singularis*, id sine alterius cujusvis *Apostoli* intercedente suffragio, *solutum* affirmat *Christus*. Nec secus quidem fecisse *Petrum* historia *Actuum* monstrat, *Ananiam* quippe, *Sapphiram*, & *Simonem Magum* solus *Petrus ligavit*, *Act.* V. & VIII.

§. 9. *Tertiò*, Quæ ex vi verborum *Christi*, *Mat.* XVI. 18. ad *Petrum* singulatim pertinere videtur, eam aliis, *Apostolis singulis* (si non ex eo, quòd *Petrus* non suo solùm, sed *omnium sodalium* nomine responderet ad quæstionem à *Christo* omnibus ex æquo propositam, v. 13. & 15. saltem) ex vi verborum c. XVIII. 18. antequam *Claves dabuntur*, ὅσα ἐὰν δήσητε, in *plurali*, & *Jo.* XX. 23. ex ipsa, quâ dabantur, formulâ, ex æquo competiisse. Cùm enim *potestatis* hujus c. XVIII. 18. ex aliâ caulâ mentio iteretur, ut & *Jo.* XX. 23. (ubi addito solenni ἐμφυσήσεως ritu, tradebantur, quæ hîc promissa sunt) palam est eam in plurali, non uni *Petro*, sed *Apostolis* indefinitè omnibus promissam esse, [Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅσα ἐὰν δήσητε] *Amen dico vobis quæcunque ligaveritis*, &, λέγει αὐτοῖς, *dicit illis*, Ἂν τινων ἀφῆτε, *Quorumcunque solveritis* &c.

§. 10. Et quandoquidem, quæ initialiter per *Christum* facta sunt, posteà per actualem *Spiritus* descensum complenda erant, (ἐμφυσᾷ γὰρ Χριστὸς ὡς τινὰ τελείαν δωρεὰν τοῖς ἁγίοις πεδίμαλον νῦν αὐτοῖς νέμων, ταύτην γὰρ ἐν τῇ Πεντηκοστῇ ἔμελλε δώσειν, ἀλλὰ πρὸς ὑποδοχὴν τοῦ πεδίμαλον ἑτοίμους αὐτοὺς ποιῶν, *Spirat in eos Christus, non ut perfectum spiritus donum jam illis tribuens, hoc enim in Pentecoste facturus erat, sed ad recipiendum spiritum idoneos eos faciens*, inquit * *Theophylactus*) Illud itidem notandum est, in die tandem *Pentecostes*, cùm ἅπαντες (*omnes*, & *singuli* quidem *Apostoli*) *simul essent*, & *factus ex cœlo sonitus totam, ubi residebant, domum impleret*, *Act.* II. 3. διαμεριζόμεναι γλῶσσαι ὡσεὶ πυρὸς, *linguas, quasi ignis divisas*, i. e. flammarum, ad numerum duodecim *Apostolorum*, totidem particulas, *linguarum* formam referentes singulas (quod in *flammis* divisis, adeóque in *Pyramidalem* formam festinantibus frequenter conspicitur, ideóque ex *Hebræorum* idiomate *flamma* לשון אש *lingua ignis* nuncupatur, *Is.* V. 24.) visas illis esse. Has verò *singulatim* (ἐκάθισε, inquit *Lucas*, non, ut γλῶσσαι quæ immediatè præcesserant, in *plurali*) ἐφ' ἕνα ἕκαστον αὐτῶν, *super unumquemq*; *illorum sedisse*, aut manssisse,

* *in Joh.* XX.

ſiſſe; ἐξ ἐπιδημίας ἁπάντων, *& omnes*, inquit *Lucas*, ſingulique *Spiritum ſanctum impletiſſent, & coeperunt loqui peregrinis linguis*, &c.

§. 11. Sic cum *Simon Cephas*, aut Πέτρος i.e. *Lapidis* agnomine inſigniatur (eo enim, in *Maſculino lapidem* ab *Homero* appellati notum eſt, *Iliad.* ν. Ἀμφιλόκῳ τε πέτρῳ, quem ſtatim affirmat πολὺ μείζονα λᾶαν, ut & *Il.* σ. & υ.) *Lapidis* ſcilicet, in quo hæc *Sancta civitas, de cœlo deſcendens, nova Hieroſolyma*, i.e. *Eccleſia Chriſti* fundaretur, palam eſt *Apoſtolos* ſingulos eodem titulo dignoſcendos proponi, *Apoc.* XXI. 14. *Murus civitatis habens duodecim* θεμελίους *fundamenta, & ſuper illis* XII. *nomina* τῶν δώδεκα Ἀποστόλων, quorum ſinguli, reſpectu hujus in *Eccleſia poteſtatis*, & *dignitatis*, aliqui πυρῳ λίθῳ, *Lapidi*, eique *pretioſo*, ſingulatim comparanturi Ὀ θεμέλιος πᾶσι & λίθοις, &c. v. 18. Imò cum *murus civitatis*, vel *Eccleſiæ* accuratè menſuratus, CXLIV. ne. *duodecies duodecim cubitis* conſtaret, patet æqualem μέτρον ſingulis *Apoſtolis* aſſignari. Sed his, & talibus non immoramur.

§. 12. Ex quibus omnibus ſic compoſitis, illud illicò exurgit, *poteſtatem* hanc, quâ *Petrus* ex verbis *Chriſti* donandus prædicitur, etiam ſingulis *Apoſtolis* & tum, & poſteà promiſſam, poſt reſurrectionem verò *Chriſti* initialiter traditam, tandem in adventu *Spiritus ſancti*, ſingulis ſingulatim & actualiter obtigiſſe. Quod diſertis verbis *Theophylactus* * edixit. Εἰ γὰρ καὶ πλέον μόνου ἔιρηκε τὸ Δώσω σοι, ἀλλὰ καὶ πᾶσι τοῖς Ἀποστόλοις ἔδωκε, *Licet Petro ſoli dicebatur, Dabo tibi, omnibus tamen Apoſtolis dabatur.* Idque *Presbyterani*, qui nullum *Petro* præ reliquis *principatum* aut πρωτεῖα concedunt, libenter, uti ſpero, mecum agniturí ſunt, nec in re conceſſâ pluribus opus eſt. * *in Mat.* XVIII.

§. 13. Hæc omnia quàm directè & immediatè ad ſententiæ noſtræ confirmationem pertineant, malo *Cypriani*, quàm meis verbis teſtatum facere.

§. 14. *Dominus*, * inquit, *noſter, cujus præcepta metuere & obſervare debemus, Epiſcopi honorem, & Eccleſiæ ſuæ rationem diſponens, in Evangelio loquitur, & dicit Petro, Ego tibi dico, Quia tu es Petrus, & tibi dabo claves regni cœlorum, & quæ ligaveris &c. Inde per temporum & ſucceſſionum vices Epiſcoporum ordinatio & Eccleſiæ ratio decurrit, ut Eccleſia ſuper Epiſcopos conſtituatur, & omnis actus Eccleſiæ per eoſdem gubernetur. Cùm hoc itaque divinâ lege fundatum ſit, miror quoſdam audaci temeritate, &c.* Sic & *Ep.* 68. *Diligenter de traditione divinâ, & Apoſtolicâ obſervatione obſervandum eſt, & tenen-* * *Epiſt.* 27.

dum. Ut ad ordinationes rite celebrandas, ad eam plebem, cui præpositus ordinatur, Episcopi ejusdem provinciæ proximi quique conveniant, & Episcopus deligatur. Et quod ad potestatis *Episcopalis* singularitatem attinet, *Ep:* 52. *Actum suum disponit, & dirigit unusquisque Episcopus, rationem propositi sui Domino redditurus.* Et, quod ad *superioritatem*, & eminentiam *super presbyteros*, *Ep:* 35. *Promovebitur quidem (Presbyter Numidicus) cum deus permiserit, ad ampliorem locum religionis suæ.*

§. 15. Consulatur itidem *Cyprianus* antiquior. *Irenæus*, *Successiones*, inquit, *Episcoporum, quibus Apostolicam, qua in unoquoque loco est, Ecclesiam tradiderunt.* Contra *Hæres:* l. IV. c. 63. &, *Omnes ii (Novatores* hæretici) *posteriores sunt quàm Episcopi, quibus Apostoli tradiderunt Ecclesias*, l. V. c. 20. &, *Habemus annumerare eos, qui ab Apostolis instituti sunt Episcopi in Ecclesiis* &c. l. III. c. 3. & ibidem de *Româ*, διὸ τοὺς ὑπὸ τούτους τεταγμένους τὴν ἐπιστολὴν τὴν Μαρκέλλου Ἀποστόλου Λίνῳ τῷ ὑπὸ τοῦτον λειτουργίαν ἐπιτετραφότι, & *Polycarpus ab Apostolis in Asiâ, in eâ quæ est Smyrnis Ecclesia constitutus Episcopus.* & l. IV. c. 43. *Qui cum successione Episcopatus, charisma veritatis certum acceperunt.*

§. 16. Et *Tertullianus*, *sicut Smyrnæorum Ecclesia Polycarpum ab Johanne collocatum refert*, &c. *utique & cætera exhibent, quos ab Apostolis in Episcopatum constitutos, Apostolici seminis traduces habent.* De *Præscr:* c. XXXII. &, *Percurre Ecclesias Apostolicas, apud quas ipsa adhuc Cathedræ Apostolorum suis locis præsident, habes Corinthum, habes Ephesum, habes Philippos, habes Romam*, c. XXXVI.

§. 17. Nec aliter magnus *Athanasius Ep: ad Dracontium, Officium*, inquit, *Episcopi inter ea est ἃ ὁ Κύριος διὰ τῶν Ἀποστόλων ἐτύπωσε, quæ Christus per Apostolos efformavit*, in ipsorum scilicet personis hoc primùm τύπῳ, seu *charactere* impresso, dein per illos, in personis aliorum, ad omne ævum, *Episcoporum*, (qui ideo verè ex usu sæculi istius, phrasique *Basilio* non incognitâ τετυπωμένοι dici possent) unde conclusio statim illa, ideóque ἀναπόδραστος τῷ ὀφείλοντι ἐν τύπῳ Ἰησοῦ Χριστοῦ, *Episcopo juxta Christi legem obsequium præstari oportere.* &, *Qui functionem*, inquit, *Episcopi contemnit, καταφρονεῖ τῆς διδασκαλίας Σωτῆρος, Servatorem, qui eum ordinavit, contemnit.*

§. 18. Sic *Magnus Basilius* Ἐπισκοπὴν (*Episcopatum*) ἀποστολείαν τῶν Ἀποστόλων, & ἀποστολείαν Ἀποστολικὴν nuncupavit: ipsos quippe *Apostolos* ἀποστολεία istâ à *Christo* donatos, alios itidem sibi in eâdem successores instituisse.

§. 19.

§. 19. Sic *Sanctus Ambrosius*, *Claves illas Regni cœlorum in Beato Petro cuncti suscepimus Sacerdotes*, i. e. *Episcopi*; Et, *Episcopus à Domino ordinatus est*; Et, *Deus ipsum ordinem tibi largitur, de Dign: Sacerd: c. 6. & 5.*

§. 20. Sic & *Augustinus Ep: 44. Radix Christiana societatis per sedes Apostolorum & successiones Episcoporum certè per orbem propagatione diffunditur.*

§. 21. Imò & ipse *Hieronymus* in *Psal:* XLV. *Quia Apostoli à mundo recesserunt, habes pro illis Episcopos filios.*

§. 22. Sic *Pacianus Ep: 1.* ad *Sympronianum. Ad Petrum locutus est Dominus, ad unum ideò, ut unitatem fundaret ex uno.*

§. 23. Et *Theophylactus* in *Mat.* XVIII. Ἐχωρίσαι ἐξουσίαν δοθῆναι καὶ ἄλλοις ὡς καὶ Πέτρῳ ἐπισκοπικῆς ἀξιώσεως χάριν.

§. 24. Et *Oecumenius*, Πᾶσιν δὲ ὁμοίως ἐπίσκοποι, καὶ ἐκ διαδοχῆς, quatenus scilicet *Apostolis Spiritus sancti* descensu ordinatis succederent.

§. 25. Non numerabo testes in re testatissimâ. Instar multorum unicus *Cyprianus Antiquissimus Episcopus & Martyr*, à quo non pauca ad rem suam adaptari voluit *D. Blondellus*, quàm commodè aut fœliciter, ex hoc indicio cuivis judicandum relinquo.

CAP. IV.

Mat. XXVIII. 19. *Apostolorum singulares* κλῆσεις, τόποι &c. *Act.* I. 25. Ἐπισκοποι καὶ πρεσβύτεροι. *Ignatii & Hieronymi testimonium. Apostoli Episcopi erant. Cathedræ Apostolorum. Testimonium Cypriani, Epiphanii, Pseudo-Ambrosii, &c. Tres Ordines conjuncti in Apostolis, Mar.* III. 14. *Lu.* XXII. 19. *Jo.* XX. 23. *Mat.* XXVIII. 19. *Spiritus Eliæ requiescens super Elizeum, Num.* XI. 17.

§. 1. PErgo ad novissima abiturientis *Christi* verba, *Mat.* XXVIII. 19. Πορευθέντες οὖν μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, *Euntes, ad discipulatum vocate* vel disciplinâ & fide imbuite *gentes omnes*, Resurrectionem *Christi* omnibus testatam facite, & *Evangelio* per omnes *oras* enuntiato, discipulos congregate, congregatos βαπτίζοντες, & διδάσκοντες, v. 20. primò in *Ecclesiam* per *baptismi* ritum recipite, dein omni doctrinæ salutaris genere imbuendos curate.

§. 2. Illud itidem sine dubio, non *universorum* ad omnes, sed *singulorum* ad singulas mundi plagas, ut ad totidem *provincias*,

aut κλῆρος administrandæ professione præstandum erat, ἀφ' ὧν τοῦτο, τῆς ἐκείνου καλέσεως τὸ μέρος, inquit *Sanctus Chrysostomus*, *suæ unicuique quam ornaret, assignatâ Provinciâ.*

§. 3. Quod & factum juxtà videmus, cùm *Act.* 1. *Matthias* in traditoris *Judæ* locum surrogandus, & à *Domino* eligendus proponatur; λαβεῖν τοῦτον τὸν τῆς διακονίας ταύτης, καὶ ἀποστολῆς, *ut hujus* i.e. singularis *Administrationis* & *Apostolatus sortem accipiat*, simúlque πορευθῆναι εἰς τὸν τόπον τὸν ἴδιον v. 25. (sic ut verba ista non ad *Judam* defunctum, sed ad successorem ejus superstitem pertineant, adeóque cum præcedente λαβεῖν conjungantur) ut ad *locum*, i. e. *provinciam* propriam, aut peculiarem, aut singularem proficiscatur.

§. 4. Nec enim ab universo *Apostolorum collegio*, simul, & per tarda molimina, sedes movente, plantari per orbem omnem *fides Christi* potuit, fundari *Ecclesiæ*, leges ubique ferri, *Censuræ* exerceri, ordinari *Presbyteri*, διεισμὸς certè adeò copiosus, & tam longè latéque diffusus, divisis singulorum operis, susceptísque non tàm peregrinationibus, quàm exiliis indigebat, nec aliter tam brevi spatio tam asperum δολιχοδρόμιον impleri potuit, aut *sonitus* eorum in *universum mundum exire.*

§. 5. Res clarior est, quàm ut confirmationibus indigeat, Πορεύεσθαι *singuli* tanquam ad μονομαχίαν, non ut ad πόλεμον *universi* jubentur. Et dum quisque sic intellecto *Christi* mandato, τὸν τόπον τὸν ἴδιον sibi adornandum suscepit, ubique à singularibus *Apostolis* seminata fides, plantatæ *Ecclesiæ*, & ab iisdem dein, ut *Episcopis* administratæ; Et sic ubique *unitas servata est.*

§. 6. Quibus cùm à *Christo* additum meminerimus, se illis (itidem *singulis*) *diebus omnibus usque ad sæculi consummationem* (ideóque non *Apostolis* tantum singulis, sed eorum successoribus) *adfuturum* esse, commodissimum erit quod hìc recitetur * *Hieronymi* dictum; * alibi ex *Com. in Psal.* XLV. prolatum, *Constituisse Christum in omnibus finibus mundi, Principes Ecclesiæ, scilicet Episcopos*; simúlque *Ignatii* illud, Ἐπισκόπους τοῦ κατὰ τὰ πέρατα θεσθήναι, Ἰησοῦ Χριστοῦ γνώμῃ ὑφ).

* *Dissert.* II. c. 29.

§. 7. *Apostolos* quippe singulos ex hâc *Christi* missione, seu mandato, *Ecclesiarum*, quas ipsi plantarunt, *Præfectos*, eósque singulares, i.e. *Episcopos* constitutos esse.

§. 8. Nec putabo me, cùm sic affirmaverim, ξενὸν τι novum, aut inauditum aliquid protulisse, sed illud ipsum, quod in *Ecclesiâ Christi* per omne ævum satis vulgatum & agnitum fuit.

§.9. Sic *Apostolica Jude* & dein *Matthiæ* functio à *Septuaginta* & vulgato *Interprete*, *Episcoparus* dicta *Psal.* CVIII. eadem etiam à *Lucâ* ἐπισκοπὴ appellatur, *Act.* I. 29.

§.10. Sic *Cyprianus Ep:* 65. *Apostolos*, i.e. *Episcopos, & Præpositos Dominus elegit.*

§.11. Sic de *Petro* & *Paulo Epiphanius* l. I. contra *Carpocr:* ἐν Ῥώμῃ γενόμενοι πρῶτοι Πέτρος καὶ Παῦλος, οἱ Ἀπόστολοι αὐτοὶ καὶ ἐπίσκοποι.

§.11. Sic *Hilarius Sardus*, vel quisquis ille est, authoritatis quidem non eximiæ, sed *D. Blondello* æstimatissimus scriptor, sub *Ambrosii* nomine, in *Eph:* IV. *Apostoli Episcopi sunt, Caput itaq; in Ecclesiâ posuit Apostolos. Ipsi sunt Episcopi, firmante illud Petro Apostolo* [*& Episcopatum ejus accipiat alter:*] & in versum 29. *Nunquid omnes Apostoli? Verum est, quia in Ecclesiâ unus Episcopus*, & in I. *Cor.* XII. *Quia sub uno Deo Patre sunt omnia, singulos Episcopos singulis Ecclesiis præesse decrevit.*

§.12. Sic *Scriptor Quæstionum* in *Vet: & Novum Testamentum, Quæst:* 97. *Nemo ignorat Episcopos Servatorem Ecclesiis instituisse. Ipse enim priusquam in cœlos ascenderet, imponens manum Apostolis, ordinavit eos Episcopos.*

§.13. Sic *Gildas*, verbis à *D. Blondello* ad rem suam productis. *Sanctus Matthæus Episcopatum sortitus est.*

§.24. Tandémque *Gabriel Philadelphensis*, περὶ τῶν β' διαφ: non suo tantùm sed *Ecclesiæ Græcæ* nomine, Φανερὸν, inquit, ἐστὶν, ὅτι οἱ Ἀπόστολοι ἦσαν ἐπίσκοποι. *Apostolos Episcopos fuisse manifestum est, S. scilicet Johannem in Asiâ, S. Andream in Achaiâ, S. Thomam in Indiâ.*

§.15. Res omnis dilucidior futura est, si quatuor *Evangelicæ historiæ* spatia, totidémque *Evangeliorum* periodi simul posita, singulatim primò, dein uno quasi intuitu, conspiciantur, *Mar:* III. 14. *Luc:* XXII. 19. *Jo:* XX. 23. *Mat:* XXVIII. 19. quibus singuli gradus, quibus ad *Apostolatum* à *Christo* evecti sunt sigillatim describuntur, Primo loco, *Mar:* III. 14. *duodecim*, à *Christo* ad potestatem aliquam, & quasi ad *Diaconatum*, primum seu infimum *ordinem*, electos aut assumptos videmus, καὶ ἐποίησε δώδεκα, ἵνα ὦσι μετ' αὐτοῦ, *& fecit*, i.e. *constituit duodecim, ut perpetuò cum ipso essent*, sicut apud *Judæos*, *Prophetis discipuli* adscisebantur, qui cum itidem, ex more Gentis, ὑπηρέται, *famuli*, aut *ministri prophetarum* essent, ad omnia *domestica* aut familiaria διακονήματα, aut *ministeria* obeunda parati (quod * statim plu- * c. 5.

ribus dicetur) quidni duodecim hac primâ electione aut constitutione, διάκονοι πεποιημένοι, *facti* aut *constituti Diaconi* dicantur, ex quo & annuntiandi *Evangelium* (ad quod δύο δύο emissi, *Mar:* VI. 7.) & *baptizandi* etiam potestatem (*Diaconis* utramque in *Ecclesia* assignatam) iis competiisse videas? *Jo:* IV. 2.

§. 16. Secundo loco *Luc:* XXII. 19. *Sacramenti* (i. e. *Cœnæ Dominicæ*) conficiendi potestas iis disertè concessa est, his ipsis *mandati*, quasi *diplomatis*, verbis, τοῦτο ποιεῖτε &c. Quam non *Diaconis*, sed *Presbyteris* tantùm competere *Ecclesia Christi* semper voluit.

§. 17. Tertio loco *Jo:* XX. 21, 22, 23. totius familiæ ἡγεμονὴ, aut *principatus*, in ipsâ *clavium* promissione ante promissus, immediatè ante ipsius exitum, singulis *concredebatur*, cum ἐμφυσήσας diceret, λάβετε πνεῦμα, ritu etiam *Judæis* non incognito, cùm *Elizæus* sic *Eliæ* in *prophetico* munere successisse dicatur, II. *Reg:* c. II. *Spiritu* quippe *Eliæ*, ut hîc *Spiritu Christi* (quem *accipi* ab iis jussit, & qui postea in eos descendit) in eum *considente*, aut *requiescente*, v. 15. Quod & de *Apostolis* singulis disertè affirmatur, ἐκάθισεν ἐφ' ἕνα ἕκαστον αὐτῶν, *Act.* II. 3.

§. 18. Ubi illud etiam advertendum est, non hîc *de Spiritu Christi auferri* (particulam scilicet aliquam) & *Apostolis tradi*, qualiter factum videmus *Num.* XI. 17. cum *Presbyterorum Synedrium Mosi* in adjutorium accesserit, ut *sustentent tecum onus populi*, & *solus non graveris*, sed *Spiritum* (quasi integrum) à *Christo* in ipsos, eósque singulos *descendere*, ab illis *accipi*, supra illos *considere*, & ita *supremam*, vel *Episcopalem Christi* in *Ecclesia* potestatem, singulis commissam esse.

§. 19. Quod verò quarto loco sequitur, πορευθέντες τὴν μαθητεύσατε, *Mat:* XXVIII. 19. id planè in *regitivâ* ista ἐξουσίᾳ, à *Christo Apostolis* priùs commissâ fundabatur, *Omnis*, inquit, *potestas in cœlo & terrâ mihi data est*, adeóque omnis in *terrâ* vobis commissa, πορευθέντες ὖν, *euntes ergo*, *discipulos congregate* &c. Quod quidem ad *Apostolicum* munus, quatenus eo *Evangelii* per totum terrarum orbem *prædicandi* officium designatur, pertinebat, sic ut, distinctè loquendo, qui priùs *Diaconorum*, *Presbyterorum*, *Episcoporum potestate* induti erant, jam denique *Apostoli* hoc sensu *constituerentur*.

CAP. V.

CAP. V.

Potestas in Ecclesiâ soli Episcopi ab Apostolis communicata. Tres objectionum species, quæ Presbyterianis favere putantur. Septuaginta, Discipuli, non Apostoli. Prophetarum discipuli, παῖδες Ministri, præcursores, Mat. III. 11. *Johannes Baptista discipulus Christi, ideòque Apostolis minor, Mat.* XXVI. 18. 20. *Lu.* X. 1. *Mat.* XI. 10. *Septuaginta in discipulorum numero substiterunt, donec vel ad Apostolatum, vel ad Diaconatum, vel ad minus Evangelistarum admoverentur. Tria Blondelli Argumenta in contrarium expenduntur. De rebus gestis soli Historiæ fides debetur. Petitio principii. Septuaginta discipulorum, quâ talium, nulla in Ecclesiâ Apostolicâ authoritas. Duplex missio ἀρχόντων & ἀρχόντων. Responsio ad primum, ad secundum, ad tertium, ad quartum à Nicolao proselyto petitum argumentum. Proselytorum duo genera, γνήσιοι, fœderis, portæ. Proselyti fœderis, iidem cum Judæis. (μονότροχον ὄχημα Eph: II. 14.) Sichimitæ, Achior, Nabuzaradan, Urias, Herodes, Regnum Proselytorum, Nicolaus. Talibus Evangelium Christus annuntiabat. Via Gentium,* Γαλιλαία ἐθνῶν, *Mat.* IV. 15. *σεβόμενοι ἐπαμιξίοι. Fœderis filii, Act.* III. 5. *Ἑλληνισταὶ χῆραι, Act.* VI. 1.

§. 1. EX istis sic positis illud statim certissimum, & lucidissimum exurgit, His duodecim, in terris, *Christi vicariis*, ejus mandato aut diplomate munitis, eâdemque ratione à *Christo* missis, quâ ille à *Patre* mittebatur, adeò omnem in *Ecclesiâ* authoritatem in solidum, & in integrum commissam esse, ut non ea cuivis mortalium (demptis pauculis, quos *Deus* ipse per *sortilegium*, ut * *Matthiam*, vel voce de cœlo, & mandato *Spiritus Sancti*, ut † *Saulum* & *Barnabam*, *Apostolicæ* dignitatis participes fecerit) rectè tribui possit, nisi quem *Apostolorum* aliquis in profectionibus, aut provinciis ipsorum, aut immediatè, aut mediatè, in potestatis & authoritatis suæ participationem, aut *successionem* admiserit. Hos verò sic admissos, sic ipsis *succedentes*, *Episcopos*, aut singulares *Ecclesiarum Præfectos* fuisse, *Antiquissimi Ecclesiæ* scriptores à nobis producti, satis liberaliter testati sunt, mox, cùm occasio tulerit, cumulatiùs facturi.

* *Act.* I. 24.
† *Act.* XIII. 2.

§. 2. Libet hîc aliquantisper pedem figere, & paucula per modum *Appendicis* annectenda curare, quæ quavis ratione contra thesim hanc objici aut obtendi posse videantur.

§. 3. Ea autem ad tria potissimùm capita reducenda erunt, Primò quæ à *Septuaginta Christi*, dum in terris esset, discipulis; Secundò, quæ sub *Apostolorum* ævo, ab *Evangelistarum* officio; Tertiò, quæ ex *antiquæ Ecclesiæ* monumentis de *Presbyterorum* & *Chorepiscoporum* authoritate, concludi posse putantur.

§. 4. Hæc omnia paucis hîc proponenda (quamvis loco fortassis

tassis non suo) & adversus ea thesin nostram muniendam & propugnandam putavimus.

§.5. Ad *Septuaginta* quod attinet, Palam est, εος τ μαθητων, non Αποστολων, *Discipulorum*, non *Apostolorum Christi Classi* accensendos esse, imò, cùm *discipuli* essent, non tamen τοις δωδεκα, qui propiùs ad *Christum* accesserunt, & ad *domestica* quasi *ministeria* & quotidiana officia assumpti sunt, exæquandos.

§.6. Ad *discipulos Prophetarum* inter *Judæos* pertinebat, ut *Prophetis ministrarent*, & inservirent, sic *Josua Mosi*, *Ex*:XXIV. 13. *Eliæ Elizæus*, I. *Reg*:XIX.2. ideóque προφητων παιδες, *Prophetarum filii* dicti, eodem *Hebraismo*, quo παιδες & υπηρετ, *filii* & *ministri*, aut *servi*, pro *Synonymis* usurpantur.

§.7. Hos itidem ad negotia ipsorum à *Prophetis* missos constat, at ιδιωτας, *præcursorum*, aut fœcialium more, ipsis in profectionibus *præivisse*. Sic cum *Johannes Christi prodromus*, se *indignum* esse affirmet, ut ejus, qui *post eum veniebat*, *calceos gestaret*, *Mat*. III. 11. patet ad *discipulorum* morem respici, qui ut *calceos gestare*, & ad servilia opera adhiberi, sic & *præire Prophetis* solebant.

§.8. Sic de *Septuaginta Lucas*, qui solus inter *Evangelistas* eorum meminit, c.X. 1. disertè affirmat, *Christum* illos αποστειλαι προ προσωπου αυτου, *ante faciem suam misisse* (sic ut de *Baptistâ* dicebatur, *Christi* αγγελον *nuntium* fuisse, *ante faciem ejus missum*, *qui præpararet viam ejus ante eum*, *Mat*.XI.10.) εις πασαν πολιν και τοπον, ου ημελλεν αυτος ερχεσθαι, *ad omnem civitatem & locum*, *quò Christus iturus erat*.

§.9. Hanc certe *Christi missionem*, ab eâ, quæ postea duodecim *Apostolis* contigit, longè differre, ex prædictis liquet. Nec illud fortassis indignum erit, quod hîc reponatur, *Baptistam* ipsum, licèt clarissimè ante alios omnes, *Christum* annuntiaret, digitóque quasi demonstraret, & ob id, *natorum inter mulieres maximus diceretur*, & *prophetâ major*, θειοτερος, aut θειοτερον τι, *Mat*.XI.9. ampliùs quicquam sibi cõmissum habens, quàm quod *prophetis* contigerat, adeò tamen *Apostolis Christi* inferiorem censeri, ut de eo pronuntiet *Christus* μικροτερος εν βασιλεια των ουρανων, *eum qui minimus in regno cœlorum futurus esset*, i. e. *Apostolorum Christi ultimum*, αυτου μειζονα ειη, *illo majorem esse*, v.8.

§.10. Cum istis optimè omnia, quæ aut in *Evangelio* aut *Actis*, aut apud antiquos de *Septuaginta* leguntur, concordant.

§.11. Ex illorum numero *Matthiam* post excessum *Judæ Christique*

Christique ascensionem, ad *Apostolatum evectum* esse non ambigimus, *Act.* I. (exemplo quidem *Presbyteranorum* ἐπισκοπῆς pessimè ominante) ideóque ut *Barsabam*, sic & alios omnes, quibus ad fastigium illud ascendere non contigit, in numero *discipulorum*, non *Apostolorum* substitisse.

§. 12. Alios statim *septem*, ad *Diaconatus* in *Ecclesiâ Hierosolymitanâ* gradum assumptos esse, Alios dein non paucos ad *Evangelii* prædicationem, seu, quod dicitur, *Evangelistarum* munus obeundum, ab *Apostolis* sibi adjunctos, *Antiquorum* non pauci affirmârunt.

§. 13. De *Diaconis* testatur *Epiphanius*, aliíque, Nec illud sanè cuivis à partium studio alieno improbabile videbitur, cùm septem isti ante hanc surrogationem, ἄνδρες μαρτυρούμενοι, & πλήρεις πνεύματος ἁγίου καὶ σοφίας dicantur, v. 3. & præ aliis *Stephanus*, ἀνὴρ πλήρης πίστεως, καὶ πνεύματος ἁγίου, v. 5. statímque πίστεως καὶ δυνάμεως *fidei* & *potentiæ*, i. e. *miraculorum* dono præditus, v. 8. (quod de *Septuaginta* illis dicebatur *Lu.* X. 17.) ex quo sequitur eum τέρατα, & σημεῖα μεγάλα fecisse. Sic & *Philippus* prædicasse statim *Evangelium*, & *miracula* fecisse, adeóque omnem *Samariam* ad fidem convertisse legitur, c. VIII. 6.

§. 14. Verùm illud *D. Blondello* displicuisse, non est quod dissimulem. Ille *tribus argumentis* omnem *Epiphanio* authoritatem derogari, simúlque rem omnem confici credidit, *Apol.* p. 113. *Primum* est, Quòd, *cùm sacrilegii à Romanæ Ecclesiæ Legatis, approbante etiam toto Concilio Chalcedonensi, incusaretur, qui Episcopum ad Presbyterorum gradum detrudere moliretur, majoris sacrilegii genus censendum sit, Apostolatu functos ad Diaconatum detrudere. Secundum*, Quòd *absurdum sit, & pietati contumeliosum, Primitivorum Ecclesiæ ipsam hæreticorum descriptionem aptare, disciplinæ prostrationem pertendere, ordinationésque Apostolicas, adeò inconstantes fingere, ut instituti à Christo verbi præcones, gradu suo statim deturbari putentur, sic ut dici posset, Hodie Apostolus, cras Laicus erit, mox ex Laico Diaconus futurus. Tertium*, Quòd *insaniæ fuisset non mediocris, si ex eodem collegio alios (ut Barnabam Apostolum dictum) vel præcipuo cultu dignati essent, vel intaminatis honoribus saltem fulgere sivissent, immerentes alios, indictâ causâ præcipites dedissent, quos postea profano fastidiò conculcarent.*

§. 15. Certè novæ sunt hæ argumentandi formulæ, [*Sacrilegium est, absurdum, pietati contumeliosum*, tandémque *insaniæ*

(Quantæ?) *genus.*] Sic certè *Rhetores*, non *Logici* loqui amant, qui *Satyras*, non qui *syllogismos* nectunt. Aſt alii è contra non pauci, nec *sacrilegi*, nec *vesani*, *Epiphanii sententiam*, per omnia & rationi, & pietati consentaneam asserunt, nec igitur quicquam fidentiori negatione *D. Blondellus* lucratus est, nisi ut nobis testatum faceret, quædam impia & ἀναίδεια *D. Blondello* censeri, quæ aliis cordatis viris multò secus videntur.

§. 16. At *secundò* vir *doctissimus* denuò monendus est, nihil rationi magis dissentaneum esse, quàm ut rei gestæ *historia*, ad quamvis trutinam aut examen præter eam, quæ testibus fide dignis peragitur, exigatur, aut ut quod *testimoniis* comprobatum est, sub quavis *impietatis*, aut *insaniæ* specie refelli, aut redargui posse putetur.

§. 17. Illud hâc in lite, ut & in aliis omnibus inter nos & *D. Blondellum* pro concesso ponetur, *Apostolos* nihil *impium* & *insanum* admisisse, Dubitamus tantum de facto, an illi ita vel secus fecerint, ex eo, *Christi*, qui *Apostolorum* corda regebat, sententiam, adeóque *pietatem* & *sanitatem* dogmatis æstimaturi, Hoc autem de facto, vel non facto ζήτημα, non *rationibus* sed *testibus* disceptandum est.

§. 18. Nos, *Stephanum* & *Philippum*, è 70. *Christi* discipulis fuisse, *Epiphanio* teste, *Patre*, inquit *D. Blondellus*, *Optimo*, probamus; *D. Blondellus* nullius mortalium testimonio, præterquam suo usus, *sacrilegium* & *absurdum* inclamans, ἀνοσιώτατον *Epiphanium*, licet *Optimum Patrem*, nos *insanire* affirmat.

§. 19. Absit ut nos contumeliæ isti talionem reddamus, illud tantùm additurí, verissimè ab *Aristotelis* interpretibus dictum esse, τὸ ἐν ἀρχῇ ἀληθὲς, ὅταν τι δείκνυσι δι' ἑαυτοῦ, πρωτὸς δι' ἄλλου δείκνυσι, nec igitur incongruum esse, si qui sententiam suam non alio quàm *affirmationis* suæ argumento, aut testimonio confirmandam putaverit, *principium postulasse*, non demonstrasse, censeatur.

§. 20. *Tertiò* autem ad argumenta, vel potiùs *Paralogismos D. Blondelli* singulos respondemus, hoc uno prælibato, *Septuaginta Christi* discipulos, licet ad tempus à *Christo* emissi fuerint, non tamen (quod ait *D. Blondellus*) ad *Apostolicam* functionem vocatos esse, nec certè *Apostolos* fuisse quales duodecim, aut quatenus eo titulo authoritas aut ἐξουσία, *potestas* aut *principatus* in *Ecclesiâ* notatur; *Duplicem* enim *missionem* fuisse prædiximus, *nuntiorum* & ἡγεμόνων, ἐφόρων, & ἀρχόντων, *vulgarem* & *solennem*, priorem *Mat.* XI. posteriorem *Io.* XX. descriptam & collatam;

tam; priorem, ut *Christo* per civitates proficiscenti, tot *faciales* & *prodromi* præcurrerent, posteriorem, ut *Christo* terras relinquenti in gubernandâ *Ecclesiâ* succederent. Illam, πρώτιστον, & quamprimum ad *Christum* reverterentur, *Lu:*X. 17. sponte suâ, jubente nemine, finiendam, Hanc, in *Apostolis* & *successoribus* eorum, ad *mundi consummationem* duraturam, Hanc igitur, *clavium* donatione signatam fuisse, *spirationis* aut ἐμφυσήσεως ritu quodammodo *traditam*, verbis *solennibus* [*Sicut Pater misit me, Ego mitto vos, & Recipite Spiritum sanctum, & Quorum remiseritis &c. & Ite & μαθητεύσατε omnes gentes*] *comprehensam*, & clarissimè (quæ fuerit potestas ea, & ut ab omni, seu ipsis, seu aliis quibuscunq; communicatâ potestate, divisa) *explicatam*, tandémque *potentiæ* & *sollicitudini* divinæ, ipsis nunquam defuturæ pollicitatione, *firmatam* & *suffultam*.

§. 21. Hinc factum est, ut cùm hi ab ipso *Christo Apostoli* dicantur, *Lu:*VI. 13. eóque dignitatis & eminentiæ nomine ab *Evangelistis* dignoscantur, *Mat.* X. 2. *Lu.* XVII. 5. XXII. 15. XXIV. 10. & in *Actis* ubique. Illi nullo nisi ἑτέρων ἐβδομήκοντα, *Lu.*X. 1. & τῶν ἐβδομήκοντα v. 17. titulo, & fortassis subiectâ ἀνδρῶν ἡμῶν ἐν παντὶ χρόνῳ συναλθόντων periphrasi, *Act.*I. 21. noscantur, nec alibi in *Scriptura* memorentur; ideóque ab *Ecclesiasticis* scriptoribus, *Clemente*, *Eusebio*, aliisque, μαθηταὶ semper (quorum & πολὺ πλῆθος ubique memoratur) nullibi, quod sciamus, *Apostoli* nuncupentur.

§. 22. Hinc & illud factum est, quòd cùm *Apostolorum* nomina enumerentur *Act.*I. cùm *duodenarius* numerus totidem *thronis* à *Christo* donandus, tantâ cum curâ integer servetur, ut avulso, vel occidente uno non deficiat alter resurrectionis *Christi* μάρτυς, *Act.*I. 22. priorum tamen nomina ipsa ingens caligo obtexerit, affirmante inter *Antiquos Eusebio*, τῶν ἐβδομήκοντα μαθητῶν πολλὰ λοιπὸν ἀδήλα ἀδιάφθορα φέρειν, *Septuaginta discipulorum Catalogum nusquam recenseri.* *Eccl: hist:* l. I. Kep. ια'.

§. 23. His sic prælibatis, ad *primum argumentum* facilis responsio est, Eos, qui ex 70. discipulis *Diaconos septem* allectos affirmant, *Emissarios*, seu *ministros Christi*, (sed non *Apostolatu functos*) ad *Diaconorum* gradum (in *Ecclesiâ* non contemnendum) allectos asserere; Id verò non est [*Detrudere ad Diaconatum*] Ideóque quamvis ἔσχατον εἰς πρεσβύτερον καθίσαι καθέδραν, *detrusionem Episcopi ad Presbyteri gradum*, ἱεροσυλίας *sacrilegii genus* esse *D. Blondello* lubentissimè largiamur (& omnem tanti sceleris

sceleris invidiam ab eo procul averti cupiamus, nullam tamen *sacrilegii* speciem *Apostolis*, qui ex *Discipulis* ad *Diaconatum* aliquos ascendere jusserunt, sine ipso *sacrilegio*, imputari posse existimamus.

§.24. Ad *secundum* pariter, Huic *Diaconorum*, ex *Septuaginta discipulorum* numero, *surrogationi*, nullam *hæreticæ conversationis descriptionem* aptari posse, nullam *disciplinæ prostrationem* sequi, nullam levitatis, temeritatis, *inconstantiæ* labem isti *Apostolicæ* ordinationi affingi; nec enim prius *Apostolos*, aut *Episcopos* fuisse, sed *discipulos* & *ministros Christi*, qui tunc ad *Diaconorum* gradum sufficiebantur.

§.25. Ad *tertium* itidem, *Nullius insaniæ esse*, siquis unum ex *Septuaginta*, *Matthiam* scilicet (& ut rem gratam *D. Blondello* faciamus, *Barnabam*) ad *Apostolatum*, gradum in *Ecclesiâ supremum*, *Dei καρδιογνώστα ἀναδείξει*, electum esse, alios verò *septem*, ad *inferiora* munera, ab *Apostolis* ordinatos, aut constitutos affirmet; neminem quippe hoc facto, (aut dictâ, aut) *indictâ causâ præcipitem dari*, neminem *profano fastidio conculcari*.

§.26. Hæc verò omnia à *D. Blondello* satis fastidiosè, & intemperanter dicta esse, non est quod jam queramur, cùm contra consultissimum *Epiphanii* testimonium, sententiam suam (nullâ authoritate munitam, nullâ rationum momentis à *κακοδοξίας* censurâ redimendam) alio quàm verborum clypeo tueri non potuerit; Huic certè causæ ipsius non aliter propagandæ necessitati imputandum est, quòd *μαθηταῖς* in *Ἀποστόλους* leviter mutatis, sine omni probatione, aut exemplo, *Apostolicam* illis *functionem* tribuerit, cui unico *τῷ ἑνδεκάτῳ ἀπλίῳ* reliqua omnia superstruenda erant.

§.27. At & inter alia ad hanc materiam consarcinata, quartum apud * *D. Blondellum* contra hanc nostram sententiam argumentum occurrit, *Nicolaum* scilicet è *Diaconis* unum, *Proselytum* fuisse, *Quem*, inquit, *ad Apostolicam functionem ab initio vocasse Christum, absurdum censebitur, cùm Apostolos ad Gentilem ullum, aut Samaritanum divertere, exerto mandato prohiberet Christus, Mat.X.5.*

* *Apol: Hieron:* p.106.

§.28. Facilis itidem responsio, 1. *Functionem Apostolicam*, quatenus ea *Authoritatem* in *Ecclesiâ* significat, *Nicolao* nunquam, nec alteri cuivis, sub illâ sæculi parte, præter 12. *Apostolos*, competiisse.

§.29. Secundò, *Proselytorum* (*Hebræi* גרים, & inde *Græci* γήθεας,

γυδαῖς, *Eusebius γειώρας ὀνομάζει, Peregrinos Israëlitis permixtos* nuncupat) duo genera fuisse, 1. גרי ברירה, seu צדק, *Proselytos Fœderis*, seu *Justitiæ*, 2. גרי שער *Proselytos Portæ* appellatos. *Proselyti Fœderis, Circumcisionem, Lotiones, Sabbata, & Mosaicos* ritus omnes, adeóque integram *Judæorum* religionem (sic ut apud *Mahumedanos Mamluchi*) suscipiebant, (cùm aliis sola *filiorum Noæ* præcepta observanda proponerentur) ideóque cooptari in *Ecclesiam Israël* à *Rabbinis*, in *morem Judæorum transgredi* à *Tacito* dicebantur, *Hist.* l. V. Et ut infantes recèns nati, consanguinitatibus omnibus prioribus exuti, & παλιγγενεῖς, *Judæorum* prærogativæ participes fiebant, idem *Templi* atrium ingrediebantur (cùm *Proselyti Portæ*, atrio *Gentilium*, ab atrio *Judæorum* μεσοτοίχῳ τῷ φραγμῷ, inquit *Apostolus Eph.* II. 14. χείσῳ, ὀρίγγῳ, inquit *Iosephus*, separato, & diviso continerentur) adeóque per omnia (nisi quòd *Parentibus Ethnicis* nascebantur) cum *Judæis* exæquabantur. * *Eccl: Hist:* l. I. c. ζ'.

§. 30. Sic *Justinus*. Περσὴλύτῳ ὁ πρεσβύτερος, εἰς τῶν λόγων προσκεχώρηκεν, ὅτιν ὡς αὐτόχθων, *Proselytus circumcisus, si populo accesserit, est tanquam inquilinus.* Quod & à *Juliano* de omnibus *alienigenis*, cujuslibet civitatis mores assumentibus, affirmatum videmus, λέγω δὴ, inquit, ὅτι κἂν ἀλλαχόθεν τυγχάνωσι, τῷ μετέχειν ἁπάντων ἤδη τῶν πολιτευμάτων, καὶ τοῖς ἔθεσι καὶ νόμοις χρῆσθαι, πολλῷ μᾶλλον, *Etsi aliunde orti sint, tamen omnes, eo quòd ejusdem vitæ rationis participes sint, moribúsque istic receptis & legibus utantur, pro civibus habendi sunt.* * *Orat:* I. p. 9.

§. 31. Tales *Proselyti Sichimitæ* fuerunt, talis *Achior*, *Judit:* XIV. 10. ideò *apponi ad domum Israël* dictus, Talis *Nebuzaradan*, ait * *Gemara*, talis *Urias Hethæus*, talis *Herodes Idumæus*, cujus ad posteros deductum regnum dicitur מלכות גרים *regnum Proselytorum*, Talis denique *Nicolaus*, de quo nunc loquimur. * *Sanhedr:* in. c. XI. §. 24.

§. 32. Talibus autem *Justitiæ*, & *Fœderis Proselytis*, æquè ac natis *Judæis*, *Christum* miracula & verbum suum impertiisse, tandémque post fidem receptam, ministerio ipsorum uti potuisse, nemini incredibile erit, qui *Matthæum publicanum*, adeóque *Gentilibus* exæquatum, ad *Apostolatum* ipsum admissum adverterit.

§. 33. Quod autem ex *Mandato Christi*, *Mat.* X. 5. concludi optavit *D. Blondellus*, longè abest, ut concludatur. Ibi enim à *Christo* præcipitur, non, ut ait *D. Blondellus*, *ne ad quemlibet*

Gentilem, aut Samaritanum divertant, sed tantùm ne ad *viam Gentium, Galilaam* puta in *confinio Gentium, Tyri,* & *Sydonis* positam (dictámq; Γαλιλαίαν τ̃ ἐθνῶν, *Mat.*IV.15.ex *Ioel.*IV.4. ubi גלילות *Gentilium*, à *Chaldæo* תחומי, *confinia*, à *Græco* Γαλιλαία ἀλλοφύλων redditur) ut nec ad *Samaritanorum civitatem* abeant, sed *Iudæam* solummodò peragrent, (cui *primò* ex decreto *Dei, Fides Christi* annuncianda erat, & in quâ tot *civitates* & vici erant, ut *non* priùs *omnes peragraturi sint quàm Filius hominis venturus esset*, v. 23.) Quod qui faciunt, nihil impedit, quo minus *Proselytos* in omnibus *Iudææ* civitatibus ἐπιμίκτους, sacrorum omnium, ipsiúsque *Fœderis* participes, (fortassis & *fœderis filios*, ut ii filiis *Abrahami* carnalibus contradistinguuntur, *Act.*III 5.appellatos) ad *fidem* vocarent.

§.34. Certè *Nicolaum* ad *Diaconatum* inter primos assumptum esse satis patet, *Act.*VI. Quod cùm tam exiguo spatio post prædicatum primò *Evangelium* factum sit, diúque ante *fidem à Petro Antiochiæ* (unde *Nicolaus* oriundus erat) annuntiatum, non mirum videbitur, eos qui jam tum μαθηταὶ λόγου, & *pleni Spiritu sancto, & fide* dicebantur, tales & tantos viros ipsius *Christi* tempore fuisse, ut *ministerio*, & famulitio eorum, satis commodè uti potuerit.

Cap. VI.

Evangelistæ ex Septuaginta Discipulis allecti. Barnabas, Thaddæus, Sosthenes, Marcus, Lucas. Evangelistis Diaconi exæquati. Timotheus & Titus Evangelistæ non erant. Evangelistæ munus ad χειροτονίαν non extendebatur. Εὐαγγελίζεσθαι *ut differat à* διδάσκειν. *Act.*XV.35. Λόγου & διδασκαλίας. I.*Tim.*V.17. Εὐαγγελίου ἔργον, II.*Tim.*III.5. *Episcopi etiam Evangelizabant.*

§.1. VIndicato igitur *Epiphanii* testimonio, & authoritate, & argumentis *D.Blondelli* contrà militantibus tam prolixâ accommodatâ responsione, Ad *Evangelistas, Apostolorum* συνεργοὺς, & εὐαγγελιστὰς pergamus; Quorum itidem non paucos ex *Septuaginta discipulorum* classe assumptos testantur antiqui. Illud de *Barnabâ* (priusquam ad *Apostolatum* eveheretur) [1] *Clemens*, [2] *Eusebius*, [3] *Epiphanius*; De *Thaddæo* ad *Principem Emissenum* à *Sancto Thoma* misso, [4] *Eusebius*, ex monumento *Edesseno*; de *Sosthene*, [5] *Eusebius*; de *Marco* & *Lucâ*, [6] *Epiphanius*; de aliis alii, nemine, quod sciam, reclamante, affirmarunt; Nec opus est, ut plura addamus.

1 *Strom:* II.
2 *Eccl: Hist:* I.11.
3 *Hær:* XX.
4 *lib.*I.c.11,12.
5 *lib.*I.c.11.
6 *Hær:*LI.

§. 2.

§. 2. Imò cùm *Evangelista* munus in eo tantummodo positum fuerit, ut aliquis *in fide* μαρτύριον, & παῤῥησίᾳ dono à *Spiritu Sancto* imbutus, (qui cum illis ab initio prædicati à *Christo Evangelii* permanserit, *Act.* I. 21.) *Apostolis* volentibus & jubentibus, ad prædicandam fidem proficisceretur, conversos baptizandi potestatem haberet, simúlque fortassis miraculorum *charismate* donatus, morborum depulsione ad animas sanandas uteretur, & ad recipiendam fidem efficaciùs pertraheret, Si illud insuper advertatur, quod est verissimum, *Diaconorum* officium non sic ad *mensarum administrationem* restrictum esse, quin & ad ista hæc omnia extenderetur, *Act.* VIII. 5. 6. 16. in idem planè recidere palam erit quantum ad 70. *Discipulos* attinet, sive ad *Evangelistarum* (quod multi *Patres* dixerunt) sive ad *Diaconatus* gradum (quod *Epiphanio* disertim affirmanti non largitur *D. Blondellus*) ascendisse eos dicamus.

§. 3. Videatur *Pseud-Ambrosius*, (cujus testimonio adeò libenter usi sunt *D. Blondellus*, & *Cl. Salmasius*) in *Eph.* 4. *Evangelista*, inquit, *Diaconi sunt, sicut fuit Philippus*; *Quamvis non sint Sacerdotes, Evangelizare tamen possunt sine Cathedrâ, quemadmodum & Stephanus, & Philippus memoratus.*

§. 4. Adeò sine omni rationis specie à *Presbyterana* ἰσοψηφίᾳ fautoribus assumi solet, *Timotheum* & *Titum* &c. quibus *Presbyteros* in *Ecclesiis* ordinandi (ut & τὰ τὰ λείποντα ἐπιδιορθοῦν) *hæreticos excommunicandi*, pœnitentes absolvendi facultas in *Scripturis* competit, *Evangelistas* tantùm fuisse, &, ut *Evangelistas* extra ordinem missos, hæc omnia præstitisse.

§. 5. *Primò* enim, Quis, unquam mortalium ab omni retro ævo, *Timotheum Epheso*, *Titum Cretæ* à *Paulo præpositum*, non *Episcoporum*, sed tantummodò *Evangelistarum* nomine nosci voluit? Quis, extra ordinem ad *Ecclesiarum* istarum gubernacula advectos esse? Aut in re tantâ, & ante tot annorum Centurias gestâ, quis testibus recèns natis, &, contra omnem ἀδιάβλητον fidem, in re suâ testimonium ferentibus, credendum esse existimabit?

§. 6. *Secundò*, Quis *Evangelista* officium, quod ad *prædicandum* primò, quibus incognitum est, *Evangelium*, & ad vicariam *Apostolis* in profectionibus suis operam præstandam instituebatur, ad *constituendos Presbyteros*, & ad regendas *Ecclesias* pertigisse affirmavit? Certè *Philippus* post conversam prædicatione suâ *Samariam*, ipse itidem *Evangelista* appellatus, *Act.* XXI. 8. non aliam quàm *baptizandi* facultatem sibi arrogavit, *Act.* VI. 12.

impositione

impositione manuum, quâ *Spiritu sancto* imbuendi erant *fideles*, ad *Petrum* & *Johannem Apostolos* reservatâ, v. 14.

§. 7. Imò *tertiò* notari etiam illud poterit, vocem εὐαγγελίζειν (ut & κηρύσσειν *Mar.* XVI. 15. & μαθητεύειν, *Mat.* XXVIII. 29.) sic à voce διδάσκειν difficam esse, *Act.* XV. 35. ut illa ad *Evangelii primam promulgationem*, hæc ad *fidelium confirmationem*, & *institutionem* ἰδίως accommodetur. Sic *Apostoli Act.* V. 42. & διδάσκειν dicuntur, & εὐαγγελίζειν, *docere eos qui* jam converſi fuerant, *Evangelizare* autem aut *prædicare Fidem Christi*, quibus nondum innotuit. Sic & λόγος τῆς διδασκαλίας, I *Tim.* V. 17. λόγος ad *Infideles*, & extra *Ecclesiam* positos (videatur II. *Cor.* V. 19. *Mat.* XIII. 19. *Mar.* II. 2. & IV. 14. *Act.* IV. 4. & VI. 2.) διδασκαλία ad *fideles*, & intra *Ecclesiæ* pomœria manentes, ſpectabat.

§. 8. Hinc igitur rectè, ſub iſto ævo, inter *Doctores* & *Evangeliſtas* differentia colligitur, *Eph.* IV. 11. [τοὺς δὲ εὐαγγελιστὰς, τοὺς δὲ ποιμένας καὶ διδασκάλους] *Evangeliſtis* ad *plantandum* ubivis *Evangelium* emiſſis, *Doctoribus* verò (aut quod idem eſt, *Paſtoribus*) huic fundamento ſuperædificantibus, adeóque *Chriſtianos* in fide roborandos, & intra ovile retinendos curantibus, Quos quidem *Epiſcopos* fuiſſe, & præ aliis omnibus dignos exiſtimatos, quibus διπλῆ τιμὴ *duplex alimonia* obtingeret, I. *Tim.* V. 17. ſimúlque *præfectura*, & *Authoritas* in *Eccleſiâ*, ſeu *Epiſcopalis* dignitas & eminentia, nos poſtmodùm monſtrabimus.

§. 9. Cùm verò illud unicum hîc objici videam, moneri ſcil: *Timotheum* ut ἔργον εὐαγγελιστοῦ faciat, II. *Tim.* IV. 5. ideóque *Evangeliſtam* dicendum eſſe, Facilis quidem reſponſio eſt, *Timotheum* à *Paulo Epheſinæ Eccleſiæ* præpoſitum, *univerſam* ſibi, quod ſæpius monuimus, *Aſiam* concreditam habuiſſe, nec credentium tantùm, ſed & μελλόντων πιστεύειν, *eorum qui crediturі erant*, *Epiſcopum* fuiſſe, nec igitur *gubernandi* tantùm fidelium cœtus, ſed & nondum credentibus *annuntiandi Fidem* onus illi incubuiſſe; Illud eſt κηρύσσειν τὸν λόγον v. 2. illud Εὐαγγελιστοῦ ἔργον ποιεῖν, quod cum [διακονίαν σου] conjunctum videmus; Nec igitur ex eo *Epiſcopalem* dignitatem & authoritatem *Timotheo* abjudicari, ſed ſub eâ Εὐαγγελιστοῦ, ſic ut διακονία munus (ut inferiorem in ſuperiori gradum) comprehendi certum eſt.

CAP.

Cap. VII.

Presbyteri nihil sine Episcopo faciendi potestatem habent. Testimonium Canonis Apostolici, Ignatii, Concilii Laodicensi, Arelatensis, Tertulliani, Justini, Pseud-Ambrosii. Consignatio pro consecratione. Episcopus curator indigentium. Blondelli σοφὸν φάρμακον. Can: Ap: XXXIII. Clementis Romani dictum illustratur.

§. 1. Secundò igitur, si, (ut à *Septuaginta Discipulis* ad *Evangelistas*, sic &) ab *Evangelistis* porrò ad primi ævi *Presbyteros* (postquam *Presbyteri secundarii* instituti sunt) aliósq; id genus omnes, oculos convertamus, Patebit illud verissimum esse, & ex sententiâ universæ *Primitivæ Ecclesiæ* prolatum, quod *Apostolorum Canone* XL. sancitum dicitur, Οἱ πρεσβύτεροι καὶ διάκονοι ἄνευ γνώμης τοῦ ἐπισκόπου μηδὲν ἐπιτελείτωσαν, Αὐτὸς γάρ ἐστι πεπιστευμένος τὸν λαὸν τοῦ Κυρίου, *Soli Episcopo Populum Christi concreditum esse, nihil ideò à Presbyteris aut Diaconis sine sententiâ Episcopi faciendum esse.* Sic & *Can:* XLI. *Dispensationem collectæ* soli *Episcopo*, ut magno *Ecclesiæ œconomo*, (sic ut *oblationes Sacerdoti* in *veteri Testamento*, & *Liberalitas* Fidelium, *Apostolis Act.* IV. 34.) concreditam fuisse constat, *Presbyteris* verò, ac *Diaconis*, ab, & sub *Episcopo*, *Præcipimus ut in potestate suâ Episcopus Ecclesiæ res habeat. Si enim animæ hominum pretiosæ illi sunt concreditæ, multò magis oportet eum curam pecuniarum gerere, ita ut potestate ejus indigentibus omnia dispensentur per Presbyteros & Diaconos*, &c.

§. 2. Id etiam ab *Ignatio Martyre* aliquoties pronuntiatum fuit, in *Ep:* ad *Magnesios*, Ὥσπερ οὖν ὁ Κύριος ἄνευ τοῦ Πατρὸς οὐδὲν ποιεῖ, ὅτω καὶ ὑμεῖς ἄνευ τοῦ ἐπισκόπου, μηδὲ πρεσβύτερος, μηδὲ διάκονος, μηδὲ λαϊκὸς, *Ut igitur Dominus sine Patre nihil facit, sic & vos sine Episcopo, neque Presbyter, neque Diaconus, neque Laicus.* In *Ep:* ad *Smyrnenses*, Μηδεὶς χωρὶς τοῦ ἐπισκόπου τι πρασσέτω τῶν ἀνηκόντων εἰς τὴν ἐκκλησίαν, *Nihil scilicet* eorum quæ ad *Ecclesiam* pertinent, aut à *Diacono*, aut *Presbytero*, sine *Episcopo* fieri oportere.

§. 3. Quod & *Laodiceni Concilii Can:* LVI. sancitum est, Τὸν πρεσβύτερον μηδὲν πράττειν ἄνευ γνώμης τοῦ ἐπισκόπου, *Sine sententiâ Episcopi Presbyteros nihil facere*, Ut & *Arelatensis Concilii Can:* XIX. Nec *Presbyteris civitatis sine Episcopi sententiâ amplius aliquid imperare, vel sine authoritate literarum ejus in unaquâque parochiâ aliquid agere.*

§. 4. Et ne ad *Actus* tantùm eminentiores, *Canones* hos pertinere

nere quispiam putet, dilucidè itidem *Ignatius* noster, De *Eucharistiâ*, ad *Smyrnenses*, Ἐκείνη βεβαία εὐχαριστία ἡγείσθω, ἡ ὑπὸ ἐπίσκοπον οὖσα, ἢ ᾧ ἂν αὐτὸς ἐπιτρέψῃ, *Ea Eucharistia firma reputetur, quæ ab Episcopo celebratur, aut ab eo cui Episcopus licentiam concesserit.* De *Baptismo* & *Eucharistiâ* simul, οὐκ ἐξὸν ἐστι χωρὶς τοῦ ἐπισκόπου οὔτε βαπτίζειν, οὔτε προσφέρειν. *Non licet sine Episcopo, aut baptizare, aut offerre,* ἀλλ' ὅταν ἐκείνῳ δοκῇ, ἵνα ἀσφαλὲς ᾖ καὶ βέβαιον πᾶν ὃ ἂν θεάρεστον ᾖ, *Sed quando illi visum fuerit, secundum beneplacitum Dei. Necessarium quippe Episcopi consensum esse, ut ratum & validum quidlibet in Ecclesiâ à Presbytero fieret.*

§. 5. Sic & *Tertullianus* de *Cor: Mil: Non de aliorum quàm de Præsidentium manu Eucharistiam sumimus* (quod idem sub πρεσβυτέρων nomine affirmat *Justinus Martyr Apol:* II.) & *de Bapt: Dandi baptismum jus habet summus Sacerdos, qui est Episcopus, dein Presbyteri & Diaconi, non tamen sine Episcopi authoritate, propter honorem Ecclesiæ, quo salvo salva pax est.*

§. 6. Sic cùm *Pseud-Ambrosius*, seu, quisquis ille fuerit, *Author anonymus Quæstionum in Vet: & Nov: Testam: In Alexandriâ, & per totam Ægyptum, si desit Episcopus, consecrare presbyterum* affirmaverit, Ex eâ libertatis hujus (ut *Ægypto* peculiaris, & tantummodo cùm abesset *Episcopus*) mentione, illud satis perspicitur, Eam *Eucharistiæ consecrandæ* authoritatem, nemini præter *Episcopum Canonicè* competiisse, dein verò *Presbyteris*, quibus *Episcopus* eam largitus sit.

§. 7. Ex quo testimonio illud etiam palam fiet, *D. Blondellum* & *Cl: Salmasium* eandem, ne quid pejus dicam, ἀβλεψίαν occupasse, cùm in altero hujus *Pseud-Ambrosii* loco, in *Eph:* IV. ab * utroque laudato [*Apud Ægyptum Presbyteri consignant, si præsens non sit Episcopus*] per *consignationem* illam, aut *confirmationem baptizatorum*, aut *pœnitentium benedictionem*, aut *ordinandorum consecrationem* denotari affirment, Quam ex antedicto loco ad solam *Eucharistiæ consecrationem* pertinere satis constat.

* *Blond: Apol: p. 57. Salmas: Apparat: ad l. de Prim:*

§. 8. De pecuniis etiam *Ecclesiæ* distertim cavetur *Can: Apostol:* XLI. Δεῖ τὸν ἐπίσκοπον &c. *Oportet Episcopum curam pecuniarum gerere, ita ut potestate ejus indigentibus omnia dispensentur per Presbyteros & Diaconos.* Et initio *Canonis, Præcipimus ut in potestate suâ Ecclesiæ res habeat*, quomodo de πρεσβυτῶν *Justinus, Apol:* II. Συλλεγόμενον οὖν τὰ τῶν προεστῶτι ἀποδίδοται, καὶ αὐτὸς ἐπικουρεῖ ὀρφανοῖς τε καὶ χήραις &c. καὶ ἁπλῶς πᾶσιν ὧν χρείᾳ ἔστι κηδεμὼν γίνεται, *Collecta*

Collecta apud ipsum deponitur, Ille autem omnium indigentium curator est. Quâ de re *Polycarpum Ignatius* monendum censuit, Μᾶλλον Κύριον οὐ χηρῶν φροντίζειν δεῖ, *Episcopus viduarum curator esto.* Et certè in universum *Apost: Can:* XXXIX. *Omnium negotiorum Ecclesiasticorum curam Episcopus habeat.*

§. 9. Horum omnium *Canonum* vim, uno σοφῷ φαρμάκῳ tollendam curavit *D. Blondellus*, *Presbyteros* scilicet *æquo propemodum jure cum Episcopo in omnibus interveniſſe, adeò ut nec ipsis sine Episcopo, nec Episcopo sine ipsis agere quicquam fas erat.* Et ne hoc ab eo sine omni probabilitatis specie dictum putetur, duo testimonia antiquissima ab eo producta sunt, Primum, ex *Can: Apost:* XXXIII. *Episcopo cuique Metropolitæ, & analogicè singulis, hanc apertissimam legem latam esse,* Μηδὲ ἐκεῖνον ἄνευ τῆς πάντων γνώμης ποιεῖν τι, *ne ille sine omnium sententiâ quicquam faciat.* Secundum, ex *Clementis Romani* ad *Corinthios Epistolâ*, τὰ προστασσόμενα ὑπὸ τῶν πλήθους ποιεῖτω, *quæ à multitudine ordinata sunt, faciat.*

§. 10. Quàm candidè & ingenuè hîc se gesserit *D. Blondellus*, paucis videndum est. Integri *canonis* verba hæc sunt, Ἐπισκόπους &c. *Episcopos Gentium singularum scire convenit, quis inter eos primus habeatur, quem velut caput existiment, & nihil amplius sine ejus sententiâ gerant, quàm illa sola singuli, quæ παροικίας ἰδίας, diœcesi propriæ, & villis quæ sub eâ sunt, competunt, sed nec ille sine omnium sententiâ faciat aliquid, sic enim unanimitas erit,* &c. Manifestum est, vocem πάντων non ad *Presbyteros*, sed ad reliquos *Gentis* aut *Provinciæ Episcopos* respicere, Quæd. m scilicet esse, quæ ad propriam uniuscujusque *Episcopi diœcesim* pertinent, ea à *singulis Episcopis*, sine respectu ad quemvis, seu *Primatem*, seu *Coepiscopum*, rectè fieri, Quædam verò esse, quæ rectè administrari non unius tantùm *diœceseos*, sed & *universæ Gentis*, aut *Provinciæ* interfit. Ea verò sine *Metropolitæ* sententiâ non rectè fieri, imò ad unitatem *Ecclesiæ* multum conferre, ut id genus omnia ex sententiâ omnium *Coepiscoporum* fiant.

§. 11. Nec fœliciùs certè *D. Blondello* cessit, quod ex *Clemente* produxit testimonium. Videatur itidem locus, *seditionem* contra *Presbyteros Ecclesiæ Corinthiacæ*, imò *Episcopos Ecclesiæ Achaicæ* (ut patebit cùm ad *Clementem* descenderimus) motam, sic compesci voluit vir Sanctissimus. Διχοῦ, inquit, ἡ πλὰξ διχοῦ &c. *Turpe est, imò valde turpe, firmissimam, antiquamque Ecclesiam* δύο προσώπων ἕνεκεν σαλεύειν, *propter unam aut alteram personam*

adversus Presbyteros seditionem concitare. Τίς ὢν ἐν ὑμῖν γενναῖος; τίς ἔυσπλαγχνος; τίς πανηγυροφοβούμενος ἀγάπης; ἐπάτω, εἰ δι' ἐμὲ σχίσεις, καὶ ἔρεις, καὶ χίσματα, ἐκχωρῶ, ἄπειμι, ἃ ἐὰν βούλησθε, καὶ ποιῶ τὰ συμφέροντα τοῖς πολλοῖς, μόνον τὸ πρόσωπον τῆς Ἐκκλησίας εἰρηνευέτω καὶ ἡ πρὸς ἐμὲ διαλλαγὴν ἀποβλέπων, *Quis inter vos generosus? Quis ad misericordiam pronus? Quis charitate præ aliis imbutus? sic dicat, si in mei gratiam seditio, contentio, schismata fiant, Ecce secedo, quocunque vultis abeo, & quæ à multitudine præcipiuntur, facio,* (Ego scilicet omnia in vestram gratiam facturus, aut passurus sum, non opto in meam vos quippiam seditiosè faciatis) *ovile tantùm Christi cum Presbyteris constitutis pace fruatur.*

§. 12. Nihil hic de *Episcoporum* potestate aut jure, nihil de *Presbyteris Episcopo* adæquandis, Clara omnia, & ab eo, quod hinc concludi voluit *D. Blondellus*, æquè ac *Indi* à *Gadibus*, longè remotissima.

Cap VIII.

Ancyranus Canon, XII. *Chorepiscopi. Cathedræ. Acrii argumentum à Cathedris Presbyterorum. Ancyranus Canon.* I. *Non omnis Cathedræ Presbyteralis mentio,* ἰσοτιμίαν *Presbyteri & Episcopi concludit. Prima Episcopi Cathedra cum Authoritate in Presbyteros conjuncta. Duodecimi Canonis Ancyrani varia lectio. Chorepiscopi qui.* Παροικία, Ἐκκλησία παροικοῦσα Ῥώμην, *apud Clementem.* Περὶ χωρῶ & *ad Episcopum Civitatis pertinet. Bonum Altare. Altare contra altare. Cathedra Episcopi non nisi in urbe. Clementis Romani locus in contrarium à Blondello adductus.* χώρα, *ejus variæ acceptiones. Archiepiscopi, Sardicensis Canon. Vicani cum ubicis eadem Ecclesia. Episcopi vicani diu post Apostolos. Episcoporum vicarii. Chorepiscopi aliquando Episcopi, postea non.* Περιοδευταὶ, χειροτονίαν ὁπηνικάτε λαβεῖν, *quid sit. Antiochenus Canon decimus explicatus contra Blondelli mentem. Ordinatio Episcopalis sine titulo. Chorepiscopi ad formam S. Pinaginta Discipulorum,* περιοδευταὶ *unde dicti, Notatus Salmasius & Gretserus. Antiocheni Canones à Blondello detorti. Chorepiscopis non licebat Episcopum, Presbyterum aut Diaconum ordinare. Canonis de Chorepiscopis genuinus sensus. Basilius de Chorepiscoporum authoritate. Dilemma de Chorepiscopis.*

§. 1. VErùm & aliud est quod hic à *Presbyteranis* produci & magnifieri video, *Canon* scilicet ille *Ancyrani Concilii duodecimus*, qui de *Chorepiscopis*, & *Civitatis Presbyteris* agens, ipsorum cum *Episcopis* ἰσοβαθμίαν stabilire censetur.

§. 2. Et quandoquidem in istis fuerimus, non putabimus nos rem omnem confecisse, donec *Walonis*, & *D. Blondelli* vestigiis inhærentes, *Canonem* hunc ad calculos nostros revocaverimus:

Canonis

Canonis verba sic à *Walone Messalino* proponuntur, Χωρεπισκόπους μὴ ἐξεῖναι προβυλέρους ἢ διακόνους χειροτονεῖν, ἀλλὰ μηδὲ πρεσβυτέρους πόλεως χωρὶς τῆς ἐπιτραπείσης αὐτοῖς παρὰ τοῦ ἐπισκόπου γραμμάτων ἐν ἑκάστῃ παροικίᾳ, *Chorepiscopis non licere Presbyteros aut Diaconos ordinare, sed neque Presbyteris Civitatis, sine permissione ab Episcopo per literas factâ in unaquaque parochiâ.* p 304.

§. 3. Hîc *Presbyteros à Presbyteris* ordinatos cerni clamat *Walo. Chorepiscopos enim nihil aliud fuisse præter Episcopos vicarios, & ab antiquo id nomen retinuisse, cùm Presbyteri omnes dicerentur Episcopi, alioquin absurdum videri posse, quod Episcopi subjicerentur Episcopis.* Concludit igitur, etiam sub *Ancyrani concilii* temporibus magnam inter *Episcopos* & *Presbyteros* æqualitatem duraſſe.

§. 4. Quod ex eo etiam concluſum putat, quòd ejuſdem *Concilii Ancyrani Canone* 1. *Presbyteris Cathedra aſſignatur, cùm de Presbyteris agens,* τοὺς μὲν πρώτους τῆς τάξεως καθέδρας μεταλαγχάνειν, *honorem,* inquit, *propriæ cathedræ retinere iis concedat,* προσφέρειν δὲ, ἢ ὁμιλεῖν, ἢ ὅλως λειτουργεῖν τι τῶν ἱερατικῶν λειτουργιῶν μὴ ἐξεῖναι, *offerre verò, aut alloqui populum de ſuggeſtu, aut qualicunque Sacerdotali officio fungi iis licere non vult.* Dein ſubſumit, *Cathedra propriè eſt Epiſcopalis, & ſæpe occurrit in collatione Carthaginenſi, ſi igitur participes & conſortes honoris Cathedræ Presbyteri cum Episcopo, hinc ſequitur,* ὡς ἐν πλέον *habere Epiſcopos quàm Presbyteros præter* μεγαλοψυχίαν.

§. 5. Quàm hîc reſtè ex *Canone* primo aſſertionem ſuam de *Cathedræ* conſortio confirmaverit *Walo*, primò (& ἐν πρώτῳ) diſpiciendum eſt, dein ad *Charepiſcopos* &c. in *Canone* XII. procedendum.

§. 6. Et ut omnia ſtatim elucescant, Illud primò notetur, hoc ipſo *Aerium* argumento mil.taſſe, cujus hæc ipſa verba *Epiphanius* refutanda produxit, καθέζεται ὁ ἐπίσκοπος ὡς τις τύραννος, καθέζεται καὶ ὁ πρεσβύτερος, l. III. *Cont: Har:* T. I. Ad quæ ſtatim ex *Catholicæ Eccleſiæ ſententiâ Epiphanius,* Ἀρειανισμὸς πᾶν ἔμπλεον ἔχει.

§. 7. Verùm *ſecundò*, conſulatur & conſpiciatur *Canon.* Πρεσβυτέρους τοὺς ὀνομαζομένους, εἴτε παρὰ παλαιστινοὺς, μήτε ἐν μεδίᾳ τινὸς, ἀλλ' ἐξ ἀληθείας, &c. τούτους ἔδοξε τοῖς μὲν πρώτοις τῆς τάξεως καθέδραν μεταλαγχάνειν, προσφέρειν δὲ αὐτοῖς, ἢ ὁμιλεῖν, ἢ ὅλως λειτουργεῖν τι τῶν ἱερατικῶν λειτουργιῶν μὴ ἐξεῖναι. Manifeſtum eſt illud tantummodò hoc *Canone* curari, ut *Presbyteri, qui ſacrificia idolis offerendo graviter peccaverint,* poſt verò ex *pœnitentiâ* facti *ad confeſſionem Chriſti, &*

certamen, verè, & non ex simulatione aliquâ se receperint, aliquam debiti supplicii relaxationem reportarent, nempe ut *honorem quidem sedis, aut Cathedræ* (*sedis* scilicet *Presbyteralis*) retinere, aut ejus participes esse permittantur (ab officii sui dignitate neutiquam deponendi) *offerre autem*, aut *sermonem ad populum facere*, aut *sacerdotalibus officiis fungi, illis non liceat.*

§.8. At quid hic de *participatione* aut *consortio honoris Cathedræ* cum *Episcopo*? Quid de *Presbyteri* cum *Episcopo* in *aliis omnibus præter* πρεσβυτερείαν *exæquatione*? Nullus planè de *Episcopis* sermo, de *Presbyteris* tantùm indicitur, quænam scilicet illis pœnæ moderatio competat, nempe ut *honoris Cathedræ* suæ, i.e. *Presbyteralis* participes esse permittantur, si *peccati verè pœnitentiam egisse* censeantur, at aliud nihil.

§.9. Non opus est ut à *Walone* edoceamur, suas *Presbyteris Cathedras* fuisse; verùm *supra Presbyteros* omnes, sublimiorem *Cathedram Episcopo* assignatam fuisse, cujus nulla unquam *Presbytero* cuivis participatio, aut consortium fuit, si nondum perspexerit *Walo*, tandem monendus est, quod tamen ab eo satis agnitum videtur, *cùm* πρεσβυτεριάν *Episcopi* excipiat; Quâ, si *ordinis* tantùm prioritatem, sine *superioritate*, aut ὑπεροχῇ omni intelligi putaverit, sibi turpiter imponi passus est; Si verò cum *Cathedrâ excelsiori* & *honoratiori*, conjunctam etiam supra omnes *Presbyteros authoritatem*, & dignitatem, pulchrè sanè ἐπισήμια *Presbyterorum* & *Episcopi* stabilita putabitur. At de istis in re manifestâ plus satis.

§.10. A *primo* igitur ad *duodecimum Canonem* deveniamus, experturi an feliciùs *Waloni* successerit, quod à *Chorepiscopis* & *Presbyteris Civitatis* dicendum putavit, quàm quod à *Cathedrarum* mentione, quâ ad opem labascenti causæ ferendam uti voluit, petebatur argumentum.

§.11. Quâ in re non opus est, ut *Walonem* cum *D. Blondello* committendum curemus, qui hunc *Canonem* aliter legendum duxit, & ex aliorum codicum fide pro [ἐν ἑκάστῃ παροικίᾳ] ἐν ἑτέρᾳ παροικίᾳ substituit. Quid de integro *Canone* censendum sit gradatim dicemus, ab eâ, quæ ad *Chorepiscopos* spectat particulâ, exorsi.

§.12. Et *primum* quidem, quinam hi *Chorepiscopi* fuerint, paucis disquirendum est. Χωρεπισκόπων nomine *Villanos*, aut *Regionarios*, aut qui, non in *Civitate*, sed in *totâ* latè sparsâ *Regione* degunt, *Episcopos* intelligi ex vi nominis palam est. Illud etiam

voce

voce παροικίας in fine *Canonis* significatur, eâ notatur universum cujusque *Civitatis territorium*, seu *regionis* istius villæ omnes, quæ Urbis *Episcopo* subsunt.

§. 13. Sic in *Clementis Romani* ad *Corinthios Epistolæ* inscriptione, ἐκκλησία Θεοῦ ἡ παροικοῦσα Ῥώμην, ἐκκλησία Θεοῦ τῇ παροικούσῃ Κόρινθον, Ubi non solùm quæ inter *Civitatis* muros continebatur *Ecclesia*, sed & quæ in *universo territorio*, seu *suburbicariâ regione*, *Romano Episcopo* subierat, *Romam* παροικεῖν dicitur, i.e. *prope* vel juxta *urbem habitare*.

§. 14. Illud enim cuivis notum est, περίχωρον omnem, seu *regionem circumjacentem*, ad *Episcopum Civitatis* antiquitùs pertinuisse, & illi subjectam fuisse, juxta illam *Ignatiane* ad *Romanos Epistolæ epigraphen*, Ἰγνάτιος &c. τῇ ἐκκλησίᾳ, ἥτις προκάθηται ἐν τόπῳ χωρίου Ῥωμαίων, *Ignatius Ecclesiæ quæ præsidet in loco*, i.e. *in Civitate seu loco præcipuo regionis Romanorum*, Quibus verbis, *Ecclesiæ* quæ in *urbe* est, adeóque *urbis Episcopus* toti *regioni* circumjacenti *præsidere* affirmatur; *Episcopi* enim sub primis temporibus non nisi κατὰ πόλεις in *singulis urbibus*, aut oppidis principalibus constituebantur.

§. 15. Quod adeò extra omnem controversiam ponitur, ut docti viri in unius regionis *Ecclesiâ*, non nisi *unum altare* antiquitùs fuisse crediderint, juxta præscriptum *Judæorum* ritum, quibus licet plurimæ *Synagogæ*, unicum tamen *templum*, & *altare*, idq; in urbe *Hierosolymitanâ* omnibus totius gentis incolis patebat. Sic ut *Ignatius* ἓν θυσιαστήριον, & ἕνα ἐπίσκοπον in *Epistolâ* ad *Philadelphenses* rectissimè conjunxerit, & *schismatici* porrò omnes *altare contra altare* erexisse dicerentur. Consulatur *Cyprianus de unitate Ecclesiæ Ep:* XL. LXXII. LXXIII.

§. 16. Ut ut illud sit (nam in re incompertâ non est audacter nimis pronunciandum) de *Cathedris Episcoporum* non nisi in *urbibus* figendis nulla nobis nisi cum *D. Blondello* controversia futura est. Quamvis enim id omnibus notius sit, quàm ut probationibus indigeat, id tamen ille unus mortalium, aut non vidit, aut nos videre noluit, *Constitutos ab Apostolis* κατὰ χώρας *Episcopos, qui verè & propriè* ἐπιχωρίους ἐπισκόπους ἢ χωρεπισκόπους *præstarent, se, ex oculato teste Clemente asseverante, didicisse* * affirmans.

* *Apol:* p. 93.

§. 17. Verùm nihil tale aut vidit, aut testatus est *Clemens* (*oculatus testis ille*) *Romanus*, Id tantùm dixit, κατὰ χώρας καὶ πόλεις κηρύσσοντες, καθίστανον τὰς ἀπαρχὰς αὐτῶν, δοκιμάσαντες τῷ πνεύματι, εἰς ἐπισκόπους καὶ διακόνους τῶν μελλόντων πιστεύειν, *Per regiones & civitates*,

tates prædicantes Apostoli, primitias eorum in Episcopos & Diaconos eorum qui crediturі erant, constituebant.

§.18. Hîc primò de voce χώρα distingui posset, quæ quandoque cum κώμαις, quandoque cum πόλει conjuncta invenitur. Si cum κώμαις conjungatur, *Vicorum* numerum, aut multitudinem notatura est; at *Civitatum*, si cum πόλει.

§.19. Imò cum ἁπλῶς usurpetur, palam est eâ frequenter *Provinciam* integram ex pluribus civitatibus constantem significari, Sic * *Strabo* de *Asiâ*, Ῥωμαῖοι, inquit, ἐπαρχίαν ἀπέφηναν τὴν χώραν, sic & in *scriptis Ecclesiasticis, provinciâ* ex pluribus civitatibus & *Ecclesiis*, quibus singulis *Episcopi* præsunt, aggregatam, χώραν nuncupari videmus; Κυπριανὸς Ἀρχιεπίσκοπος τῆς Ἄφρων χώρας, *Concil: in Trullo, Can:* II. Et, *jampridem per omnes provincias & singulas urbes instituti sunt Episcopi, Cyprian: Ep:* LII. ubi per *provincias* instituti *Episcopi*, iis, qui per urbes instituebantur, *præpositi*, *Archiepiscopi*, non *Chorepiscopi* erant.

* *Geogr:* l. XIII.

§.20. At *secundò*, Si per χώρας, *pagorum*, aut *villarum*, aut *vicorum*, (quatenus ex *civitati* opponantur) *confinia*, à *Clemente* hîc intelligi concederemus, nihil tamen ex eo *D. Blondellus* lucraturus est.

§.21. Affirmat certè *prædicasse Apostolos* τὰς χώρας æquè ac πόλεις, Affirmat *Episcopos* & *Diaconos constituisse*, at de *Episcopis* in *regionibus* istis, & non in *urbibus* tantùm, constitutis, οὐ χὺ quidem.

§.22. Plura ad hunc *Clementis* locum, cùm eum consultò tractaret, dicenda putavit *D. Blondellus* [*Nondum*, inquit, *Clementis sæculo cuiquam in mentem venisse, quod A. D. 347. à Sardicensi Synodo primùm decretum est, Licentiam non dandam ordinandi Episcopum, aut in vico aliquo, aut in modicâ civitatulâ, ne vilescat nomen Episcopi, nec dedignatos tunc Apostolos vicanorum saluti eandem, quâ urbibus urbanisque providebant, curam impendere.*

§.23. Certè nec nos putamus *Sanctissimos viros* cujusvis salutem posthabuisse, idcóque per omnes non urbes tantùm, sed & vicos verbum prædicasse; sed quæ demum animarum *incuria*, aut *dedignatio* putanda fuit, si (ad honorem *Episcopo* conciliandum (ἵνα μὴ γένῃ ἐυκαταφρόνητος ἡ ἀρχιερωσύνη, ut de *Canone Laod:* LII. dixit *Balsamo*) & ad *Ecclesiæ* conservandam *unitatem*) *Episcoporum Cathedras* extra necessitatem multiplicandas non esse, eásque in *urbibus* tantùm, non in *villis*, aut *pagis* quibusvis instituendas

endas esse, *Apostolis* visum fuerit? Certè qui in *Sardicensi Concilio* illud statuerunt, ex hâc ipsâ causâ factum suum tuentur. Videatur integer *Canon*, quem ad usum suum decurtari maluit *D. Blondellus*. *Licentia*, inquit *Hosius*, *danda non est, ordinandi Episcopum, aut in vico aliquo, aut in modicâ civitate, cui sufficit unus Presbyter, quia non est necesse ibi Episcopum fieri, ne vilescat nomen Episcopi, aut authoritas.* Nihil hîc ex animarum *salutis incuriâ* factum, sed quia nulla *Episcopi necessitas* fuit; Nec certè major *Apostolorum*, de quo *Clemens* locutus est, tempore necessitas fuisse censenda est, cùm qui tunc creabantur *Episcopi* & *Diaconi*, ἢ μελόντων πεδὶν Præposîti constituerentur, perpaucis adhuc ad fidem recipiendam persuasis.

§. 24. Piget talibus immorari, ut & aliis id genus multis, declamatorio more effusis p. 93. *Fervente scilicet illis temporibus charitatis spiritu, urbibus vicos, liberis servos, divitibus pauperes gratiam cœlestem æquasse, ut unum omnes in Christo essent, Gal.* III. 28. Illud quidem fatemur lubentissimè, ideóque *vicanos, villanos, regionarios* omnes æquè ac *Cives*, aut *Hierosolymitanos*, aut *Romanos*, *Apostolis* charos & æstimatos fuisse, ideóque ad *Episcopum*, licèt in *urbe* residentem, eorum omnium & singulorum curam pertigisse, unámque cum urbe, utut *purpureâ*, aut *florenti, Ecclesiam* constituisse. Estque hoc [*unum in Christo esse*] non ut tribus, aut quatuor ubivis sparsis, *Christianis*, peculiaris statim *Episcopus* præponatur. Id enim non ad *unitatem*, sed ad *schismata* alenda aptissimum esse, *Apostoli* satis noverunt, nec citra omnem necessitatem, constituisse putandi sunt. At è diverticulo in orbitam revertamur.

§. 25. Augescente igitur fidelium multitudine, fatemur aliquando, sed non *statim* post *Apostolos*, tales in *regionibus*, aut *vicis Episcopos* constitutos esse, qui *vicariam Episcopo Civitatis*, cui subjiciebantur, operam exhiberent, ideóque in hoc ipso *Ancyrano Canone*, ab *Isidoro Mercatore*, à * *Fulgentio Ferrando*, à *Gentiano Herveto*, aliisque non paucis, *Vicarios Episcoporum* appellatos. Hos *Episcopalem ordinationem* aliquando accepisse testatur *Laodicenus Canon* LVII. (*Ancyrani* hujus post 50. annos vestigiis inhærens, at aliquid de novo additurus) ἐ δεῖ, inquiunt *Patres*, ἐν ταῖς κώμαις, ἢ ἐν ταῖς χώραις καθίσαι ἐπισκόπους, *Non oportet in vicis, & regionibus Episcopos constitui*, ἀλλὰ περιοδευτὰς (sic *Oxonienses Codices* MS. communiter legunt, sic *Dionysius Exiguus*, *Isidorus Mercator*, & *Gentianus Hervetus*; Sic ex

* Breviat: Can.

MSS. *Bibliothecæ Regiæ* se emendasse ait *Chr: Justellus*, non, ut *Tilius*, & *Binius*, ἢ πρεσβυτέρους) sed *circumitores*, alios sine dubio absque *Episcopali ordinatione* emissos, & à prioribus, eo quòd *Episcopi* non essent, distinctos (τοὺς πρεσβυτέρους καὶ μὴ ἐπισκόπους, inquit *Balsamo*) τοὺς μήτοι ὅλην περιοδεύοντας, μηδὲν πράττειν ἄνευ τῆς ἐπισκόπου τῆς ἐν τῇ πόλει, *Qui verò priùs constituti sunt, nihil sine Episcopi, qui in urbe est, sententiâ faciant.* Ubi supponitur aliquos ex hoc numero jamjam *Episcopos* constitutos esse, licèt illud in posterum vetetur. Idem etiam *Antiocheno Canone* decimo plusquam innui videmus; Τοὺς ἐν κώμαις, ἢ τὴν χώραν, ἢ που καλουμένους τοὺς χωρεπισκόπους, εἰ καὶ χειροθεσίαν ἔσχον ἐπισκόπων εἰληφότες, &c. *Qui in vicis & regionibus sunt, vel qui Chorepiscopi dicuntur, etiamsi impositionem manuum Episcopi acceperint*, & (ut *Latinus Canonum Codex* duriusculam φράσιν explicari voluit) ut *Episcopi consecrati sint*, &c. (sic & in fine *Canonis* χωρεπισκοπον δὲ γινέσθαι ἀπὸ τῆς τοῦ πόλεως, ἢ ἀγροικίας), ἐπισκόπου, *Chorepiscopum Civitatis Episcopus ordinet, cui ille subjectus est, ait Latinus.*)

§. 26. Ita sine dubio significat φράσις ista ejusdem *Concilii Canone* XVII. Εἴ τις ἀπίστου χειροθεσίαν ἐπισκόπου λαβών, &c. Ubi ut præcesserat [*Episcopus*] sic & sequitur [καὶ δεηθεὶς περιστῆναι λαοῦ] quod & *Canone* XVIII. per [εἴ τις ἀπίστου χειροτονηθεὶς εἰς περιοδίαν] explicatiùs effertur.

§. 27. Adeò mihi neutiquam persuasurus est *D. Blondellus*, *Tres hominum conditiones* (τοὺς ἐν κώμαις, *qui in minoribus oppidis ministrant*, τοὺς ἐν χώραις, *qui in villis fundísque rusticis quibuscunque constituti sunt, Chorepiscopos, qui inter constitutos* ἐν κώμαις *paucissimi erant*) *canonis istius verbis apertissimis distingui.* Certè si sic explicare & probare sententiam suam posset, ut præter *Episcopum civitatis*, tres alias hominum conditiones eruere posset, quibus singulis *Episcopalis* ordinatio aliquando competiisse putanda sit, sic ut de iis dici rectè possit [εἰ καὶ χειροθεσίαν ἔσχον ἐπισκόπων εἰληφότες, *etiamsi ordinationem Episcoporum acceperint*] (quod de eo, quod nunquam accidit, supponendum non erat) & qui singuli *Subdiaconos*, aliósque præter *Presbyteros* & *Diaconos* omnes in *Ecclesiâ* constituere potuerunt, Fatebor me in hâc omni luce cæcutiisse; Sin minus, patiatur se vir *Doctissimus* cum vulgo sapere, & τῶν καλουμένων χωρεπισκόπων additione, priores phrases explicari, & ad sæculi stylum accommodari permittat.

§. 28. Si verò quæratur, quomodo qui ut *Episcopi* consecrati sunt, ab aliis per omne ævum *Episcopis* distinguantur; Respondetur,

tur, eo quidem imprimis distingui, quòd ab *unico civitatis Episcopo*, cùm alii à *Synodo*, aut à *tribus* ad minimum *Episcopis* constituerentur, 2do quòd fine *titulo* aut *Cathedrâ*, ἀπολελυμένως *absolutè* ordinati fuerint, quòd μὴ ἔχοντες καθέδρας οἰκείας, ait *Zonaras*, (κλοιχίαν οἰκείαν, *Blastares*) περιέχουσι καὶ περιοδεύουσι τοὺς τόπους, *circumeant regionem, & fideles confirment, &c.* Et ita, (ut verbis doctissimi *Scriptoris*, non meis illud dicam) *in regionibus, agris, aut pagis præpositi, officio Episcopi fungantur, veluti vicarii Episcopi.*

§.29. Hinc est quod *Concilii Neocæsariensis*, eodem anno quo *Ancyranum*, congregati, *Canone* XIII. *Chorepiscopi*, εἰς τύπον τῶν ἑβδομήκοντα, *ad exemplum* aut formam *Septuaginta* esse dicantur, Ut enim illi à *Christo* emissi sunt, ut *coram facie* ejus irent, *regnum cœlorum prædicarent, morbos curarent*, & sic *vicariam* ei operam locarent (nullâ tamen fixâ, aut duraturâ, & qualis duodecim *Apostolis* postea contigit, authoritate induti, statímque ad *Dominum* suum rediturí) Sic & hi *regionarii Episcopi*, ab *Episcopo civitatis* emissi, *confirmabant fideles, pœnitentes absolvebant*, aliáque nonnulla, quæ ad eum pertinebant, ejus quasi loco & vice præstabant.

§.30. Quod hîc de 70. *Christi discipulis* affirmat *Canon* iste, ad 70. *Mosis Presbyteros Num:* XI. 14. trahi voluit, nescio quo fato ad omnia permiscenda natus, *D. Blondellus*. At ubi quæso 70. *Mosis Seniores*, ad *regiones* à *Mose* emittebantur, *euntes, redeuntes, Mose* solo juxta *Tabernaculum* sedem figente? Illud de 70. *Discipulis* distinctè affirmatur; Nec quicquam *Chorepiscopis* nostris convenientius dici potuit; Quorum igitur loco succedere, *Laodiceno Canone*, περιοδευταὶ jubebantur, *Circuitores, Visitatores*, οἱ σήμερον περιβαλλόμενοι φροντίδα τῶν ὑπηκόων ἔξαρχοι, inquit *Balsamo, Exarchi hodiè ab Episcopis promoti.*

§.31. Illi quidem περιοδευταὶ ideò dicti, quòd ut *medici* apud *Justinian:* qui *circumeunt urbem, causâ sanitatis hominibus reddendæ*, περιοδευταὶ nuncupati sunt, sic illi περιοδεύουσι καὶ ὑπηρετοῦσι τὰ ψυχικὰ σφάλματα, ait *Balsamo.* περιέχουσι, ait *Zonaras*, & *Blastares, regionem aut vicos circumirent*; Nec igitur *Waloni* credendum est, qui sine omni probatione, non à *circumeundo regionem*, sed à *curando Ecclesiam* περιοδευτὰς dictos voluit (ut & *morbus*, inquit ille, *quacunque ratione curatus*, περιοδεύεσθαι eo *sæculo dicebatur*) cùm iisdem utrumque competat, περιέχειν καὶ ὑπηρετεῖν, titulus verò περιοδευτῶν à priori non à posteriore duca-

tur, nec περιοδεύειν unquam *medici* dicantur, quia *curant* morbos, sed quia curaturi *circumeant*. At prodigii instar est quod in hujus vocis redditione * *Gretsero* accidit, qui eâ notari voluit ἐξυπνίζειν, *quorum munus erat circumire Templum & dormiturientes excitare*. Res clarior est quàm ut ulteriori disceptationi locus sit, ideo quòd *regionem* & *vicos* omnes (περιοδεύειν, περιέρχεσθαι) *circuirent* & *visitarent*, περιοδευτὰς dictos esse.

* *in Cod.* c. 14.

§. 32. Mirari igitur satis nequeo, quid itidem *D. Blondello* in mentem venerit, ut hæc hoc *Ancyrano Canone* comprehensa, eodem sensu dicta esse affirmaverit, quo de *Episcopis Antiochena Synodus* sancivit *Can:* XIII. μηδένα τολμᾶν ἀφ' ἑτέρας ἀπαρχίας εἰς ἑτέραν μεταβαίνειν ἢ χειροτονεῖν, & *Can:* XXII. διάκονον μὴ ἐπιβαίνειν ἀλλοτρίᾳ πόλει, τῇ μὴ ὑποκειμένῃ αὐτῷ. Exinde concludens *Episcopum aquè arctis compedibus ac Chorepiscopos cohibitos esse*.

§. 33. Verùm *primò* illud manifestum est, *Antiochenos Canones* istos ad *Episcopos* quosvis, aliorum officiis se immiscentes, ideóque ἀλλοτριεπισκοπούσας, spectasse.

§. 34. *Secundò*, *Ordinationem Presbyterorum* & *Diaconorum Chorepiscopis* in universum interdici, & non solùm in alienâ ἐπαρχία. Illud præter lucidissima *Canonis* verba, *Antiochenus Canon* decimus, *Ancyrano* post 27. annos succedens, monstrabit, τοὺ ἐν τῇ κώμαις ἢ τῇ χώρεις, ἢ τὰς καλουμένας χωρεπισκόπους &c ἔδοξε μηδένα τὰ ἑαυτῶν μέτρα, &c. κρίνειν ἢ διατάσσειν, ἢ ὑποδιακόνους, ἢ ἐπορκιστὰς, ἢ τῇ τούτων ἀρχικῇ θεραπαγνίᾳ, μήτε ἢ πρεσβύτερον, μήτε διάκονον χειροτονεῖν πόλεως, δίχα τῆς ἐν τῇ πόλει ἐπισκόπου, ἢ ὑποκλήρου αὐτοῦ τε, καὶ ἡ χώρα, *Chorepiscopi hic suas metas scire jubentur, lectores, subdiaconos, exorcistas constituere, neutiquam verò Presbyteros aut Diaconos ordinare, sine Episcopo civitatis, cui & ipse & regio integra subjicitur*. Sic * *Damasus*, *Chorepiscopis*, inquit, *non liceat Sacerdotes consecrare, nec Diaconos*. Et * *Leo primus*, *Quamvis cum Episcopis plurima illis* (*Chorepiscopis*) *Ministeriorum communis sit dispensatio, quædam tamen Ecclesiasticis regulis sibi prohibita noverint, sicut Presbyterorum & Diaconorum consecratio*.

* *Ep: ad Epist: Numid: Tom:* I. *Concil:*
* *Epist:* LXXXVIII. *ad Episc. Gall: & Germ:*

§. 35. Nec est quòd verba ista in fine *Canonis Ancyrani* à *D. Blondello* posita [ἐν ἑτέρᾳ παροικίᾳ] illi fraudi fuisse putemus, cùm illa, si genuina lectio esset, ad posteriùs *Canonis* membrum, in quo de *Presbyteris civitatis* sermo est, non ad prius, in quo de *Chorepiscopis*, referatur.

§. 36. De lectione verò istâ, quàm non sit genuina, & quàm rectè

rectè à * *Walone* & † *Cl: Salmasio* rejiciatur, plura mox dicemus.

* *wal: Mess:* p.304.
† *Appar: ad l. de Prim: Papæ* p.74.

§.37. Tandem igitur quid hoc primo *Ancyrani Canonis* tmemate intelligendum sit, videamus, Χωρεπισκόπους μὴ ἐξεῖναι πρεσβυτέρους ἢ διακόνους χειροτονεῖν, Hoc est, *Placuit Synodo hâc, ut Chorepiscopi, quamvis antehac in regionibus suis* (aut licentiâ nimiâ abusi, & supra μέτρον suum elati, aut ex potestate sibi per *ordinationem Episcopalem* collatâ.) *Presbyteros & Diaconos ordinaverint, in posterum tamen illâ libertate non utantur; Subdiaconos tantùm, aliósque inferiora Ecclesiæ munera obeuntes constituant, reliquáque quæ ad officium sunm, ex Episcopi civitatis jussione, aut approbatione, pertinent, diligenter præstent.*

§.38. Hunc solum sensum huic *Canoni* subesse, testis est omni exceptione major *Antiochenus Canon* X. modò prolatus, cui tamen, præter alia prædicta, addi etiam poterit insignis locus *Basilii Magni* (post annos circiter 60.) in *Epist:* CLXXXI. ubi de χειροτόνων τῆ ἐκκλησίᾳ *approbationis* & *receptionis* modo, verba faciens, τὸν πάλαι ἐπὶ τῶν Θεοῦ ἐκκλησίαις ἐμπολιτευόμενον σώζεσθαι sic describit, *Omnis*, inquit, *eorum conversatio* ἐπολυπραγμονεῖτο, *curiosè à Presbyteris & Diaconis cum illis habitantibus indagabatur*; Illi porrò ἀναφέρειν τοῖς χωρεπισκόποις, *ad Chorepiscopos referebant, qui τὰς ὑπὲρ τῶν ἀλλοτρίων μαρτυρούντων διεξόδους ἀκούσαντες & ἐπιγνόντες, ὅτινες ἀξιόπιστοι & χειροτεσίᾳ τῷ πλήθει τῶν ἱερατικῶν, acceptis eorum qui verè testimonia ferebant* (i.e. testimonia fide digna) *calculis, sive suffragiis, & cùm Episcopum priùs de iis certiorem fecerint, hunc ad modum, ministrum quemvis* (*Subdiaconum* scilicet &c.) *ordini Hieraticorum, vel eorum qui sacris ministraturi erant, accensebant*, Cùm corruptis jam sæculi moribus, omnibúsque in pejus degenerantibus, *Chorepiscopi*, ad quos *Epistolam* istam misit Sanctus *Pater*, *Episcopum civitatis* insuper habentes, rémque omnem ad illum nihil pertinere censentes (ὡς ἑαυτὸν τὸν ὅλον ἀπειληφὼς ἀνθρώπινον) *totam sibiipsis authoritatem arrogarent, ac assumerent.*

§.39. Clarissima adhuc omnia, & ex quibus ad derogandam *Episcopo* χωρεπισκόπου, & *singularem* (tam in *urbe*, quàm in *regione suburbicariâ*) authoritatem illi eripiendam, aut minuendam, aut ad quamcunque potestatem cuivis, præter *Episcopum*, & *Vicarium* ejus (ad id aut *Episcopali ordinatione* ἀπολελυμένους, i. e. *sine titulo* indutum, aut ad speciales operas ab eo quovismodo constitutum, reservatâ sibi uni *Presbyterorum* & *Diaconorum* ordinatione))

ordinatione) asserendam, nihil planè colligi, aut concludi potest.

§.40. Illud (non ex istis tantùm præmissis à me propositis, & probatis, sed & contra quemlibet dissentientem, ex suis) hoc unico *dilemmate* extra dubium ponetur.

§.41. *Chorepiscopi Ancyrano* hoc *Canone* memorati, aut *Episcopalem ordinationem* singuli accepisse credendi sunt, aut sine eâ, ad speciales operas in *regione* & *vicis* præstandas, ad libitum *Episcoporum*, &, ut eorum *Vicarii*, litteris tantùm signatis, aut aliâ quavis ratione, ab iis muniti sunt; Si prius concedatur (quod à nobis satis confirmatum esse putamus) tunc statim sequetur, hos *regionarios Episcopos*, utcunque *Civitatis Episcopis* subjacentes (qui & ipsi quadamtenus *Metropolitæ* subjiciebantur, videatur *Antiocheni Concilii Canon* IX.) verè tamen *Episcopos* fuisse, sed non *Civitatum*; ut & *Episcopi* minorum civitatum *Episcopi* sunt, sed non *Metropolitæ*; Imò *Episcopos*, quantum ad *ordinationem* spectat, sed non quantum ad *titulum*; *Episcopos* scilicet, suadente necessitate, *sine titulo ordinatos*, *Episcopos* denique *Vicarios* (nec igitur, ut *Walo* hinc sequi voluit, *Presbyteros à Presbyteris ordinatos, nec qui solùm Presbyteri erant, Episcopos dictos esse.*)

§.42. Hos itidem cùm tales essent, nec adhuc *Ancyrano Canone* prohiberentur, *Presbyteros* & *Diaconos regionarios* ordinasse, aliáque in *regionibus* administrasse (ita tamen ut ἐν χωρίαις πόλεως, præsente aut *Episcopo*, aut *Presbytero Civitatis*, ne minima quidem illis licerent; videatur *Neocæsariensis Concilii Canon* XIII.) & hæc omnia quidem adhuc rectè, & ex jure suo, ut *Episcopos regionarios*, ac *Vicarios* fecisse. Postea verò quorundam actuum ad eos priùs pertinentium *exercitia*, *canone* isto (ut & *Antiocheno* dein *decimo*) illis interdicta esse, & ad *solum Episcopum Civitatis* relata, aut, si *Arabico* istius *Canonis Paraphraste* credamus, ad *Chorepiscopum, ex mandato Episcopi civitatis*; Sic enim ex *Arabico Canonum MS. Oxonienſi* legimus. *Ut non faciant Presbyteros aut Diaconos omnino, neque in villâ, neque in urbe absque mandato Episcopi, Nisi rogatus fuerit Episcopus hâc in re, & permiserit eos ut faciant eos, nec non scripserit eis scriptum, quod authoritatem dabit eis eâdem de re*, Ex eo autem nihil contra ipsam potestatem, ante interdictum *Canone* exercitium, satis liberam, concludi posse, ὅπερ ἔδει δεῖξαι.

§.43. Sin verò posterius supponatur (nullatenus tamen concedendum) *Chorepiscopis* scilicet his *Episcopalem ordinationem* nunquam contigisse, Tunc & illud sequetur, eos, si quando *Presbyteros*

teros aut *Diaconos ordinaverint* (quod adhuc de illis neutiquam affirmatum vidimus) orbitam planè & μίζιν suum transiliisse, rectéque ab *Ancyrano*, ut & *Antiocheno Canone* in ordinem redactos esse; Sic tamen ut alia quædam (*Subdiaconorum* &c. *constitutio*) iis ab *Episcopo Civitatis* indulta, & nondum interdicta, sed specialiter ipsis *canonis* verbis reservata, iis adhuc competiisse putentur. At illud ex abundanti. De *Chorepiscopis* igitur, adéoque priori istius *Canonis* parte id satis supérque dictum esto.

Cap. IX.

Secundum Canonis membrum de Presbyteris. Lectiones variæ. Arabicus Interpres. Canonis emendatio. Argumenta pro emendatione. Canonis sensus Presbyteranis nullatenus favens.

§. 1. Istis igitur sic perpensis, pergamus ad posteriorem *Canonis* portiunculam, quæ ad *Presbyteros* pertinet, ea sic in *Walt. Mess.* ut & in *App. Claudii Salmasii* ad *lib. de Prim.* proponitur. Ἀλλὰ μηδὲ πρεσβυτέροις πόλεως χωρὶς τῆς ἐπισκοπικῆς γνώμης τὰ ἐπισκόπου μὴ χειμάζειν ἐν ἑκάστῃ παροικίᾳ, & *Latinè* ex *Dionysio Exiguo*, *Sed nec Presbyteris Civitatis sine præcepto Episcopi vel literis, in unaquaque parœciâ.* A *D. Blondello* pro [πρεσβυτέρους] [πρεσβυτέρους] & pro [ἑκάστῃ] [ἑτέρᾳ] ponitur. Harum lectionum, non ita latè diffitarum, sensus tamen planè alius atque alius. Nam si cum *D. Blondello* [πρεσβυτέρους] legatur, cum in initio *Canonis* præcesserit dativum [χωρεπισκόποις] necessum erit ut [πρεσβυτέρους πόλεως] cum præcedente [πρεσβυτέρους ἢ *Presbyteris*] connexa, adverbo itidem χωρὶς regantur, & ita sensus sanè dissimus (at qui *Presbyteranis cuncta* neutiquam spirat) emergat. χωρεπισκόποις μὴ ἐξεῖναι χωρὶς τῶν πρεσβυτέρων πόλεως, &c. *Chorepiscopis non licere Presbyteris civitatis præsidere, sine mandato ab Episcopo per literas recepto.*

§. 2. Et huic certè lectioni *MS. Arabicus* vetustus calculum suum & suffragium daturus est, Cum de *Chorepiscopis* sic *canonem* proponat, *Nefariam Presbyteros, neque Diaconos omnino, neque in villâ neque in urbe absque mandato Episcopi* &c. nec syllabam addat, quâ immutatur, aut explicetur, quid *Presbyteris Civitatis*, aut in *suâ*, aut *alienâ parœciâ* liceat, vel non liceat.

§. 3. Huc etiam pertinere videtur titulus huic *Canoni* à *Dionysio Exiguo* præfixus. *Quòd non oporteat Chorepiscopos ordinare Clericum nisi in regulâ & villatio, de Presbyteris itidem*

&

ὐδὲ γρύ. At si ista cuiquam non arrideant, ad alia procedamus.

§.4. Et cum in his verbis recensendis adeò magna sit exemplarium varietas, Infinita quidem occurrunt, quæ hîc dici possunt. Post *codices* autem quos nactus sum, singulos inter se collatos, nihil mihi potius videtur, quàm ut truncato & manco canoni, vocula una aut altera addatur, verbáque sic demum *græcè* legantur. Ἀλλὰ μηδὲ πρεσβυτέρους πόλεως χωρὶς τῆς ἐπισκόπου γνώμης, μὴ χαιμάτων, περὶ τῶν ἐν ἐκκλησίᾳ παροικίᾳ, *Sed neque Presbyteris civitatis, sine mandato ab Episcopo per literas recepto, quippiam facere in unaquâque paroeciâ.*

§.5. Voces istas [περὶ τῶν] aut alias quæ iis æquipolleant, sic interserendas esse, & in antiquis *Græcis codicibus* olim lectas fuisse, testabitur primò *Isidorus Mercator* (cujus editio in *Ecclesiis Hispanicis* ante *Dionysium Exiguum*, recepta est) qui sic legi voluit. *Sed nec Presbyteros civitatis sine Episcopi præcepto amplius aliquid imperare, vel sine authoritate literarum ejus aliquid agere.*

§.6. *Secundò.* Idem nobis persuasura est *Gentiani Herveti* versio (à * *D. Blondello vetus* appellata) *Sed nec Presbyteros Civitatis sine jussu Episcopi aliquid jubere, neque in unaquâque paroeciâ aliquid agere.*

* *Apol:* p. 97.

§.7. *Tertiò.* hîc † *Fulgentius Ferrandus*, Canon XCII. *Ut Presbyteri Civitatis sine jussu Episcopi nihil jubeant, nec in unaquâque parochiâ aliquid agant, Can: Sardicen:* (legendum sine dubio *Ancyr:*) *tit:* XIII.

† *Breviat: Can:*

§.8. *Quartò. Ipsius Dionysii Exigui exemplar illud*, quo *Adrianus* primus usus est, quódque & ille & (ipso *D. Blondello* fatente) *Capitulare Agathense veteri Codici prætulerunt*; Sic enim ibi *Canonem* istum exaratum perspicimus, *Sed nec Presbyteris civitatis sine Episcopi præcepto amplius aliquid imperare, vel sine authoritate literarum ejus in unaquâque parochia aliquid agere.*

§.9. *Quintò*, Denique, Huic *Canonis* hujus lectioni suffragatur, miréque concordat *Laodicenus* LVII. ὡσαύτως δὲ καὶ τοὺς πρεσβυτέρους μηδὲν ποιεῖν ἄνευ τῆς τοῦ ἐπισκόπου γνώμης, *Similiter & Presbyteri præter consilium Episcopi nihil agant*, Quibus verbis cùm de *Chorepiscopis* propositum *Canonem* claudi videamus, eodem planè modo, quo hîc *Ancyranus* conclusus est, nihil magis consentaneum, aut idoneum definiri potest, quàm ut hi duo *Canones*,

sic

ſic in univerſum æquipollere cenſeantur, ut mutilatus unus ex altero ſanari & explicari poſſit.

§. 10. Quod ſi fiat, lucidiſſima ſtatim omnia futura ſunt, & cum *Chriſti* verbis, quæ omnem *Apoſtolis* authoritatem, cum *Ignatii* toties iteratis, quæ *Presbyteris* nihil διὰ γνώμης ὁμονοοῦντα agendi ἐξουσίαν largita ſunt, & denique cum *Arelatenſis*, aliorúmque *conciliorum decretis* concorditer, & harmonicè conſpirantia: nec quivis certè in univerſo *Canonum* codice, *Presbyteranorum* ἰσοψηφία minus faviſſe reperietur, quàm qui præ aliis omnibus laturus ſubſidium putabatur.

CAP. X.

Argumentum ex Eutychio. Eutychii ἀνισοψηφία. *Epiſcopi in Ægypto plures præter Alexandrinum.* Τῆς ἐν Ἀλεξανδρείᾳ παροικίας *Epiſcopus Arianus. Hieronymus cum Eutychio non concordat.* χειροτονία *ad Epiſcopos, electio ad Presbyteros pertinere poteſt.*

§. 1. REſtat unicum *Argumentum*, quod contra Theſin noſtram ſatis proſperè militaſſe quibuſdam creditur. Ex *Annaliſtâ* illud *Alexandrino*, aut *Originum* ſcriptore *Eutychio*, *Authore* certè (ne quid gravius dicam) non adeò venerando, produxit † *D. Blondellus*, Qui poſt *Marci Eccleſiæ Alexandrinæ* fundatoris tempora, uſque ad *Demetrium* ejuſdem *Eccleſiæ Epiſcopum*, *Patriarchas* ſingulos *Alexandrinos* electos, & cum ordinatione manuum ordinatos à *Presbyteris* 12, ídque ex ipſius *Marci* juſſu factum eſſe affirmat. † *præf.* p. 17.

§. 2. Facilis itidem reſponſio, nullam hâc in re *Eutychio* fidem deberi, ut qui aſſertioni huic apertâ ἀνισοψηφίᾳ viam muniverit, nullum ante *Demetrium* in univerſâ *Ægypto*, præter *Patriarcham Alexandrinum*, *Epiſcopum* fuiſſe pronuntians.

§. 3. Verùm potiùs multò teſtis *Euſebius*, l. VI. c. 1. apud quem τῶν ἀνὰ Λιβύην παροικιῶν, i. e. *plurium in Ægypto diœceſium*, (quas ſine *Epiſcopis*, qui illis præficerentur, fuiſſe nemini credibile erit) mentio reperitur, *quarum*, inquit ille, ὑπερεπλώ *Demetrius poſt Julianum ſuſcepit.*

§. 4. His addi ſecundò poteſt, *Patriarchatum* (quem ab ipſius *Marci* temporibus * *Eutychius* ipſe agnoſcit) civitatis iſtius * *Arianũ Marcus conſtituit Patriarcham, & Is primus erat Alexandriæ Patriarcha conſtitutus, & conſtituit Marcus* XII. *Presbyteros qui manerent cum Patriarchâ, adeò ut cum vacaret Patriarchatus, eligerent unum, & Patriarcham crearent.*

Episcopo neutiquam competere potuisse, si nulli in universâ *provinciâ Episcopi* essent, quibus præponeretur; Ideóque quod ab eodem *Eusebio* de *Marco* affirmatur, l. II. c. ιδ'. dignum est quod his addatur, eum nempe ἐκκλησίας πρῶτον, ἐν αὐτῇ Ἀλεξανδρείᾳ συστησάμενον, *plures in ipsâ Alexandria constituisse Ecclesias*, (quas sub nomine τῶν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ παροικιῶν *Anianus suscepit*, c. κδ'.) *Tantam enim multitudinem eorum fuisse*, qui ὑπ' αὐτοῦ ἐπιβολῆς *ex primâ Marci aggressione Christi fidem amplexabantur*, δι' ἀσκήσεως αὐτῶν φιλοσοφωτάτης καὶ σφοδροτάτης *sanctissimo vitæ ejus instituto ad fidem allecti*, ut *Philo Judæus Apostolorum* συγχρονος, missus ad *Caium Imperatorem* legatus, *ipsorum* διαβιβὰς καὶ πάσης τῆς βίβλου ἀγωγὴν *sibi delineandum scriptis suis putaret*.

§. 5. Nec illud tantùm. Videatur liber περὶ βίου Θεωρητικῶν: & ex eo *Eusebius hist*: l. II. c. ιζ'. *Describit*, inquit ille, πρῶτον, τοὺς ἐκκλησιαστικοὺς λειτουργίας ἐγκεχειρισμένους, *Ægyptiacum* hunc *præsidendi modum inter eos qui Ecclesiastica ministeria obierunt*. Is verò duobus absolvebatur, διακονίαις, καὶ ὅσαι πᾶσιν ἀνωτάτω τῆς ἐπισκοπῆς πρωτεύουσαι, *Diaconorum ministeriis, & supremis, super omnes, Episcopatus, vel Episcopalis honoris præsidentiis*. Omnia quidem ad aliarum *Ecclesiarum* ritum amussitata, nec quicquam extra orbitam, quo sibi sic prolixè placeant, aut exultent *Presbyterani*.

* *Adversus Val: in init:* §. 6. Tertiò, de *Valentino* affirmat * *Tertullianus*, *Episcopatum* ab eo affectatum esse, ut qui eloquio multum potuit, cùm verò spe istâ excideret, aliúsque ex causâ martyrii ei anteponeretur, ad hæresim divertisse. In *Ægypto* illud factum esse satis constat, ipsum quippe *Valentinum*, * *Epiphanio* teste ἐν τῷ νόμῳ Ἀθριβίτου *ex divisione Athribite*, satis ab *Alexandriâ* dissitâ, oriundum, nec igitur causam subesse, cur aut *Alexandrinum Patriarchatum* ab *Athribite* affectatum, aut nullos præter *Alexandriæ Patriarcham* in *Ægypto Episcopos* fuisse suspicemur.

* *Hær: Valent: in init:*

§. 7. Imò *quartò*, eundem hunc *Marcum* in *Pentapoli Ecclesias* constituisse, author est vitæ ejus scriptor apud *Photium*, quas igitur *Patriarchæ Alexandrino* subjici jubet *Canon Nicenus* VI. ut & *Ægypti* & *Lybiæ* reliquas, idque ex antiquo & primitivo more in *Ecclesiis* illis obtinente.

* *Vid: Saturnin:* §. 8. *Quintò*, in *Epistolâ Adriani Imperatoris*, apud * *Vopiscum*, eorum mentio occurrit, qui se *Christi Episcopos* dicunt, idque in *Ægypto*, ubi *Serapis colebatur*, & ne *Episcopos* pro *Presbyteris* sumi putemus, statim distinctè adjicitur, *Nemo Christianorum Presbyter*.

§. 9.

§. 9. *Sextò, Hieronymus* ipſe, cui ſic amicè ſuffragium ſuum dediſſe *Eutychium* gloriantur, cum *Eutychio* non concordat, *Ep:* LXXXV. ad *Evagrium*. * Ille certè, electionem *Epiſcopi* uſque ad *Heraclam* & *Dionyſium* penes *Presbyteros* fuiſſe affirmat, at *ordinationis*, aut impoſitionis manuum *Presbyterorum*, nulla illi mentio eſt, nullum veſtigium, nec vola, nec manus, ut dici ſolet. Illa quidem χειροτονία ab *Epiſcopis Ægypti*, ex *Marci* juſſu, nunquam non adhiberi, & interim *electio* ad *Presbyteros Alexandrinos* pertinere potuit. Nec quicquam igitur hinc concludi poterit, quod *Presbyteranorum* ἰσοβαθμία faveat, At ex adverſo, ab ipſo *Marco*, *Ananiam*, ſeu *Anianum*, ut *Epiſcopum* & *Patriarcham*, eúmque in excelſiori ſuper *Presbyteros* gradu in *Eccleſiâ* illâ collocatum eſſe. Imò quamprimum alii in *Ægypto Epiſcopi* eſſent, quorum manus *Patriarchæ* huic imponi potuerunt, *Patriarcham* ab illis conſtanter inſtitutum, & conſecratum fuiſſe, nec demùò ad *Presbyteros* actum iſtum rediiſſe, *Eutychii*, ſi opus ſit, teſtimonio firmabitur. At de iſtis ſatis.

* *Nam & Alexandriæ à Marco Evangeliſtâ uſque ad Heraclam, & Dionyſium Epiſcopos, Presbyteri ſemper unum ex ſe electum in excelſiori gradu collocatum Epiſcopum nominabant, quomodo ſi exercitus Imperatorem faciat.*

DISSERTATIO QUARTA,

De Actorum & Epistolarum Apostolicarum periochis, quæ ad Ecclesiastici Regiminis formam pertinent.

CAP. I.

Acta Apostolorum paucorum annorum unius Pauli historia. Syllabus dicendorum.

§. 1. POst istam solennem *Apostolorum* missionem (quâ omnem in *Ecclesiâ* potestatem in manus eorum traditam esse comperimus) Præter *Matthiæ* in desertoris *Judæ*, *Pauli* & *Barnabæ*, ex speciali *Spiritus* præceptione, *Act.* XIII. 2. in *Jacobi* c. XII. 1. gladio percussi locum (pari modo quo *Ephraim* & *Manasses* demortui *Josephi* vicem supplere jubebantur) allectorum historiam, vix quicquam est quod hâc ex parte addendum curaverint sacri Scriptores.

§. 2. *Apostolorum* quippe *Actus*, qui à *Lucâ* exarati, profectionibus & perpessionibus *S. Pauli*, quibus * Ille interfuit, describendis, idque per annos non adeò multos, potissimùm insumebantur, totius *Ecclesiæ* per *Orbem* omnem ab *Apostolis* plantatæ, & *Episcoporum* in unaquâque constitutorum historiam nobis tradidisse credendi non sunt.

* τὰ πλεῖστα συγγεγονὼς τῷ Παύλῳ τὰς πράξεις ὀφθαλμοῖς ἑωρακὼς, συνεπάξατο. *Euseb: Hist:* l. III. c. 4.

§. 3. Quædam certè in illis rei gestæ vestigia non obscura, ut in *Sancti Pauli*, & præsertim in *Christi* ipsius ad *Asiaticas Ecclesias* per *Johannem* transmissis, *Epistolis* deprehenduntur, quibus quid ab *Apostolis* singulis, in suis per universum *Orbem* peregrinationibus præstitum sit, dignosci potest; At & illa non adeò clara, ut non à proximorum ævorum *scriptoribus*, si suffragia liberè ferre permittantur, cumulatiorem lucem acceptura sint.

§. 4. Illud omne ad quinque capita reducendum erit. *Primum*, quod ad hos *primarios Apostolos*; *Secundum*, quod ad *Alios ab*

iis

iis missos, secundarios Apostolos; *Tertium*, quod ad *Angelos Apocalypticos*; *Quartum*, quod ad ipsam ἐπισκοπὴν & πρεσβυτέριον; *Quintum*, quod ad Διακόνου appellationem explicandam pertineat.

CAP. II.

Apostoli per se, ut Episcopi, Ecclesias quas plantarunt, administrarunt. I. *Cor.* III. 6. & IV. 15, 16, 21. & V. 3, 4.

§. 1. AD *primum* quod attinet, ex *Scripturis* satis clarum est, Hos *Christi Apostolos*, totidem singulares personas, *Ecclesias* plantasse primùm, dein rexisse, nec præsentes tantùm, sed & in *absentiâ*, per se, non mediante, aut intercedente semper aliquo *Presbyterorum* collegio, administrasse.

§. 2. Illud ex unius *Sancti Pauli* erga *Corinthios* suos factorum vestigiis satis patescit, Ἐγὼ, inquit, ἐφύτευσα, *Plantavi ego*, I. *Cor.* III. 6. & ὑ πολλὸς ἔχητε πατέρας ἐν Χριστῷ, Ἐγὼ γὰρ διὰ τοῦ Εὐαγγελίου ἐγέννησα ὑμᾶς, *Non multos in Christo Patres habetis, Ego enim per Evangelium* (primâ inter vos *Evangelii* prædicatione) *genui vos*, c. IV. 15, 16.

§. 3. Quos ergo unus *plantavit*, eos etiam sibi uni *procurandos* vendicat, Ἐλεύσομαι, inquit, ταχέως πρὸς ὑμᾶς ἐὰν θελήσωμαι &c. v. 19. *Veniam citò ad vos inflatos*, habitâ facti cognitione *judicaturus*, ἐν ῥάβδῳ *in virgâ*, si opus sit, v. 21. & ἐγὼ μὲν ὡς ἀπὼν ἐν σώματι, παρὼν δὲ τῷ πνεύματι, ἤδη κέκρικα ὡς παρὼν, τὸν οὕτω τοῦτο κατεργασάμενον, &c. *Ego quidem absens corpore, præsens vero spiritu, illum qui hoc taliter commiserit, judicavi jamjam, tanquam præsens,* παραδοῦναι τὸν τοιοῦτον τῷ Σατανᾷ, *talem Satanæ tradere*, &c. c. V. 3, 4. In re liquidâ pluribus opus non erit; Istam scilicet *Corinthiorum Ecclesiam* à *Paulo plantatam*, ab eo uno absente jam, mox ad eos profectionem maturante, administratam fuisse.

CAP. III.

Secundarii Apostoli, II. *Cor.* XI. 28. *Jacobus Hierosolymorum Episcopus, Apostolus, at non è duodecim.* יעקב *Differentia inter Alphæum, & Cleopham. Jacobus Justus* I. *Cor.* XV. 7. *vel à Christo vel ab Apostolis Episcopus institutus. Ruffinus emendatus, Act.* XII. 17. *Gal.* I. 19. *Act.* XV. 6, 22. *Gal.* II. 9. *Act.* XXI. 18. Ἀπόστολος Ἰάκωβος, *Thaddæus Apostolus. Lucas* Ἀπόστολος, II. *Cor.* VIII. 18, 19, 23. *Epiphanius vindicatus. Barnabas Act.* XI. 23. *Marcus. Marci duo.* I. *Pet.* V. 13. *Apostolus, Timotheus Episcopus & Apostolus*,

ius, ut & Titus. Epaphroditus, Clemens Romanus, Apostolus, ut & Ignatius. Theodoreti celebre testimonium. Gnostici se Apostolis præferentes, i.e. Episcopis.

§ 1. SEcundò, *Primarii* hi, & κορυφαῖοι à *Christo* immediatè vocati, & missi *Apostoli*, alios insuper *Secundarios*, seu ἐν δευτερείῳ positos, ejusdem & jurisdictionis, & nominis participes factos, *Apostolos* miserunt, qui *Ecclesias* etiam aut ipsi plantarent, & regerent, aut ab aliis priùs plantatas (& adhuc ad curam & μεριμνὰν ipsorum *Apostolorum* generali modo pertinentes, II. *Cor.* XI. 28.) sibi administrandas, & *regendas* susciperent.

§. 2. Illud exemplis nonnullis confirmabitur. Inprimis *Jacobi fratris Domini*, quem inter *duodecim Christi Apostolos* numerandum non esse, libenter * *Waloni* largiemur, & in eum sensum ✣ *Eusebii* verba [εἷς ἦ καὶ ἕτος τῶν φερομένων τοῦ σωτῆρος μαθητῶν, ἀλλὰ καὶ ἀδελφῶν λεγ] necessariò intelligenda esse contendimus, cùm μαθητὰς isto capite, duodecim *Apostolis* manifestè opponi videamus. Testatur illud *Menologium Græcorum* tres *Jacobos* celebrans, *Jacobum Alphæi*, die 9°. *Octobris*, *Jacobum Fratrem Domini*, die 23°. *Octobris*, & *Jacobum Zebedæi*, die 30°. *Aprilis*, Sic & *Anthor Recognitionum*, quem *Clementem* non esse, ex eo (inter alia) *Bellarminus* concludit, quòd *Jacobum fratrem Domini* non vult esse *Apostolum* ex duodecim.

* *Certum est non fuisse unum ex duodecim. Wal: Mess:* p. 20.

✣ *Eccl: Hist:* l. I. c. ια'.

§. 3. Unicum est, quod contrarium quibusdam (non sic *Waloni*, aut *D. Blondello*, quod sciam) suadere videtur, quòd scilicet *Alphæi* & *Cleophæ* nomina apud *Syros* in unum recidere videantur, cum *Syriacum* חלפי, vel sine aspirato ח pronuntiari possit, & tunc in Ἅλφαι & Ἁλφαῖος convertatur, vel aspirato ח retento, facilè in *Cleiapha* & *Cleophas* migret. Verùm facilis responsio, *Alphæum* in *Hebræo* אַלְפַי in *Syriaco* חלפי, *Cleopham* verò קליופא per ק, non ח à *Syro* reddi, *Lu.* XXIV. 18. adeóque latam differentiam esse inter *Alphæum* & *Cleopham*.

§. 4. Hunc quidem *Jacobum*, *Justi* cognomine celebrem, (ἐπεὶ πολλοὶ Ἰάκωβοι ἐμαρτύρησε, inquit *Eusebius* l. II. c. κγ'.) ut & inter speciales resurrectionis testes à *Sancto Paulo* memoratum I. *Cor.* XV. 7. (videatur *Eusebius* l. I. c. ια'. εἷς ἦ ἕτος τῶν φερομένων Σωτῆρος ἀδελφῶν λεγ) Hunc, inquam, tertium *Jacobum*, *Hierosolymorum Episcopum* creatum esse, ipse συγχρονος *Ignatius* innuit, loco à * *Walone* sub nomine *Ignatii* laudato, *Ep: ad Trall:* ubi *Stephanum Diaconum* non *Apostolis* indefinitè, sed ἰδίως *Beato Jacobo* λειτουργεῖα commemorat, ut & in *Ep: ad Heronem*, Σὺ δὲ αὐτοῖς διακονεῖς, ὡς Στέφανος ὁ ἅγιος ἐν Ἱεροσολύμοις Ἰακώβῳ καὶ τοῖς πρεσβυτέροις.

* *Wal: Mess:* p. 222.

§. 5.

§.5. Hunc alii à *Christo* ipso, cum ei appareret post resurrectionem, *constitutum* affirmant. Videatur ex *sententia Chrysostomi Theophylactus*, &c. in I. *Cor.* XV. 7. ὅρα Ἰακώβῳ, τῷ ἀδελφῷ τοῦ Κυρίου, τῷ υἱῷ αὐτοῦ κηδεστὴν λαβὼν Ἐπίσκοπον τοῦτον Ἱεροσολύμων, *Jacobo fratri Domini, qui ab ipso* (i.e. *Christo Domino*) *primus Hierosolymorum Episcopus constitutus est.* Alii itidem à *Christo* & *Apostolis*. Consulatur *Eusebius Hist:* l. VII. c. ιδ'. Ἰάκωβος ὁ τῆς Ἱερουσαλὴμ ἐκκλησίας τὸν ἐπίσκοπον φησὶν αὐτὸς Σωτὴρ καὶ τοὺς Ἀποστόλους ἀποδεδέχθαι. Alii demum (quod parum abscedit) eum immediatè ab Apostolis constitutum volunt.

§.6. Loquatur pro aliis * *Clemens*, *Ille*, inquit *Eusebius*, Πέτρον φήσι, καὶ Ἰάκωβον, καὶ Ἰωάννην, μετὰ τὴν ἀνάληψιν τοῦ Σωτῆρος, ὡς ἂν καὶ τοῦ τῆς Κυρίου προτιμηθέντας, μὴ ὀρεχθῆναι δόξης, ἀλλὰ Ἰάκωβον τὸν Δίκαιον ἐπίσκοπον Ἱεροσολύμων ἑλέσθαι, *Petrum ait & Jacobum* (*Zebedæi* scilicet) *& Johannem, post assumptionem Christi, quamvis summum dignitatis gradum à Domino adeptos, inter se tamen de honore isto non contendisse, sed Jacobum Justum Hierosolymorum Episcopum* (fœdè apud *Ruffinum* legit * *Walo*, *Apostolorum Episcopum*, cùm ex *Clemente Eusebius* non Ἀποστόλων, sed Ἱεροσολύμων, reponeret) *elegisse.* * Γ ποτοπως: l. 5'. p. 22.

§.7. Sic & ante eum * *Hegesippus*, τοῦτον τὸν τρόπον διαδεχθῆναι τὴν ἐκκλησίαν μετὰ (aut, ut alii legendum censent, φησὶ) τοὺς Ἀποστόλους, ὁ ἀδελφὸς τοῦ Κυρίου ὁ Ἰάκωβος ὀνομασθεὶς ὑπὸ πάντων Δίκαιος, *Hunc ad modum Jacobus Domini frater* (*ab omnibus Justus nominatus*) *Ecclesiam cum* (non ut *Hieronymus*, *post*, quasi esset μετὰ cum *Accusativo*) *Apostolis*, aut, si aliorum lectio (cui itidem * *Eusebii* verba [ᾧ καὶ τοὺς τῶν ἀποστόλων ὁ τοῦ ἐπισκοπῆς ἐγκεχείρισται θρόνος] suffragantur) non displiceat, *ab Apostolis suscepit.* * Γ απομνήμ: ε. ap: *Euseb:* l. 2. c. κγ'. * l. II. c. κγ'.

§.8. Sic & *Athanasius* in *Synopsi*. *Epiphanius Hær:* LXXVIII. *Greg: Nyssenus de Resur: Or:* II. *Hieron: in Catal:* & in *Gal.* I. aliique innumeri. Idque *Tiberii Anno* 19mo. i.e. anno post mortem *Christi* proximo factum affirmat *Eusebius* in *Chronico*, p. 43.

§.9. Quo minùs mirum censebitur, si *Jacobum* hunc cum fuisse dicamus, cujus mentio est *Act.* XII. 17. cùm *Petrus* divinitùs è carcere liberatus, *Jacobo* & *fratribus*, i.e. *Episcopo*, & omnibus in *civitate* istâ credentibus, renuntiari jubeat.

§.10. Hic igitur *Ecclesiam* priùs à *Christo* plantatam, sibi administrandam & regendam suscipiens, ab ipso *Paulo*, *Gal.* I. inter *Apostolos* numeratur, *Præter Petrum*, inquit, ἕτερον τῶν Ἀποστόλων οὐκ εἶδον εἰ μὴ Ἰάκωβον, &c. *Alium Apostolorum neminem vidi, nisi*

nisi Jacobum Domini fratrem, v.19. Quod & pluſquam innui videtur *Act.*XV.6. & 22. συνέχθη δὲ οἱ Ἀπόστολοι, & ἔδοξε τοῖς Ἀποστόλοις, *Apoſtolorum* in plurali mentione factâ, cùm tamen, præter *Petrum*, nullus ex duodecim concilio huic interfuerit, & conſequenter *Jacobus*, cujus judicio decretum ſtabilitur (διὸ ἐγὼ κρίνω, v.19.) eo titulo inſigniri putandus ſit.

§.11. Sic diſertis verbis *Theodoretus*, τοὺς νῦν καλουμένους ἐποσκόπους, Ἀποστόλους ὠνόμαζον, &c. ὅτω ἀπὸ τῆ Ἱεροσολύμων τοῖς ἐν Ἀντιοχείᾳ ἔχαιρεν οἱ Ἀπόστολοι, καὶ οἱ πρεσβύτεροι.

§.12. Hinc eſt quòd *Jacobus* hîc in *Eccleſiâ* ſuâ *Hieroſolymitanâ* ipſi *Petro* & *Johanni* præponatur, & δεξιὰν κοινωνίας *Paulo* & *Barnabæ* dediſſe dicatur, *Gal.*II.9.

§.13. Hinc quòd *Paulus*, cùm *Hieroſolymas* veniret, ſtatim ad *Jacobum* intraret, *Act.*XXI. 18. qui *Presbyterorum* collegio cinctus, ut in *Concilio* fieri ſolet, διακονίας *Paulinæ* rationem ab eo accepit.

l.II. c.xy'. §.14. Hinc *Epiſtolæ Catholicæ* primæ (ab eo conſcriptæ, * inquit *Euſebius*) *Author*, licèt ſeipſum ſolummmodò χειρὶ δούλου appellet, in *Epigraphe* tamen Ἀποστόλῳ Ἰακώβῳ vocatur.

§.15. Et hinc illud *Hieronymi Com:* in *Iſai: Jacobum hunc, Domini fratrem Apoſtolum, decimum tertium* vocantis. Illúdque *Euſebii* l. I. c. ια'. qui poſt *Apoſtoli* verba [ἔπεσε ἄφθη Ἰακώβῳ] ab ipſo recitata, addit, εἰδ' ὡς ἔστι τούτους κατ' μίμησιν τῆ δώδεκα πλείους ὅσων ἐπαρξάντων Ἀποστόλων, &c. *ad duodecim Apoſtolorum exemplum & ſimilitudinem complures eo ſæculo extitiſſe Apoſtolos*, & l.VII. c.ιθ'. τὸν Ἰακώβου χρόνον τῆ Ἀποστόλου &c.

§.16. Eo ſtatim numero accenſeri videas *Thaddæum* (non illum ἐκ τῆ δώδεκα unum, *Lebbæum* etiam, & *Judam* dictum; ſed alterum ab *Euſebio* inter LXX. *Diſcipulos* repoſitum) qui anno, inquit ille, poſt reſurrectionem *Chriſti* decimo, à *S.Thomâ Apoſtolo* ad *Edeſſenorum Regem Agbarum* ἀποσταλεὶς, ſtatim ex *Syriaco Edeſſenorum Apographo*, Ἀποστόλου τοῦ Ἰησοῦ, ut &, Ἀποστόλου Θαδδαίου, & ἁπλῶς, *Apoſtolus* nuncupatur c. ιη'.

§.17. Sic *Lucam* qui II.*Cor.* VIII. in omnibus *Eccleſiis*, ob diligenter prædicatum *Evangelium* plurimam *laudem* reportaverat, v.18. qui χειροτονηθεὶς συνέκδημος Παύλῳ dicebatur, v.19. ſtatim inter Ἀποστόλους ἐκλησίας reponi v.23. non eſt quod dubitemus, cùm idem de illo affirmet *Epiphanius Hær:*LI. & in ἀνακεφαλ. iniquiſſimè à * *D. Blondello* exagitatus, quòd eum, qui à *Paulo primùm ad fidem convertebatur, inter* LXX. *Chriſti diſcipulos*

* p.102.

pulos reponeret; Certè nihil tale ab *Epiphanio* factum est, nec enim *Apostolum* qui pronuntiat, ad LXX. *Christi discipulos*, qui *Apostoli* non erant, respexisse putandus est. Rectiùs * *Walo*, qui *Lucam* à *Theophane* Ἀπόστολον, similque ἅγιον nuncupari (& id quidem impune) passus est. * p. 43.

§. 18. Sic *Barnabas*, antequam speciali spiritus designatione ad *Apostolatum* separaretur, ab *Apostolis* ad *Antiochiam* delegatur, Ibi cùm multos ab aliis conversos inveniret, *Act.* XI. 21. omnes in fide *confirmavit*, v. 23. *Ecclesiámque*, & cœtus constituisse putandus est.

§. 19. Sic & *Marcus* (non ille *Johannes Marcus*, primùm *Paulo* & *Barnabæ* adjunctus itinerum *socius Act.* XII. 25. dein soli *Barnabæ* c. XV. 39. ejus ἀνέψιος *Col.* IV. 10. à *Paulo* ad *Colossenses* mittendus, & alibi illi ἔυχρηστος εἰς διακονίαν II. *Tim.* IV. 11. συνεργὸς, *Philem:* 24. sed) alter ille, υἱὸς μου *filius ipsius* à *Petro* appellatus, I. *Pet.* V. 13. (ut qui ab illo in fide *Christi* genitus fuerat,) cùm de eo verè ex *Papiâ* affirmetur, ὅτι ὅτε ἤκουσε τοῦ Κυρίου, ὅτε παρηκολούθησεν αὐτῷ, nec igitur in numero *Septuagintæ Christi discipulorum* censeri possit) apud *Eusebium*, & *Papiam*, *Petri* ἀκόλουθος, & ἑρμηνευτὴς, *Evangelii* ab eo prædicati *scriptor*, tandémque annis, post *Christi* ascensum, undecim, in *Ægyptum* ἐξελάμψας, *Evangeliúmque* illic, quod scripsit, prædicans, & *Ecclesias*, inquit ille, πρῶτον ἐπ' αὐτῆς Ἀλεξανδρείας συστησάμενος (& postea in *Pentapoli*, ait vitæ illius apud *Photium Scriptor anonymus*) *Apostolus* ab eodem * *Eusebio*, ut & ab || *Epiphanio*, *Lucæ* adjunctus, vocatur. * l. II. c. xd. || *Hær:* LI.

§. 20. Sic & *Timotheus*, qui post fidem à *Paulo Ephesi* plantatam, χρὶ πιθήμαλος ἀποκάλυψιν ἐπίσκοπος ἐχειροτονήθη (ait, post alios, *OEcumenius* in I. *Tim.* III.) ibíque προστμεῖναι, *sedem figere* jubebatur, ut διδασκάλη τοῦ μὴ ἑτεροδιδασκαλεῖν, &c. I. *Tim.* I. 3. ab *Antiquis scriptoribus Apostolus* vocatur.

§. 21. Ita de eo *Anonymus* apud *Photium*, Μαρτύριον Τιμοθέου τοῦ Ἀποστόλου, & Ὁ Ἀπόστολος, inquit, Τιμόθεος ὑπὸ τοῦ μεγάλου Παύλου χ) χειροτονεῖται τῶν Ἐφεσίων μητροπόλεως ἐπίσκοπος, χ) ἐνθρονίζεται, *Apostolus Timotheus à Magno Paulo & ordinatur Ephesiorum Metropolita, & in throno collocatur*: ut & * *Theodoretus*, Ἀσιανῶν Ἀπόστολος ὁ Τιμόθεος. Et *Theophanes*, Τῷ Ἰουλίῳ μηνὶ γενόμενοι ἐγκαίνια τῶν ἁγίων πρώτων, Ἀνδρέου, Λουκᾶ, χ) Τιμοθέου τῶν ἁγίων Ἀποστόλων. De *Tito* idem affirmatur, Κρήτων Ἀπόστολος ὁ Τίτος, apud *Theodoretum*. *Num.* 254. * *in* I. *Tim:* III. 1.

§. 21. Sic *Epaphroditum S. Pauli* συνεργὸν & συστρατιώτην, ejus jussu ad *Philippenses* missum, *Phil.* II. 25. eorum ibi Ἀπόστολον dictum, * *Theodoretus* exinde *Philippensium Episcopum* fuisse concludit, Ἐπαφρόδιτον, inquit, Ἀπόστολον αὐτῶν καλήσας σαφῶς, τοίνυν ἐδίδαξε ὡς τὴν ἐπισκοπικὴν διακονομίαν αὐτὸς ἐπεπίστευτο, ἔχων ἐπισκόπου θεσπεσίαν, & iterum ad *cap.* II. Ἀπόστολον αὐτὸν καλέσας αὐτῶν, ὡς τὴν ἐπιμέλειαν αὐτῶν ἐμπεπιστευμένον, ὡς εἴη δῆλον, ὅτι καὶ τοῦτον ἐτίμων οἱ ἐν τῇ θεσσαλίᾳ, κληρικοὺς ἐπίσκοπον, &c. Et in eandem sententiam, post *Chrysostomum*, *Theophylactus* & *OEcumenius*.

* *in Philip:* I. 1.

§. 22. Sic & *Clemens Romanus* συνεργὸς *Pauli*, *Phil.* IV. 3. διάκονον & Πίστιν (inquit *Ignatius* ad *Trallenses*) ab *Apostolis* istis primariis in plantandâ *Ecclesiâ* adhibitus, à [a] *Clemente Alexandrino*, *Apostolus Clemens* nuncupatur, ab [b] *Hieronymo*, *vir Apostolicus, qui post Petrum, Romanam rexit Ecclesiam*, à [c] *Ruffino*, *Apostolicus vir, imò penè Apostolus*.

[a] ἐν τῇ πρὸς Κορινθίους ἐπιστολῇ ὁ Ἀποστολικὸς Κλήμης. *Strom:* l. IV.
[b] *in Is.* LII.
[c] *De adulterat: lib. Orig:*

§. 23. Sic & *Ignatius* noster, quem * ait *Chrysostomus* cum *Apostolis* familiariter & παῤῥησίᾳ versatum fuisse, κ) τ πνευματικῶν κειμήλιων ἀπολαύσαντα, & è *spiritualibus* ſtuentis liberaliter hausſe, ipsis ἐντραφέντα (legendum putarim συντραφέντα) *connutritum*, κ) ῥητῶν κ) ἀπορρήτων αὐτοῖς κοινωνήσαντα, *ineffabilium omnium participem factum*, tandémque τοσαύτης εἴλ) δόξαντα αὐτοῖς ἀρχῆς ἄξιον, ἀλλὰ κ) ἅπερ τ ἀγίων ἐκείνων τὴν ἀρχὴν ταύτην ἐγχειρισθέντα, *tanto dignum principatu ab illis habitum, quem & ab illis ſanctis viris obtinuit* (κ) δὴ τ μακαρίων Ἀποστόλων χεῖρες τ ἱερᾶς ἐκείνης ἥψαντο κεφαλῆς, *ipſa enim Beatorum Apoſtolorum manus ſacrum caput ejus attigerunt*) ab eodem *Chrysostomo* Ἀποστολικὸν & Ἐπισκοπικὸν appellatur.

* *in Philip:* I. 1.

§. 24. Hinc & illud *Theodoreti* in I. *Tim.* III. 1. de ævo isto loquentis, τοὺς νῦν καλουμένους ἐπισκόπους, Ἀποστόλους ἀνόμαζον, Eos qui posterioribus ævis *Episcopi* dicuntur, Illi tunc *Apostolos* vocabant, τῷ δὴ χρόνῳ πεσόντος, τὸ μὲν τ Ἀποστόλου ὄνομα τοῖς ἀληθῶς Ἀποστόλοις καταλιπόν, τὴν δὲ τ ἐπισκοπῆς θεσπεσίαν τοῖς πάλαι καλουμένοις ἀποστόλοις ἐπιδέδωκε: *Procedente verò tempore Apoſtolatus nomen veris* (i. e. *primariis* XII.) *Apoſtolis reliquerunt, Epiſcopatus* verò appellationem, illis qui olim *Apoſtoli* dicebantur, impoſuerunt, ὅτω, inquit, Φιλιππησίων ἀπόστολος ὁ Ἐπαφρόδιτος ἦν, ὅτω Κρήτων ὁ Τίτος, κ) Ἀσιανῶν ὁ Τιμόθεος Ἀπόστολοι. Sic *Philippenſium Epaphroditus*, *Cretenſium Titus*, *Aſianorum Timotheus Apoſtoli* erant. Et ὅτω, inquit, ἀπὸ τ Ἱεροσολύμων τοῖς ἐν Ἀντιοχείᾳ ἔγραψαν

ἔγραψαν οἱ ἀπόστολοι, *Sic ab Hierosolymis ad Antiochenos scripserunt Apostoli Act.* XV. Manifesta omnia, & ad thesin nostram deicticè confirmandam commodissima, Nec est quod à *Walonis* παρερμηνείαις vindicari ea sollicitiùs curemus, qui potestatem hîc à *Theodoreto Timotheo* tribui ut *Apostolo*, non ut *Episcopo* affirmat, cùm nullum hîc inter *Apostolum* & *Episcopum* fuisse discrimen affirmet liquidò *Theodoretus*.

§. 25. Sic & * *Rabanus Maurus* de *Primis* istis *Temporibus*, *Episcopi provincias integras regebant Apostolorum nomine nuncupati.* * *in* I. *Tim.* IV. 14.

§. 26. Sic cùm de *Marci* spurcissimi *Hæretici sectatoribus* narret *Irenæus* l. I. c. 9. (& ex eo * *Epiphanius*) eò insolentiæ elatos fuisse, ut ipsos etiam *Apostolos præ se contemnerent*, de *Primævis* istis *Ecclesiæ Episcopis* illud affirmasse videntur. Sic enim ad *Gnosticos*, quorum isti propago erant, alludens *Ignatius*, εἴ τις γνώσει πλέον τῆς ἐπισκόπου, ὑφδαρῇ, *Siquis eò insolentiæ efferatur, ut se plus scire quàm Episcopum affirmet*, & ita *Episcopum præ se contemnat, corruptus ille est*, seu ad *Gnosticorum* castra defecisse censendus. In eandem planè sententiam quod *Irenæus* de *Apostolis*, *Ignatio* de *Episcopis* dicente. * l. I. *hær:* XIV. & XXXIV.

Cap. IV.

Angeli Apocalyptici Episcopi. Angeli nomen. Comprobatus à Christo Episcopatus, Apoc: I. 10. II. 1. *Objectio contra Angelum Thyatiræ, Apoc.* II. 24. *Responsio. Locus explicatus. Timotheus vel successor ejus, Ephesi Angelus. Polycarpus Smyrnæ.*

§. 1. AD tertium accedo, quod ad *Angelos Apocalypticos* pertinet, iis nempe notari totidem præcipuarum in *Asiâ* civitatum, aut *Ecclesiarum Præfectos*, quos non tantùm *Episcopos*, sed *Primates*, ἐξάρχους, aut *Metropolitanos* nuncupaveris; Utrumque breviter notandum erit.

§. 2. Primò, hos singulos, *singulares*, & propriè dictos *Episcopos* fuisse. Sic de iis *Andreas Cæsariensis*, ἕπτα ἐκκλησίας ἐπισκόπους Ἐφόρους Ἀγγέλους λέγων), *septem Ecclesiarum totidem Ephori* (inspectores, *Episcopi*) *Angeli hîc dicuntur*. Hoc Ἀγγέλου titulo *summum Sacerdotem Judæorum* insignitum fuisse ex *Malachiâ* satis notum est, *Ille enim* * *Angelus Domini Exercituum est*, utpote à quo *lex populo* derivanda erat, Hi itidem in istâ *Johannis* visione totidem *Astris* assimulantur, quæ cùm *Christus* in *manu suâ gestare* dicatur, *Apoc.* I. 10. & II. 1. ex eo argumentum satis firmum duci * *Mal.* 1.

potest, hanc eorum in *Ecclesiâ* dignitatem & ἰσχὺν, à *Christo*, si non immediatè institutam, *comprobatam* saltem, & confirmatam esse, præsertim cùm (his totidem *Epistolæ* hujus particulis) eos singulos, sub hoc honoris & dignitatis titulo *ipse* interpellaverit: In tantâ luce adhuc cæcutire aliquos inter pessimi & inauspicatissimi sæculi prodigia numerandum est.

§. 3. Quod enim ex voculâ unâ [ὑμῖν] in *plurali*, c. II. 24. contra tot *singulares Angelorum* mentiones, à quibusdam objici video, illud omne statim evanescet, si ex manuscriptis antiquissimis, eo præsertim, qui in *Archivis Carolinis* recondebatur, *Venerando* & omnibus æstimatissimo *Codice*, verba ista recensentur. Sic enim unius particulæ [Καὶ] omissione restitutum locum dignoscemus, Ὑμῖν δὲ λέγω τοῖς λοιποῖς ἐν Θυατείροις, *Vobis verò reliquis in Thyatiris dico*, Hoc est, Non Ἀγγέλῳ, aut *Episcopo* soli, sed iis omnibus, ὅσοι οὐκ ἔγνωσαν &c. *quotquot profunda*, quæ dicuntur, at ea *Satanæ*, *non sciverunt*, i. e. quotquot ad *Gnosticorum* castra non defecerant, quorum sub *Jezebele* mentio v. 20. Et sic statim perspicua, & extra omnem controversiæ aleam posita omnia. At si cui vulgata lectio sincerior credatur, Nec tamen sic Vocabulum [ὑμῖν] (ὑμῖν καὶ λοιποῖς τοῖς ἐν Θυατείροις) ad Ἄγγελον τῆς ἐν Θυατείροις ἐκκλησίας pertinere putabitur, cùm eam ad alias personas respicere, quàm ad illas ipsas, quæ in fine versus proximè præcedentis eâdem voce notantur, ratio *contextus* nullatenus passura esset. Sunt autem istæ πᾶσαι ἐκκλησίαι, *reliquæ omnes Asiæ Ecclesiæ*, quarum cùm, in eo ad *Angelum Thyatirensem* sermone, mentio inciderit [καὶ γνώσονται πᾶσαι αἱ ἐκκλησίαι] Eas omnes paucis alloquitur *Christus* (quod rectè feciſſe eum putes, cùm hæc una ad omnes *Epistola* missa fuerit, c. I. 4. II. 11, 17, 19.) *Dabo*, inquit, *unicuique vestrûm secundum opera vestra*, v. 23. itidémque, ὑμῖν δὲ λέγω, v. 24. *vobis autem dico, reliquísque Thyatirensibus*, Qui cùm culpæ illius, de quâ præsens sermo fuit, immunes & insontes essent, in *tertiâ* ideò personâ interpellandi fuerant, [ὅσοι οὐκ ἔχουσι, &c.] Adeò de ridiculo fingi solent, quæ ad novitiæ ὀρθολογίας confirmationem à partium studio abreptis contra apertissimam lucem proferuntur.

§. 4. Hoc tam ἀναντιῤῥήτῳ ipsius *Christi* de cœlo loquentis testimonio, *singulares* in singulis *Ecclesiis Episcopos* comprobatos esse, imò ab *Apostolis* ipsis institutos (si adhuc ambigendi locus sit) extra dubium ponet *Concilii Chalcedonensis Actus* II. Ἀπὸ τῆς ἁγίας Τιμοθέου μάχει νῦν κζ'. ἐπισκόπου ἐγένοντο— dein πάντες ἐν Ἐφέσῳ ἐχειρο-

ἐπίσκοπος. *A S. Timotheo* (quem διὰ ὀπαδίσεως τῆς χειροτονίας ἀνῆκε ordinatum affirmat *S. Paulus* II. *Tim.* I. 6.) *ad hoc tempus, inquiunt Patres, viginti septem Episcopi in Epheso ordinati sunt.* Ex quibus patet, vel *Timotheum* ipsum, vel aliquem ei succedaneum, hunc ipsum *Angelum* fuisse, quem c. II. 1. *Christus* alloquitur. Id etiam * *Polycrates* testatur, qui annis non ita multis post *Johannis* tempora natus, † *octavum* se illius urbis *Episcopum* fuisse asserit.

* *De Martyr: Tim:*
† *Ep: ad Victor: ap: Euseb: Eccl: hist:* l. V. c. ult.

§. 5. Idem de *Smyrnensis Ecclesiæ Angelo* affirmat *Irenæus* l. III. c. 3. *Polycarpum* scilicet, quem ipse puer senem viderat, οὐ μόνον ὑπὸ Ἀποστόλων μαθητευθέντα, καὶ συναναστραφέντα πολλοῖς τῶν τὸν Χριστὸν ἑωρακότων, ἀλλὰ καὶ ὑπὸ Ἀποστόλων κατασταθέντα εἰς τὴν Ἀσίαν, ἐν τῇ ἐν Σμύρνῃ ἐκκλησίᾳ ἐπίσκοπον, *Non solùm ab Apostolis ad fidem conversum, & cum multis, qui Christum viderant, versatum, sed & ab Apostolis in Asiam missum, in Ecclesiâ Smyrnensi Episcopum constitutum esse.* Sic *Tertullianus* de *Præscr:* c. XXXII. *Sicut Smyrnæorum Ecclesia Polycarpum à Johanne collocatum refert, sicut Romanorum, Clementem à Petro ordinatum edit, perinde utique & cætera exhibent, quos ab Apostolis in Episcopatum constitutos, Apostolici seminis traduces habent.* At istis & id genus aliis notissimis immorari supervacaneum erit, cum de his omnibus simul pronuntiet * *Tertullianus, Habemus Johannis alumnas Ecclesias — Ordo Episcoporum ad Originem recensius, in Johannem (Apostolum) stabit authorem.*

* *adv: Marc:* l. IV. c. 5.

Cap V.

Angeli 7. Metropolitæ. Metropolis quid sit. Ἐκκλησίαι *in S. Scripturâ in plurali, at* ἐκκλησία *in singulari. Judæa provincia, Creta, Gallia.* Καλὰ ἐκκλησίαν, *Act.* XIV. 23. *idem cum* κατὰ πόλιν. *Metropoleon exemplar à Judæis sumptum, Deut.* XVI. 18. *Act.* IX. 1. *Damascus ad Hierosolymam pertinebat, ad Tyberiadem Syria & Cilicia, ad Bagdat Assyria, ad Alexandriam Ægyptus. Secunda Metropoleon apud Judæos imago, Num.* III. 24. 32. *Dependentia Ecclesiarum à Metropoli ab Apostolis instituta, Act.* XVI. 4. *Syria Antiochiæ παροικία.* Ἐφέσιοι ἀπὸ Σμύρνης. *Anianus Metropolitanus. Cretæ Metropolis Gortyna. Dionysii Corinthiorum Episcopi Epistola. Asiæ 7 Metropoles, earum fata. Metropoles fundatæ* ἐν ἀρχαίοις ἔθεσι.

§. 1. Secundò igitur, Hi septem *Ecclesiarum Angeli*, aut *Sydera*, non tantùm *Episcopi*, sed & *Metropolitæ*, i. e. *Archiepiscopi* statuendi sunt, i. e. *principalium urbium* ἔξαρχοι, ad quos *Provinciæ* integræ, & in iis multarum inferiorum urbium

Ecclesia, earúmque *Episcopi*, tanquam ad *Archiepiscopum*, aut *Metropolitanum* pertinebant. Illud in singulis istis septem *Ecclesiis* statim credibile fiet.

§. 2. Inprimis verò, ut quæ sint *Metropoles*, distinctiùs ex ipso *sacro* codice dignoscatur, sciendum est, *Ecclesias*, non *Ecclesiam*, *Judææ Gal.* I. 21. I. *Thess.* II. 14. ut & *Samariæ*, & *Galilææ*, *Act.* IX. 31. *Ecclesias Syriæ*, ut & *Ciliciæ*, *Act.* XV. 41. *Ecclesias Galatiæ*, I. *Cor.* XVI. 1. *Gal.* I. 2. *Ecclesias Asiæ*, *Ro.* VI. 19. *Apoc.* I, 11. *Ecclesias* denique *Macedoniæ*, in *plurali* singulas, à scriptoribus *sacris* memorari; Cùm tamen ἐν Ἱεροσολύμοις *Act.* VIII. 1. XV. 4. 22. ἐν Ἀντιοχείᾳ, *Act.* XI. 26. (ut & *Act.* XV. 3. si versus ille cum c. XIV. 27. componatur) ἐν Κεγχρεαῖς, *Ro.* XVI. 1. ἐν Κορίνθῳ, I. *Cor.* I. 2. II. *Cor.* I. 1. *Thessalonicensium* I. *Thess.* I. 1. II. *Thess.* I. 1. *Ephesina*, *Apoc.* II. 1. *Smyrnensium*, *Ap.* II. 8. ἐν Περγάμῳ, c. II. 12. ἐν Θυατείροις, 18. ἐν Σάρδεσιν, c. III. 1. ἐν Φιλαδελφείᾳ c. III. 7. *Laodicensium*, 14. Ἐκκλησία constanter in *singulari* reponatur.

§. 3. Causa hujus discriminis in promptu est, Istæ enim *singulæ*, *Judææ*, &c. *Provinciarum* nomina erant, ἐπαρχιῶν, quatenus ex παροικίαις, aut διοικήσεσι contradistinguuntur, (sic ut cùm apud * *Cyprianum* & alios non semel, *Per omnes Provincias* & *Urbes singulas ordinati Episcopi* dicantur) *Provinciarum*, inquam, in quibus plurimæ *Civitates*, singulæ *singularum Ecclesiarum* sedes, comprehendebantur, ideóque in *plurali* Ἐκκλησίαι istius, sive istius *Provinciæ* dicendæ. Sic *Dionysius Corinthiorum Episcopus*, apud * *Eusebium*, τῇ ἐκκλησίᾳ παροικούσῃ Γόρτυναν, ἅμα τοῖς λοιποῖς κατὰ Κρήτην παροικίαις *Epistolam* scribens, *Philippum* ἐπίσκοπον αὐτῶν, simul omnium *Episcopum* commendat. Sic de *Irenæo* * *Eusebius*, τῆς κατὰ Γαλλίαν παροικίας, ἃς Ἐιρηναῖος ἐπισκοπεῖ. Sic || *Cyprianus*, *Universis Episcopis vel in nostrâ Provinciâ*, &c. Et * alibi, *Latiùs fusa est nostra Provincia, habet etiam Numidiam & Mauritanias duas sibi coherentes.* Cùm tamen unaquæque *civitas* cum *territorio* sibi adjuncto, ab *Episcopo* suo administrata, *singularis Ecclesia* dicenda sit; Ideóque quod κατ' ἐκκλησίαν factum dicitur, *Act.* XIV. 23. κατὰ πόλιν fieri jubetur, *Tit.* I. 5. (ut & *Apostolorum* decreta *singulis civitatibus* ut *singulis Ecclesiis* tradebantur, *Act.* XVI. 4.) *Ecclesiâ* quippe in quâlibet *Urbe* constitutâ, cùm in quâlibet urbe *Episcopus* constitueretur.

* *Ep.* LII.

* l. IV. c. xγ'.

* l. V. c. xγ'.

|| *Ep.* XL.

* *Ep.* XLV.

§. 4. His sic positis, Illud statim sequitur, ut (in *Imperii cognitione*)

tione) in *provinciâ* qualiber, cùm plures *urbes* sint, una tamen primaria, & *Principalis* censenda erat, μητρόπολις ideò dicta, cui itidem *inferiores* reliquæ *civitates* subjiciebantur, ut *civitatibus regiones*, sic & inter *Ecclesias* & *Cathedras Episcopales* unam semper *primariam* & *Metropoliticam* fuisse, à quâ reliquæ inferiorum *Civitatum* & regionum *Ecclesiæ*, & *Episcopi* dependebant, cùm quâ concordiam & *unitatem* omnem colere tenebantur.

§. 5. Illud ex *Judæorum exemplari* transcripsisse *Apostoli* videntur, cùm *Mosaïcâ* id lege cautum esset, ut *Judices, & Ministri in qualibet civitate ordinarentur*, *Deut.* XVI. 18. Illi verò in rebus dubiis ad *Judicem Mosis successorem, Synedrio Hierosolymitano* cinctum, recurrere tenerentur, c. XVII. 9.

§. 6. Illud his ipsis *Apostolorum* temporibus observatum fuisse monstrat *Historia Saulis*, *Act.* IX. 2. ubi *à summo Pontifice*, ut *Hierosolymitani Synedrii* principe (vel ut *Act.* XXII. 5. dicitur, *à summo Pontifice, & toto Synedrio*) *literas* poscit ad *Synagogas Damasci*, ut *Christianos*, quotquot ibi reperiret, omnes *vinctos Hierosolymam duceret*, v. 2. ex quo patet, *Judæos Damascenos*, ut & aliarum civitatum, *Synedrii Hierosolymitani* dominio subjectos fuisse. Sic *Agrippa* de *Hierosolymis* apud *Philonem*. Μητρόπολις ἡ οὐ μιᾶς χώρας Ἰουδαίας, ἀλλὰ καὶ τῶν πλείστων, διὰ τὰς ἀποικίας ἃς ἔπεμψεν, εἰς τὰ πρὸ ὁμόρους Αἰγύπτου, Φοινίκης, Συρίας τῆς τε ἄλλης, καὶ τῆς Κοίλης προσαγορευομένης, εἰς τὰς πόρρω διῳκισμένας, Παμφυλίαν, Κιλικίαν, τὰ πολλὰ τῆς Ἀσίας ἄχρι Βιθυνίας καὶ Πόντου, &c. *Hierosolyma metropolis non unicæ regionis Judææ, sed & plurimarum, propter colonias quas emisit, in Ægyptum, Syriam, Cœlosyriam, Pamphyliam, Ciliciam, multásque Asiæ partes usque ad Bithyniam, &c.*

§. 7. Quod de *Hierosolymis* dicimus, illud post *Hierosolymitanum* excidium de *Tiberiade* monstrat *Codex Imperialis, tit: de Jud: & Cælicol:* ad quam igitur, ut ad *Metropolim*, totam *Syriam* & *Ciliciam* pertinuisse monstrat *Epiphanius Hær: Ebionit:* Idem etiam & in dispersionibus suis observarunt *Judæi*, *Synedrio* in *Bagdat* constituto, ad quod *Synagogæ* per *Assyriam* & *Mediam*, ut & *Alexandriæ*, ad quod universa *Ægyptus* pertineret.

§. 7. At & alia hujusce institutionis imago apud *Judæos* occurrit; Cùm enim *Num.* III. tres *Levitarum* familiæ ad ministeria sacra à *Domino* separarentur, & eorum singulis *Princeps* præficeretur, נשיא idem dictus, v. 24, 30, 35. super hos omnes *Eleazarum*,

Eleazarum Aaronis filium constitutum videmus, v. 32. dictum inde נשיא נשיאי הלוי ἄρχοντα ὄντα τῶν ἀρχόντων Λευιτῶν, ad quem pertinebat suprema ista *sacrorum* cura & ἐπισκοπή.

§. 9. Ad hanc imaginem *Apostolos Ecclesias* ubique disponendas curasse, & in omnibus plantationibus suis, minorum ab eminentioribus civitatibus dependentiam, & subordinationem constituisse, exemplis quidem plurimis monstrari posset; Illud in *Syriâ*, & *Ciliciâ* patet, *Act.* XVI. 4. Cùm enim ζήτημα illud c. XV. 2. *Hierosolymas* referretur ab *Ecclesiâ* ἰδίως *Antiochicâ*, c. XIV. 26. & XV. 3. & decretum ab *Apostolis* denuò ad eos, à quibus quæstio proponebatur, i. e. *Antiochenam Ecclesiam* mitteretur, v. 22. in *Epistolâ*, quâ decretum illud continebatur, simul cum *Antiochensibus*, τὰς κατ' Συρίαν καὶ Κιλικίαν ἀδελφὰς comprehensos videmus, v. 23. Dein *Epistolâ* istâ *Antiochenæ Ecclesiæ* redditâ, v. 30. *Paulus* tandem & *Silas*, *Syriam* & *Ciliciam* peragrantes v. 4. c. XVI. 4. δόγματα κεκριμένα τὰ ἀπὸ τῶν Ἀποστόλων, singulis *Civitatibus* observanda tradiderunt, ut quæ ad hanc *Antiochiæ Metropolim*, ut totidem subordinatæ *Ecclesiæ*, pertinerent, ut & ipsâ *Antiochia* ad *Hierosolymas*, primariam tam latæ (ut ex *Philone* prædiximus) *Provinciæ Metropolin* pertinebat, & ad eam ad dirimendam litem istam, se conferebat.

10. Hinc dicti *Ignatiani* ratio constat in *Epistolâ* ad *Romanos*, ubi ille *Antiochiæ Episcopus*, se ὁ ἐν Συρίᾳ Ἐκκλησίας ποιμένα, *Pastorem Ecclesiæ quæ est in Syriâ* appellat, cùm ad *Antiochiam* scilicet, ut *Metropolim* suam tota *Syria* pertineat. Sic & *Author Epistolæ* ad *Antiochenos*, Ἐκκλησία Θεοῦ παροικοῦσα ἐν Συρίᾳ τῇ ἐν Ἀντιοχείᾳ eam inscribens, totam *Syriam* ejus παροικίαν esse concludit. Sic cùm apud genuinum *Ignatium Ep: ad Magnesios* [Ἐφέσιοι ἀπὸ Σμύρνης, *Ephesii à Smyrnâ*] memorentur, credideris *Smyrnenses* intelligendos esse, (additur enim, ἅμα Πολυκάρπῳ ἐπισκόπῳ Σμυρναίων) Illud interim extra dubium est, *Smyrnam*, cum conventus caput fuerit, teste *Plinio* l. V. c. 29. sedem primæ *Ecclesiæ* ponendam esse.

§. 11. Hîc & illud rursus recenseri debet, quod ejusdem *Ignatii* ad *Romanos Epistolæ Epigraphe* nobis largitur [Ἐκκλησία ἥτις προκάθηται ἐν τόπῳ χωρίου Ῥωμαίων] ex quâ, *Ecclesiæ Romanæ*, ejúsque *Episcopo*, super *Ecclesiis* omnibus in *urbicariâ regione*, aut *provinciâ Romanâ* contentis, *Præfecturam* competiisse videmus.

§. 12. Idem de *Alexandriâ* prius monstratum fuit, de quâ inquit * *Eusebius*, *Marcum* Ἐκκλησίας πρῶτον ἐν αὐτῇ Ἀλεξανδρείας

* l. II. c. 16'.

ἐκκλησίας συστάσεις, *Ecclesias, in plurali, primùm in Alexandriâ instituisse.* Has omnes ab eo, sub nomine τῆς ἐν Ἀλεξανδρείᾳ παροικίας, administrandas suscepisse *Anianum* octavo *Neronis* anno, idem * *Eusebius* affirmat. Quibus patet, *primariam Alexandriæ, & Patriarchalem Cathedram* fixam esse, ad quam reliquæ *Provinciæ* illius *Ecclesiæ* à *Marco* plantatæ (quales in *Pentapoli* fuisse prædiximus) ut ad *Metropoliticam* suam pertinebant. * *Lib.*II. c.ιδ'.

§.13. Idem etiam sine dubio de *Cretâ* affirmandum est, aliquam in eâ *Metropolim* fuisse, ubi sedem suam figebat *Titus*, & in aliis omnibus civitatibus, & *Ecclesiis Episcopos constituebat*, qui huic exinde, ut *Metropolitano* subjacebant, sic certè *Eusebius* putavit, qui *Titum* τὸν δὲ τῆς Κρήτης ἐκκλησιῶν ἐπίσκοπον εἰληχέναι, *Ecclesiarum, quæ in Cretâ erant, Episcopatum* sortitum esse affirmat; l.III c.δ'.

§.14. Sic *Theodoretus* in *Arg: Ep: ad Titum, Ordinatum eum à Paulo Episcopum,* τῆς Κρήτης μητρόπολιν οὖσης, *mandatum à Paulo accepisse,* τοὺς κατ' αὐτὴν ἐπισκόπους χειροτονῆσαι, *ut Episcopos sub se ordinaret.* Sic & *Chrysostomus* in *Tit.*I. *Hom:*I. *Titum sine dubio virum* δόκιμον *fuisse, cùm illi* ὁλόκληρος νῆσος καὶ τοσούτων ἐπισκόπων κρίσις *commissa esset.*

§.15. Quæ tum fuerit *Insulæ* illius *Metropolis* ex Scripturâ non constat. At sub ævo *Dionysii Corinthiorum Episcopi* (quem ἀρχαῖόν τινα appellat *Eusebius* l.III. c.δ'.) i.e. circa *An:Ch:*175. *Gortynam* eam fuisse monstrat *Epistola* ejus, quam τῇ ἐκκλησίᾳ παροικούσῃ Γορτύναν, ἅμα τοῖς λοιποῖς καὶ Κρήτωσι παροικίας, *Ecclesiæ Gortynam incolenti, vel adjacenti, simul cum reliquis per Cretam Ecclesiis,* aut *diœcesibus scripsisse* eum ait *Eusebius* l. IV. c.κγ'. quarum, inquit *Eusebius, Philippum Episcopum* commendat; Φίλιππον ἐπίσκοπον αὐτῶν (non unius *Diœceseos*, sed λοιπῶν, ut videtur, παροικιῶν ἐπίσκοπον) ἀποδέχεσθαι.

§.16. Sic denique de *Asiâ*, cujus in *Novo Codice* toties fit mentio, *Asiâ* scilicet *Lydiacâ*, pronuntiandum est. Cùm enim 1o. prædicato per *Paulum* & *Iohannem* per annos aliquot *Evangelio*, Incolæ ejus *omnes fidem recepisse* dicantur, *Act.*XIX.10. Et tamen eâ universâ post tres annos à *Paulo* inter eos insumptos, septem tantùm *Ecclesiæ* in *Apocalypsi* recenseantur: Cúmque 2do, multas *Metropoles* in eâ fuisse certum sit, (καὶ τῆς Μητροπόλεως Ἐφεσου *primam* apud * *Ulpianum*) & inter eas || *Ptolomæo Thyatira*, & *Concil: Constant: sub Menâ, Philadelphia. Metropoles* appellentur, *Laodicea* itidem, & *Sardis, Smyrna* & *Ephesus* à

* *in l. Observ: D. de off: Proc. ss* Θυάτειρα Μητρόπολις. *Geog:*l.V.c.2. ‖ Ἐπίσκοπος τῆς Φιλαδελφέων μητροπόλεως &c. Λυδῶν ἐπαρχίας, *Act.*V.

Plinio l.V.c.29. ponantur, ut civitates in quibus *Romani Precess.* sedes suas figentes, *Civitatibus* omnibus circum ambientibus jus dabant, quod & de *Pergamo* affirmat c.30. Cùm denique 3^tio, *Ignatii* xvo, *Magnesiam* & *Trallin* super *Meandri* ripis positas (Τράλλις πόλις Λυδίας πρὸς τῷ Μαιάνδρῳ ποταμῷ, ait *Stephanus Byzant:* περὶ Πόλ:) ideóque in hâc *Asiâ* locandas, ex *Epistolis* ad eas conscriptis, & *Episcopis Damâ*, & *Polybio* ab *Ignatio* nominatis, *Ecclesias* seu *Civitates Episcopales* fuisse monstretur, & quas postea *Ephesino Metropolitano* subjectas fuisse cognoscimus: Nemini novum aut improbabile censebitur, quod ex his aut talibus præmissis *Reverendissimus Primas Armachanus* concludi postulat, (& ad illud elucidatius reddendum, de *Asiæ* istius ambitu eruditissimam commentationem conscripsit) Has scilicet singulas *Ecclesias*, eo ipso, quo ad eas missa est *Epistola*, tempore, *Metropoles* fuisse, ad quas reliquæ omnes istius *Asiæ Ecclesiæ*, ut ad *Matres* filiæ pertinebant, & quamvis earum plures ab hac denuò dignitate exciderint, solâ *Ephesо*, sub *Constantini* tempore, incolumi servatâ, omnes tamen, solâ *Thyatirensi* exceptâ, ad eandem, à quâ exciderant, tandem restitutas esse.

§.17. In re testatissimâ unicum addo (ne *Reverendissimi Primatis scrinia compilasse* videar) idque notissimum, *Concilia* ea, quæ hos *Metropoliticarum Ecclesiarum Primatus*, aut *Exarchatus*, decretis ipsorum confirmandos censuerint, cùm de iis sermonem fecerint, *Antiquarum*, aut *Apostolicarum* traditionum mentionem solenniter facere.

§.18. Sic in fronte laudatissimi istius *Niceni Canonis sexti* (quo totius *Ægypti*, *Lybiæ*, & *Pentapoleos* ἐξουσίαν ad *Patriarcham Alexandriæ* pertinere statuitur, ut & *Romano Episcopo*, & *Antiocheno*, & cæterarum *Provinciarum Metropolitis* πρεσβεῖα σώζεσθαι, *privilegia* sua *servanda* esse decernitur) præponitur [Τὰ ἀρχαῖα ἔθη κρατείτω (ipsis *Ignatii* verbis, de *Apostolicis* consuetudinibus sine dubio usurpatis) *Antiqui*, aut *Primitivi mores obtineant*] ii scilicet, qui à *Marco* ipso (quem *Alexandrinæ*, ut & in *Lybiâ*, & *Pentapoli*, *Ecclesiarum* fundatorem fuisse monstravimus) ad ea tempora deducebantur.

§.19. Sic & in *Antiocheno Canone* IX. ubi ὁ ἐν τῇ μητροπόλει πρεσβύτερος ὁμοίως, *Episcopus qui in Metropoli præficitur*, τὴν φροντίδα ἀναδέχεσθαι πάσης τῆς ἐπαρχίας, *totius Provinciæ curam suscipere jubebatur*. Cæteri verò *Episcopi* μηδὲν πράττειν ἄνευ τοῦ ἐκείνου γνώμης, *nihil grande facere sine illo*, &c. statim additur, καὶ τὰ ἐπαρχαῖα

χαῖον χρηλώσασθαι τῇ παλαιᾷ ἀμφὶ κανόνα, secundum Patrum nostrorum antiquum, seu primitivum Canonem, qui jamdiu in Ecclesiâ obtinuit.

§. 20. Sic *Ephesini Concilii Can: ultimo*, cùm de *Cypriorum Archiepiscopi* privilegiis agatur, caveatúrque, Ne ille *Patriarchæ Antiocheno* subjacere existimetur, iterum ad ἀρχαῖον ἔθος, & ἀρχαίαν συνήθειαν, tandémque ad τὰ ἐξ ἀρχῆς ἄνωθεν δίκαια, *illa, quæ ab initio plantatæ Ecclesiæ* fuerant, *jura*, & τὸ πάλαι κρατοῦν ἔθος recurritur.

§. 20. Ex quibus satis patet, Hanc *Metropoliticarum Ecclesiarum* πρεσβεῖον assertionem, aliarúmque omnium ab iis dependentium subordinationis vindicationem, nihil novum, aut à quo *Primitiva* praxis ahhorruisse putetur, in *Ecclesiam Christi* invehere, sed ea ab ipsis demum *Apostolis Ecclesiarum* fundatoribus instituta manasse, & ad *Ecclesiarum unitatem*, & concordiam conservandam non parum contulisse.

Cap. VI.

Ἐπισκόπου & Πρεσβυτέρου vocum usus promiscuus. De eo testimonia Theodoreti, &c. Ἰσοδυναμίας quatuor modi. Primus Theodoreto, Tertius Theophylacto placuit, Neuter Presbyteranorum sententiæ confirmandæ utilis.

§. 1. Istis sic dispositis, ad *quartam* dicendorum *Classem* progredimur, Ἐπισκόπου simul ac Πρεσβυτέρου appellationem, quatenus voces eas in *Novo Testamento* usurpatas reperimus.

§. 2. Et illud inprimis hâc in re diffitendum non est, quòd *Antiquorum Scriptorum* quàm multis visum est, eas aut semper, aut plerunque in *Novo Testamento* promiscuè usurpari, ut voces ἰσοδυναμούσας. Sic *Theodoretus* in I. *Tim.* III. 1. Τὰς αὐτοῦ ἐπαλλήλους ποτὲ πρεσβυτέρους καὶ ἐπισκόπους, & in *Phil.* I. ἀμφοτέρα ἔσχον κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν τὰ ὀνόματα. Sic post *Chrysostomum* OEcumenius in *Phil.* I. ἐπισκόπους τοὺς πρεσβυτέρους καλεῖ, τότε γὰρ ἐκοινώνουν τοῖς ὀνόμασι. Et in *Act.* XX. Ἐπιδὴ λανθάνει τοὺς πολλοὺς ἡ συνήθεια μάλιστα τὴν καινῆς διαθήκης, τοὺς ἐπισκόπους πρεσβυτέρους ὀνομάζουσα, καὶ τοὺς πρεσβυτέρους ἐπισκόπους, σημειωτέον τοῦτο ἐντεῦθεν, καὶ ἐν τῷ πρὸς Τίτον ἐπιστολῇ, ἔτι δὲ καὶ πρὸς Φιλιππησίους, καὶ ἐν τῷ πρὸς Τιμόθεον πρώτῃ. Sic in I. *Pet.* V. 1. Πρεσβυτέρους δὲ τοὺς ἐπισκόπους, καὶ ἢ τῇ Περάξεως βίβλῳ οἶδε λεγομένης. Idem etiam sensisse *Hieronymum* ex *Commentariis* præcipuè ad *Titum* à *D. Blondello* fusè recitatis, constat.

§. 3. Hæc *Antiquorum* affirmatio quatuor modis explicari,

aut intelligi potest, vel sic ut ambæ voces ἰσοδυναμεῖσθαι [Ἐπίσκοπος, & πρεσβύτερος] rem unicam, & simplicem, quæcunque illa fuerit, significasse putandæ sint, quod etiam dupliciter fieri potest, 1. Ut *Episcopos solos*, 2do. Ut *Presbyteros* (quos hodie dicimus) *solos* denotasse putentur, vel 3^tio, ut utraque vox utrosque promiscuè significet quandoque scilicet *Episcopum*, quandoque *Presbyterum*, adeóque vox ἐπίσκοπος quandoque *Presbyterum* significet, quandoque *Episcopum* propriè dictum, idémque de voce πρεσβύτερος affirmetur, aliquando *Presbyterum* vulgò dictum, aliquando ἰδίως appellatum *Episcopum* significasse. 4°. denique ut vox ἐπίσκοπος semper *Episcopum singularem* denotet, πρεσβύτερος verò quandoque de *Episcopis*, quandoque etiam de *Presbyteris*, quos hodie dicimus, *comparibus* usurpetur.

§. 4. Horum sensuum *primúsne*, an *secundus*, seu *tertius* demum, *quartúsve* Antiquorum istorum dictis accommodandus sit, nondum, quod scimus, inter *scriptores* convenit. *Theodoretus* ad *secundum* potiùs sensum inclinasse videtur, cùm voce ἐπισκόπους *Act.* XX. *Phil.* I. *Tit.* I. ut & I. *Tim.* III. non *Episcopos*, sed *Presbyteros solos* intelligendos pronuntiet; Ἐπισκόπους, inquit, τοὺς πρεσβυτέρους καλεῖ, *Episcoporum voce utitur*, cùm *Presbyteros* intelligat *Apostolus*, sequitur enim, ἄλλως τε οὐδὲ οἷόν τε ἦν πολλοὺς ἐπισκόπους μίαν πόλιν ποιμαίνειν, *Aliàs enim impossibile esset, multos Episcopos unam civitatem pascere*, aut *administrare*.

§. 5. Hæc quidem *Theodoreti* sententia, quamvis fundamento planè debili nitatur (neque enim, si ἐπίσκοποι omnibus istis locis pro singularibus & propriè dictis *Episcopis* sumantur, ex eo quicquam incommodi sequetur, ut* statim patebit) nihil tamen, si pro concessâ habeatur, ad stabiliendam *Episcoporum*, & *Presbyterorum* ἰσοτιμίαν factura est, cùm ab ipso, qui sic affirmaverit, *Theodoreto*, *Episcoporum* ὑζοχὴ seu † μείζων τιμὴ manifestè propugnetur, ipsique, quos nunc *Episcopos* dicimus, singulares urbium *Præfecti*, *Apostolorum* tempore, *Apostoli* nuncupati fuisse affirmentur.

* c. VIII. & X.

† ἐπισκόπους—ἅτε δὴ καὶ μείζονος μεταλαχόντας τιμῆς, in I. *Tim.* III.

* *Ib.*

§. 6. Quid autem hâc in re de *Hieronymo* pronuntiandum sit, satis supérque prædiximus.

§. 7. Verùm post *Chrysostomum*, *Theophylacto* & *OEcumenio tertium* potissimum sensum placuisse video, cùm enim in *Phil.* I. nominum κοινωνίαν notasset *OEcumenius*, eam sic statim explicandam curavit, ut non solùm οἱ ἐπίσκοποι πρεσβύτεροι vocari putentur (uti & διάκονοι etiam) sed & τὸ ἔμπαλιν ἐ *converso*, οἱ πρεσβύτεροι

πρεσβύτερον ἐπίσκοποι. Illud etiam ex verbis ad *Act.* XX. recitatis patet, *Scripturam* quippe τοὺς ἐπισκόπους πρεσβυτέρους, καὶ τοὺς πρεσβυτέρους ἐπισκόπους ὀνομάζειν, Et cùm ad I *Pet.* V. 1. notasset vocem συμπρεσβύτερον *Petro* accommodatam, vel ἡλικίαν, vel τὴν ἐπισκόπου τιμὴν significare, statim adjicit, πρεσβυτέρους δὲ τοὺς ἐπισκόπους, καὶ ἡ τῶν Πράξεων βίβλος οἶδε λεγομένους. *Episcopos* (propriè dictos, quibus prædicta ἐπισκόπου τιμὴ competebat) *in Actorum libro per vocem* πρεσβύτερον *significari*, sic & in II. *Jo. Joannes*, inquit, πρεσβύτερον μόνον ἑαυτὸν ἠξίωσε καλέσαι, ἤτοι ὅτι γεγηρὼς ἦν ἤδη ἔγραφε ταῦτας, ἢ καὶ ἐπίσκοπον καλῶν ἑαυτὸν διὰ τὴν πρεσβυτέρου, *Presbyterum solummodo se vocandum putavit, vel quia has Epistolas jam senex scripserit, vel quia voce* πρεσβύτερος *se Episcopum nuncuparet.*

§. 8. Ex quibus itidem manifestum est, ex hoc altero harum vocum ἰσοδυναμίας sensu, nihil ad *Presbyteranam* ἰσοτιμίαν tuendam concludi posse, cùm & ii ipsi qui in *Novo Testamento* ἐπισκόπων & πρεσβυτέρων *promiscuum* usum affirment, & quandoque *Episcopos* (sequioribus ævis sic dictos) quandoque *Presbyteros* iis significari censeant, extra omnem tamen illud controversiam ponant, ipsis *Scripturarum* temporibus, *singulares Civitatum Præfectos* fuisse, seu Πρεσβυτέρους quidem eos, seu *Episcopos* nuncupatos.

§. 9. Hæc utrobique verè à me dicta esse, malo Optimi senis *Petri Molinæi*, quàm meis verbis testatum facere. *Dixi*, * inquit, *in Novo Testamento voces Episcopi & Presbyteri perinde accipi, sed non putavi inde imminui dignitatem Episcopalem, cùm locutus sim de solo nomine, non de solo munere, habeámque —— consentientes, præter Presbyterum Hieronymum, celeberrimos Episcopos veteris Ecclesiæ, Chrysostomum, Ambrosium* (Authorem Comment: in Epistolas Pauli pseudepigraphum) *Theodoretum, qui non putaverunt sibi fraudi esse, aut per hoc de suâ dignitate quicquam detrahi, si voces Episcopi & Presbyteri primitùs eodem sensu usurpatas fuisse crederetur.*

* *Ep:* I. *ad Episc: Winton:*

§. 10. His itaque prælibatis, sic ut causæ nostræ quicquid de horum in *Scripturâ* verborum ἰσοδυναμίᾳ, aut promiscuo usu affirmetur, quovismodo obesse nequeat, nihil jam vetat, quo minus singulos *Novi Instrumenti* locos, ubi aut ἐπισκόπου, aut πρεσβυτέρου mentio occurrit, perlustraturi, obiter etiam (& planè ex abundanti) disquiramus, annon *primum*, aut *quartum* demum ἰσοδυναμίας genus hîc locum habere possit, ita, ut aut utroque vocabulo ἐπισκόπου & πρεσβυτέρου soli *singulares Episcopi*, constan-

ter (& nunquam non) in *sacro Codice* denotentur, aut saltem voce [ἐπίσκοπος] ad *solos singulares Episcopos* pertinente, vox πρεσβύτερος communiter ad *Episcopos*, quandoque tamen licet rarò ad *Presbyteros* pertineat.

Cap. VII.

Ἐπισκόπη *vox in veteri Testamento.* אֵל Ἐπίσκοποι, Ἄρχοντες, *Annui Præsides,* פקודים Ἐπίσκοποι δυνάμεως, *Artifices principales. Rectores, Præpositi Sacerdotum & Levitarum,* ἐπίσκοπος Ἐλεάζαρ. *Græca Exemplaria Isai.* LX. 17. *Emendata ex Clemente.* Ἀρχὴ *aliqua per* ἐπισκοπὴν *notata. Christi* κυβέρνησις *Jo.* XIII. 13. Κλῆρος διακονίας καὶ Ἀποστολῆς *Act.* I. 25. *Dominium Charitativum. Status Controversia.*

§. 1. A Voce ἐπισκόπη exordiendum est, ab *Hellenistis* in *Veteri*, ab *Apostolis* dein, in *Novo Testamento*, non rarò usurpatâ. In *Veteri Testamento* Duo sunt vocabula *Hebraica*, quæ *Græci Interpretes* per ἐπίσκοπον reddenda putarunt, 1. אֵל semel, (Θεῷ, Κυρίῳ, Ἀγγέλῳ, καὶ ἐπισκόπῳ commune) quo scilicet κοινῶς *dominium* notatur.

§. 2. Sic apud *prophanos Authores* iidem sunt ἐπίσκοποι & ἄρχοντες; Videatur *Aristides* in *Orat: de Concur: ad Asiat: Civit:* ubi post βασιλέων mentionem, adduntur οἱ κατ' ἐνιαυτὸν ἐπίσκοποι ἀφικνούμενοι, de quibus priùs dicebatur, ἡγεμόνες ἢ ἡμῖν ὁσιωτῶσι καθ' ἕκαστον ἔτος, *Annui scilicet Præsides, Qui Iustiniano* ἄρχοντες ἐπαρχιῶν, & μητροπόλεων ubique dicebantur. Unde illud forsan *Hesychii*, ἐπίσκοπον βασιλέα reddentis.

§. 3. Secundò (à themate פקד) מפקד, פקיד, פקוד, quibus omnibus notatur *Præfectus, Præpositus, Commissarius*, cui aliqua super homines administratio concreditur, communiter per ἐπίσκοπος redduntur, at & per ἐπιτάτης, & πρεσβύτης, ut & ἄρχων, τοπάρχης, κωμάρχης, & semel per θυρωρὸς *Ianitor*, viz: cui *claves domus Domini* commissi sunt, *Ezech:* XLIV. 11. Cùm per ἐπίσκοπον reddatur, ad quinque significatio ejus reduci potest.

§. 4. *Primò*, in *Exercitu, Ducem*, ἐπίσκοπον & δυνάμεως, *Chiliarchum*, aut *Centurionem* denotat, *Num:* XXXI. 14. *Iud:* IX. 28. II. *Reg:* XI. 15.

§. 5. *Secundò*, in *officinâ*, *Artifices* principales, II. *Chron:* XXXIV. 12. 17. eos nempe qui restaurando *templo* præficiebantur.

§. 6. *Tertiò*, in *Civitate*, quemlibet *Rectorem*, aut *Principem*, *Nehem:*

Nehem: XI. 9 14. peculiariter verò *Sacerdotum Præpositum*, v. 10. qualis erat *Iedaiah*, dein *Levitarum* v. 15. qualis *Shemaiah*, Priorem ἱερέων, posteriorem Λευιτῶν ἐπίσκοπον dictum.

§. 7. *Quartò*, in *Templi* ministerio, *Eleazarum* filium *Aaronis* (τὸ ἀρχόντων τῶν Λευιτῶν ἄρχοντα dictum, *Num:* III. 32.) qui *Num:* IV. 16. ἐπίσκοπος Ἐλεαζὰρ vocatur.

§. 8. *Quintò*, *præpositos domus Domini* significat, ἐπίσκοποι ἐπὶ τὸν οἶκον Κυρίου, II. *Reg:* XI. 18.

§. 9. Quòd verò in *Gracis Isaiæ* exemplaribus c. LX. 17. vocem ἐπίσκοπος pro *Hebr:* נֹגְשַׂיִךְ hodiè repositam reperiamus, videtur illud ex *Clemente Romano* emendandum esse, sic ut ad priorem *Commatis* particulam vox ἐπίσκοποι pertineat, & per eam פְּקֻדָתֵךְ reddatur, quam toties sic redditam videmus, נֹגְשַׂיִךְ verò, (quæ ad inferiora officia, ὑπηρετικὰ, φορολόγος, πραγματικὸς, ἰδιώτης pertinet, &, cùm semel per ἐπιτάκτης reddatur, *Ex:* V. 14. ad ὑπηρετικὰ munus pertinere deprehenditur,) rectissimè (ut ab eodem *Clemente* in hoc *Isaiæ* loco, è *Codice* antiquissimo, & quo *Apostoli* utebantur, repositum experimur) per διακόνους reddatur, Quod hîc obiter monuisse sufficiat.

§. 10. Ex hâc sub *Veteri Testamento* vocis hujus significatione, multa sunt, quæ ad rem nostram satis commodè concludi possent, si istis immorari opus esset. Nos ex iis omnibus hoc unum *deictice* monstratum censemus, ἐπιτάττω, aut προστάττω (aliquem aliis *præpositum*, ut ipsorum actiones, & operas observet, *curámque* suscipiat) hoc ἐπισκόπου titulo constanter apud *Interpretes* eos *Hellenistas* significari, ideóque nullam dubitandi causam esse, quin ἀρχὴ aliqua in *Ecclesiâ Christianâ* à *Novi Testamenti scriptoribus* per ἐπισκοπὴν indigitetur.

§. 11. Talis quidem erat, quam *Magno* nostro τῷ ψυχῶν *Episcopo*, *Christo* ipsi competisse videmus, qui cùm hîc in terris discipulis suis *ministraret*, χρείαν tamen sibi vendicabat, *Jo.* XIII. 13.

§. 12. Talis ἐπισκοπὴ *Act.* I. cùm *munus*, saltem in designatione divinâ, *Apostolicum* eâ notetur, quod, ad modum *Christi*, χρεία, & tamen διακονίᾳ, *dominium* certè (inter *fideles* aut *Christianos*) sed *Charitativum*, & cum humilitate summâ conjunctum fuisse, priùs monstravimus. Hinc & illud περίεργος notari debet, munus illud, quod ἐπισκοπὴ dicitur v. 20. κλῆσιν τῆς διακονίας καὶ ἀποστολῆς nuncupari, v. 25. διακονίας vocabulo ad *ministerium*, ἀποστολῆς ad *regimen* in *Ecclesiâ* futurum (utroque ad *regiminis* modum

dum definiendum, *dominium* scilicet, non ἀναγκαστικὸν, aut διακονικῶς, I. *Pet.* V. 1. 5. sed, ut dictum est, ὡς διακονοῦντος, *Lu:* XXII. 27. ὡς πόδας νιπτοντος, *Jo.* XIII. 13. ὡς διακόνου καὶ πάντων δούλου, *Mar.* X. 43. *manſuetum* quidem, & *charitativum*, & ad omnem ſubditorum utilitatem deſtinatum) ſpectante.

§. 13. At de iſtis nulla inter nos & *Presbyteranos* controverſia futura eſt. Quæritur tantùm an *ſingulari perſonæ*, an toti demum *collegio* jus illud competat. Nos *ſingularibus* perſonis, ſingularum *Civitatum Præpoſitis*, *Jus regendi Eccleſias* in *Scripturis* attribui contendimus. Illi è contra vocabulorum ἐπισκόπων & πρεσβυτέρων ἰσοδυναμίαν in *Scripturis* ſe concluſiſſe putantes, unamquamque *Civitatem* à pluribus ἰσοτίμοις, ſeu ἐπισκόπων ſeu πρεσβυτέρων titulo notis, adminiſtrari affirmant, ſeque *Novi Teſtamenti* authoritate fulciri exiſtimant. De vocabulorum ἰσοδυναμίᾳ ſtatim plura dicemus, & ex eâ conceſſâ nihil *Presbyteranorum* cauſæ accreſcere poſſe monſtrabimus. Interim pauca de Ἐπισκόπου ſignificatione in omnibus *Novi Codicis* locis dicenda ſunt.

Cap. VIII.

Ἐπισκόπου uſus in *Novo Teſtamento*, *Act.* XX. 28. Πᾶν πόιμνιον de totâ *Aſiâ*. *Irenæi* authoritas. *Paulus* univerſæ *Aſiæ* fidem annuntiavit, *Act.* XIX. 10. I. *Cor.* XVI. 9. *Epheſus Aſiæ Metropolis primaria*, *Act.* X. 38. & 35. *Ab eâ præcepta Apoſtolica ad reliquas Civitates optimè diffuſa. Per Aſiam* περίοδεια à *Paulo inſumpta. Ultimum vale*, v. 22.

§. 1. EJus prima mentio eſt *Act.* XX. 28. ubi ad πρεσβυτέρους ἐκκλησίας v. 17. verba faciens, eoſdem *Epiſcopos* nuncupat, Προσέχετε, inquiens, ἑαυτοῖς, καὶ παντὶ τῷ ποιμνίῳ, ἐν ᾧ ὑμᾶς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἔθετο ἐπισκόπους, ποιμαίνειν τὴν Ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ, &c. Hinc certè harum vocum ἰσοδυναμίαν rectiſſimè colligi putamus, nec certè alios jam *Mileti* πρεσβυτέρους repertos eſſe, quàm quos ſingulos ἐπισκόπους *Paulus* appellat.

§. 2. Qui verò, & quales ſint hoc in loco ἐπίσκοποι, faciliùs intelligi poterit, ſi prænoſcatur, quodnam ſit hoc πᾶν τὸ πόιμνιον, cui ἐπίσκοποι, ut ποιμένες præponebantur. Si enim ad unam aliquam *Civitatem* reſtringendus ſit grex ille, *Presbyteranis* fortè herba porrigenda videretur, at ſecus, ſi ad plures extendatur; Teſtis hîc omni exceptione major *Sanctus Irenæus* l. III. c. 14. ubi de vocatis *Miletum Epiſcopis* aut *Presbyteris* ſermone habito, ſtatim addit, *Ab Epheſo, & reliquis proximis Civitatibus convocatos eſſe.*

Plures

Plures enim *Apostolorum* tempore in *Asiâ Episcopos* fuisse, post alios multos ipse etiam * *Hieronymus* pronuntiat, *Ipsorum* quippe *rogatu Johannem Evangelium suum scripsisse affirmans.* * *Catal: Scr: Eccl:c.IX.*

§. 3. Id unum si concedatur, frustra contra nos militatura sunt aliorum omnium argumenta, quibus *Episcopos* hîc nominatos ad *Presbyterorum* gradum detrudere se cogi existimarunt; Quæ quidem sententia si antiquorum cuivis placuisse videatur, nemini tamen, qui cum *Antiquissimo Irenæo* (i.e. *Polycarpi*, εἰς τ' Ἀσίαν ἐν τῇ ἐν Σμύρνῃ ἐκκλησίᾳ ὑπὸ Ἀποστόλων πολλαχοῦ & ἐπισκόπου, auditore) hac in re contendere, aut ei opponi posse videatur.

§. 4. Ad hujus autem rei veritatem perspiciendam, ex v. 31 lux aliqua affulsura est. Γρηγορεῖτε, inquit *Sanctus Paulus*, μνημονεύοντες, ὅτι τριετίαν νύκτα καὶ ἡμέραν οὐκ ἐπαυσάμην μετὰ δακρύων νουθετῶν ἕνα ἕκαστον, *Vigilate, memoriâ recolentes, quòd per triennium nocte diéque non cessavi cum lachrymis unumquemque monere.* Quinam verò illi erant, quibus *annos tres insumpsit Apostolus?* Num unius *Civitatis* fideles? Imò consulatur historia rei gestæ, c. XIX. proposita.

§. 5. *Paulus Ephesum venit*, v. 1. discipulis duodecim primùm *in nomine Jesu baptizatis*, v. 5. postea etiam *manus imposuit*, v. 6. *Spiritu* statim *sancto dona linguarum* & *prophetiæ* iis largiente; Post hæc in *Synagogâ Ephesinâ* per tres menses prædicavit, v. 8. dein ἀποστὰς ἀπ' αὐτῶν per spatium aliquod, in *Schola Tyranni* quotidiè διελέγετο, v. 9. dein prædicationi, & miraculorum operationi *biennium* integrum insumebatur, & ex eo factum, ut *omnes* universam *Asiam incolentes verbum Domini Jesu audirent*, v. 10. Dein v. 22. missis in *Macedoniam Timotheo* & *Erasto*, αὐτὸς ἐπέσχε χρόνον εἰς τ' Ἀσίαν, ipse *Paulus* in *Asiâ moram fecit*, tandémque v. 26. manifestum esse ait *Demetrius*, ὐ μόνον Ἐφέσου, ἀλλὰ σχεδὸν πάσης τ' Ἀσίας, *non solùm Ephesi, sed per universam ferè Asiam* ἱκανὸν ὄχλον *multitudinem non exiguam ad fidem à Paulo conversam esse.* Ideóque θύραν sibi μεγάλην in partibus istis ἀνεῳγέναι, portam magnam apertam esse affirmat *Paulus* I. *Cor.* XVI. 9.

§. 6. Patet hinc *universam Asiam*, aut *Natoliam*, non unicam *Asiæ Civitatem*, *Ephesum*, ποίμνιον hîc dici, cujus ἐπίσκοποι convocati sunt, nec igitur quicquam obstare, quin singuli singularum *Urbium Præfecti* hoc titulo significentur.

§. 7. Phrasin [τὸν πρεσβυτέρους τ' Ἐκκλησίας] c. XX. 17. nihil nobis officere * postmodum monstrabimus. Duo interim hîc notanda erunt. * c. XIX. & XX.

§.8. *Primum*, *Ephesum Asiæ Metropolim* fuisse, (Ἔφεσος δὲ μὴ τὴν Ἀσίας μητρόπολις, ait *Chrysostomus* in *Arg: Ep:* ad *Ephesios*. Τῶν Ἐφεσίων μητρόπολιν τῆς Ἀσίας &c. *Theodos: Ep: ad Dioscor:*) Imò inter *primarias Asiæ civitates* primò repositam, *Apoc.* II. 1. ut & in *Notitiis Imperii*. Hinc sub *Antonini* tempore, necessitas *Proconsuli* imposita, per mare *Asiam* applicare, ἡ τὴν μητρόλεως Ἔφεσον *primam attingere*. *Ulpian:* in l. *Observ: D. de offic: Proconsul:* Hinc & *Act.* XIX. 38. de *Epheso* dicitur, ἀνθύπατοί εἰσι καὶ ἀνθύπατοι ἄγονται, *Jus* scilicet *Asiaticis omnibus* in hâc *primariâ Asiæ hujus Metropoli* dabatur. Hinc est quòd *Antonini Pii* de *Christianis Epistola* περιέχῃ ἐν Ἐφέσῳ ἐν τῷ Κοινῷ τῆς Ἀσίας, *in communi Asiæ concilio* (confessu quippe aut *Curiâ Proconsulari*) *Ephesi divulgata sit*, inquit *Euseb:* l. IV. κεφ. ιγ'. Sic & *Ephesius* non solùm *Dianæ νεωκόρος & aditua Act.* XIX. 35. sed & ταμεῖον κοινὸν τῆς Ἀσίας καὶ τῆς χθονὸς ἀσφάλεια, inquit *Aristides Or: ad Asiat: Civit:* de *concord:* Nec igitur sine ratione *scriptor* ille (quisquis fuerit) *de locis in Act: Apost.* sub *Hieronymi* nomine, *Specialiter*, inquit, *ubi Ephesus Civitas est, Asia vocatur*; Et de *Ephesi Episcopo*, *Ordo thronorum Metropol: ad calcem Codini*, Ὁ Ἐφέσου πρωτεύων, καὶ ἔξαρχος πάσης Ἀσίας, *Ephesi Episcopus, totius Asiæ Primas.*

§.9. *Secundum.* Ab *Epheso* ad reliquas *Asiæ Ecclesias* vigorem præceptorum *Apostolicorum* commodissimè diffundi potuisse.

§.10. Illud duobus testimoniis confirmatum dabimus, uno ab *Antiquo Martyrii Timothei scriptore*, altero à *Chrysostomo* petito. * Ille sic de *Johanne* pronuntiat, Ὑποίσωμεν Νερβᾶ τῆς ὑπερορείας ἀναπηδήσεις, τῇ Ἐφεσίων πρώτῃ μητροπόλει, καὶ αὐτὸς δι' ἑαυτῶν, ἅπαξ συμπαρόντων ἐπισκόπων τῆς Ἐφεσίων ἀντιλαμβάνει μητροπόλεως, καὶ διήρκεσε τὴν διοικήσεις κηρύσσων λόγον ἄχρι τῆς βασιλείας Τραϊανοῦ, *Johannem* scilicet *Apostolum, qui cum septem Episcopis* (illis sine dubio, quibus *septem Ecclesiæ Apocalypticæ* committebantur) *universam Asiam gubernabat, Ephesi substitisse, ibique septem illos, ut in Concilio, adfuisse Episcopos.*

* *Phot: Bib:* p. 254.

§.11. * *Chrysostomus* verò de *Timotheo, Ephesi* hujus *Episcopo*, Διὰ τοῦτο, inquit, ὅτι ἐκκλησίαν λοιπὸν ὧν ἐμπεπίστευτο ὁ Τιμόθεος, ἣν καὶ ἔσχε πολλὴν τὴν τῆς Ἀσίας, *Timotheum*, quâ *Ephesi Episcopum*, integræ *Gentis Asiaticæ* curam sibi commissam habuisse.

* *Hom:* XV. *in* I. *Tim:* V. 19.

§.12. Idem etiam, ex *Notitiis Imperii* confirmari posset; In quibus

quibus ut *Proconsularis*, *Asiæ Metropolis*, *Ephesus* reperitur, sic & *Asia* illa totius *Asiaticæ* διοικήσεως præcipua *provincia* erat, cujus *Proconsulatus* ἀρχῶν ἐνδοξοτάτη, inquit *Eunapius* in *vitâ Maximi*: *Omnium principatuum honoratissima erat.*

§. 12. Ex quibus omnibus satis supérque probatum est, *Ephesum* aliarum *Civitatum* omnium commodissimam fuisse, ad quam nuntio dato, *Paulus Hierosolymam* festinans, hoc demum compendio omnes totius *Asiæ Episcopos* ad se *Miletum* convocaret, v. 17.

§. 13. At illud adhuc dilucidiùs monstratur ex *Orationis Paulinæ* ad hos *Episcopos* factæ proœmio, v. 18. ubi *prædicationis* & conversationis ejus inter eos, non *Ephesi* solùm, sed & per totam *Asiam*, ipsi ut conscii & testes advocantur, ὑμεῖς ἐπίστασθε ἀπὸ πρώτης ἡμέρας, ἀφ' ἧς ἐπέβην εἰς τὴν Ἀσίαν, πῶς μεθ' ὑμῶν τὸν πάντα χρόνον ἐγενόμην, διδάξας ὑμᾶς δημοσίᾳ καὶ κατ' οἴκους, v. 20. ἐν οἷς, inquit διήλθον κηρύσσων τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ, v. 25. *vos postis, à primo die, quo in Asiam abscessi, quomodo vobiscum omni tempore me gesserim, docens vos publicè, & domatim, Inter quos transivi annuntians regnum Dei.* Quinam verò illi fuerunt, inter quos, à quo in *Asiam* descenderat, *omne tempus*, χρόνον *integrum* absumpserat? quos *publicè & domatim docuerat?* inter quos, non sedem fixerat, sed (καὶ τὸ πρόσθεν, *in transcursu*, τὸ εὐαγγέλιον διαβαίνων κύκλον, inquit *OEcumenius* in II. *Joh.*) *regnum Dei prædicans* διῆλθεν, à loco ad locum *transiverat?* Certè non unica *Ephesi urbs*, sed aut (χῶραι καὶ κῶμαι) *regio* integra, aut saltem *principales universæ Asiæ civitates*, Quas cum tanto cum profectu adeò fœliciter *Apostolus* peragraverat, satis appareret, eum in illis æquè ac *Ephesi*, *Episcopos* singulares gregibus singulis præfeciisse, quos hîc *universos*, & *singulos* per nuntium *Ephesinum*, quo omnes mandati *Apostolici* certiores fiebant, ad se convocandos putabat, ut jam ad δεῦρο καὶ νῦν *festinans*, iis omnibus longum (& * quibusdam *ultimum*) vale diceret, v. 22. 25. curámque integri ποιμνίου in manus eorum traderet.

* ὑκέτι πάντες ὄψεσθε.

Cap. IX.

Tempus quo Timotheus ad Ephesi Cathedram ascendit I.*Tim.* I. 3. *Act.* XX. *Reditus per Macedoniam.* v. 3. I.*Tim.* III. 14. *Timothei titulus Ephesius,* II.*Tim.* IV. 9,13. *Collatio inter* I.*Tim.* I. 3. *&* *Act.* XX. 29. *respectu hæreticorum quos prævidit venturos.*

§. 1. HÆc omnia adhuc clariùs elucescent, si advertatur, huic ipsi *Ephesinæ Ecclesiæ Timotheum* à *Paulo* (sub istius fortassis, quod hîc præcesserat, certè) sub alicujus *Macedonici* itineris tempore præfectum esse.

§. 2. Inter *Asiæ Episcopos*, *Timotheum* numerandum esse, *sedémque Ephesi* fixisse (inter alios innumeros) *Patres Concilii Chalcedonensis*, *Act.* XI. testentur, qui à *Timotheo* ad sua tempora *Episcopos* XXVII. intercessisse liquidò affirmant. Hunc verò ad istam *Ephesi* curam, aut *Titulum*, sub hoc itineris *Paulini* tempore, cujus fit mentio, *Act.* XX. 3,4. alligatum esse, factâ inter hunc *Actorum* locum v. 4,5. & I.*Tim.* I. 3. comparatione, concludendum videtur.

§. 3. I.*Tim.* I. 3. Παρεκάλεσά σε, inquit *Sanctus Paulus*, προσμεῖναι ἐν Ἐφέσῳ, πορευόμενος εἰς Μακεδονίαν, *Cùm ad Macedoniam iter facerem, jussi te Ephesi commorari, aut sedem figere.* Hoc verò *Actorum* loco, *Paulus*, inquit *Lucas*, ἔξεισι πορευθῆναι εἰς Μακεδονίαν, *exivit Macedoniam profecturus*, c. XX. 1. διελθὼν δὲ τὰ μέρη ἐκεῖνα &c. tandem ἦλθεν εἰς τὴν Ἑλλάδα, v. 2. ibi autem tres menses commoratus est, dein cùm in *Syriam* iter paranti insidiæ à *Judæis* struerentur, mutato consilio reversus est per *Macedoniam*, v. 3.

§. 4. Hâc igitur jam (secundâ, vel potiùs) tertiâ vice *Macedoniam* transit, & cum eo *Sopater Beræensis*, v. 4. (ut & *Lucas* Historiæ *scriptor*, ut voce [ἡμᾶς] monstratur, v. 5.) cùm alii interim, & inter eos *Timotheus* v. 4. relicto *Paulo* rectâ *Troadem* proficiscerentur, v. 5. Postquam verò *Troadem* ventum est, v. 6. nulla *Timothei* ulterior mentio in *Actorum* libro reperitur, quem igitur *Ephesum* abscessisse, curâ *Ephesinæ Ecclesiæ* illi à *Paulo* demandatâ, ex verbis istis [παρεκάλεσά σε προσμεῖναι ἐν Ἐφέσῳ, πορευόμενος εἰς Μακεδονίαν] non temerè concludendum putamus, ibíque sedem suam ita fixisse (quod προσμεῖναι est) ut I. *Tim.* III. 14. *Paulus Laodiceâ* scribens, se sperare affirmet, ἐλθεῖν πρὸς αὐτὸν τάχιον, *ad eum statim* (facili *Laodiceâ Ephesum* transitu) *venire.*

§. 5. Non diffitemur quandoque *Timotheum* à sede suâ *Ephesinâ*

sinâ posthæc abscessisse, *Paulóque*, cui ut *Apostolo* συνέργιαν in *Evangelio*, ut patri obedientiam & ἀνυπολαξίαν debebat, adfuisse, At hoc concesso, nihil tamen obstabit, quo minus qui se *Paulo* aliquandiu ad alia *Ecclesiarum* negotia utilem præbebat, adeóque *Apostolus* dicebatur, ad *Ephesum* tamen, tanquam ad singularem *titulum*, & grandem curam suam alligaretur, Sic ut nulpiam (nisi à *Magno Apostolo*, qui eum *Ephesi* constituerat, ad operam aliquam in *Evangelio* locandam avocatus & occupatus) ab eâ abscederet, pari modo, quo *Silas*, ex *Judæa Episcopis* unus, postea *Antiochiam* missus, *Paulo* se comitem adjunxit, *Act.* XV.40. de quo * postmodùm videbimus. * c.XIII.

§.6. Certè qui *Presbyteros* hodiernos eam sibi libertatem, quam *Episcopis* negandam putarunt, & *Episcopos* tamen se egregios esse volunt, satis (liberaliter dicam? an) profusè indulgere meminerit, hanc itidem *Timotheo* (seu *Christo Domino*, seu suavissimo parenti πρεσβύτῃ Παύλῳ, καὶ δεσμίῳ Ἰησοῦ Χριστοῦ operam suam extra *Ephesi* mœnia navanti) veniam concedere non gravabitur. Id interim notatu non indignum, eum, cùm à *Paulo* vocatus *Romam* proficisceretur, II.*Tim.*IV.9.*Epistolam* ad id scriptam *Ephesi* accepisse, ideóque per *Troadem Epheso* non ita procul distantem transitum illi patuisse, v.13.

§.7. Addit *Apostolus* I. *Tim.* I. 3. *Timotheum* ideò *Ephesinæ Ecclesiæ* affixum tunc fuisse, ut παραγγείλῃ τισὶ μὴ ἑτεροδιδασκαλεῖν, notans insigne tunc temporis ab *Hæreticis Ecclesiæ* isti periculum imminuisse.

§.8. Idémque per omnes *Asiæ Ecclesias* metuendum tunc fuisse, monstrat orationis *Paulinæ* ad *Episcopos* factæ (quæ unica adjicitur) ratio, Ἐγὼ γὰρ οἶδα, inquit v.29. ὅτι εἰσελεύσονται μετὰ τὴν ἄφιξίν μου λύκοι βαρεῖς, *Novi enim, quod Lupi orili graves post abscessum hunc meum irrupturi sunt, & ex ipso grege exorituri* ἄνδρες λαλοῦντες διεστραμμένα, *viri perversa loquentes*, discipulos post se ad ἑτεροδιδασκαλίας suas ἀποσπῶντες *abstrahentes*, v.38. At ista ex abundanti, nec nimis affirmanter dicta sunt.

Cap. X.

Phil. I. 1. *Walonis argumentum infirmum. Epaphroditus Philippensium Episcopus, Romæ fuit, (Onesiphorus, Familia ejus* II. *Tim.* I. 16. *Dogma orandi pro defunctis, ut sine ratione fundatum)* Ἐπίσκοποι *Phil.* I. 1. *verè Episcopi. Plures quandoque in eadem Civitate Episcopi. Dilemma contra Presbyteranos. Philippi* μερὶς Μακεδονίας *Metropolis, Act.* XVI. 12. *Epistola ad Philippenses, ad totam provinciam missa. Philippi,* Κρηνίδες Δάτου, *Metropolitica dignitas mobilis ex variis causis, Conventus, Fora, Sedes Procuratorum, Macedoniæ primitiæ Philippi.* Προσηλυτισμὸς *privilegium, Phil.* IV. 15. II. *Cor.* XI. 9. *Epistolæ ad Thess: ad Philippenses missi à Polycarpo dictæ. Epistolæ ad Corinthios ad omnes Achaïæ Ecclesias missæ.* II. *Cor.* I. 1. *Col.* IV. 16. *Nulli quandoque in primis Ecclesiis Presbyteri, A solis Episcopis & Diaconis administratæ Ecclesiæ. Testimonia Clementis Romani, Alexandrini, Tertulliani.*

§. 1. PRocedamus igitur ad proximam ἐπισκόπων mentionem *Phil.* I. 1. Ubi post *Sanctos omnes in Christo Jesu* (i.e. fideles) τοῦ ὄντας ἐν Φιλίπποις, adjicitur σὺν ἐπισκόποις καὶ διακόνοις] Hinc rectè *Walo Mess:* se concluſisse putavit, *Cùm nullus inter Episcopos & Diaconos ordo interponatur, Episcopos eos intelligi, qui & Presbyteri, dicebantur.*

§. 2. Nos certè & illud rectè concluſum cenſemus, ſi enim inter *Philippenſes* eo tempore Πρεσβύτεροι fuiſſent ab *Epiſcopis* diſtincti, rationem non conſtare, cur in enumeratione tam accuratâ ab infimis *fidelibus* ad ſummos *Epiſcopos* aſcendente, nulla ipſorum mentio fieret, ideóque cum *Walone* concludimus, eoſdem hîc ἐπισκόπους & πρεσβυτέρους eſſe, nec quoſvis in *Eccleſiâ Philippenſium* Πρεσβυτέρους tunc fuiſſe qui iidem ἐπίσκοποι non fuerint, ideóque extra omne dubium ponendum eſſe, vocem πρεσβυτέρους, ἀξιώματα & æquè ac ἡλικίας titulum, ſingularibus *Eccleſiarum Epiſcopis* eo toto ſæculo competiiſſe. At non diſſimulandum eſt, alium, ex mente *Walonis*, ſenſum verbis illis neceſſariò affigendum eſſe, *Epiſcopos* nempe eo loco memoratos, ex ſententia ejus *Presbyteros*, quos hodie dicimus, *compares* ſtatuendos eſſe. Sic certè ante *Walonem Hieronymus* & *Theodoretus* exiſtimaſſe videntur; Συνεπισκόπους (ſic enim ſublatâ diaſtole, unâ voce legendum, non σὺν ἐπισκόποις, ſed συνεπισκόποις quidam voluerunt) εἶπε τοὺς πρεσβυτέρους, inquit *Theophylactus*, ἐπεὶ καὶ ἐν μιᾷ πόλει πολλοὶ ἦσαν ἐπίσκοποι, ὅπου καὶ ἦσαν διαχωρισμένα τὰ ὀνόματα.

§. 3. Pergamus igitur, Et, ſuppoſito pauliſper, ſed nullatenus conceſſo, voce [Ἐπισκόποις] *Presbyteros*, quos hodie dicimus, compares, eo loco intelligendos eſſe, Illud *Waloni* reponendum erit, nihil ex eâ *hypotheſi* concludi poſſe, quod cauſæ noſtræ quovis-

modo

modo officiat, cùm vel *Philipporum sedes* vacare, vel ab *Apostolo* ipso occupare, vel ipsorum *Episcopus* eo temporis articulo à sede suâ abesse potuerit. Et illud quidem constat, *Epaphroditum* (si eidem *Theodoreto*, *Chrysostomo*, *Theophylacto*, aliisque credendum sit) *Philippensium Episcopum*, ὑπαχθῆναι τὰ πρὸς χρείαν τῷ Ἀποστόλῳ, *ipsorum liberalitatem ad Paulum in usus ejus necessarios deferentem* c. IV. 18. *Romæ* nunc, cùm *Apostolus* hanc *Epistolam* scriberet, *adfuisse?* ipsámque hanc *Epistolam* (quam igitur nomini ejus inscribi consentaneum non fuit) ad eos retulisse.

§. 4. Exemplo res clarior futura est. *Onesiphorus* cum familiâ suâ *Epheſi* degebat, ibíque *Paulum* non semel liberaliter invitaverat (διηκόνησεν ἐν Ἐφέσῳ, II. *Tim.* I. 18.) Hic idem, cùm *Paulus Romæ* vinctus jaceret, ἐν Ῥώμῃ γενόμενος, eum σπουδαιότερον ἐζήτησε κὰ εὗρε, v. 17. & sine omni, aut *metu*, aut *erubescentia* in carcere eum *visitavit*, *& refocillavit*; Hujus tantæ charitatis vicem ei repensurus *Apostolus*, cùm hoc ipso tempore ad *Timotheum* *Epheſi* morantem scriberet, *familiam* ejus, non ipsum *Onesiphorum*, secum jam *Romæ* existentem, salutari ab eo jubet, v. 16. adeóque fausti ſſimа quæque comprecatur, *Det misericordiam Dominus domui Onesiphori.*

§. 5. Hinc certè aliqui boni viri, vitâ jam excessisse *Onesiphorum* concludentes, oratione eâ pro illo personaliter effusâ v. 18. (Δῴη αὐτῷ ὁ Κύριος &c.) ad stabiliendum pro defunctis orandi dogma uti voluerunt; Eâdem planè, aut oscitantiâ, aut temeritate, quâ nullum hîc *Philippis Episcopum* fuisse concluſuri sunt *Presbyterani*, ex eo tantùm quod sine *Episcopi* mentione, *Presbyteros*, quos dicimus, & *Diaconos*, *Philippenses* salutasse *Apostolum* animo suo præsumpserint.

§. 6. Et hæc quidem *velitantium* instar, sed & ad obtundendam omnem adversariorum vim πρὸς ἔνστασιν dicta sunt.

§. 7. Illud jam tertiò addendum est. *Epiphanio* multò secus quàm *Hieronymo* &c. visum esse. Ἐπισκόπους nempe hîc verè *Episcopos* fuisse. Sic enim ille erroris ansam *Aërio* porrectam esse asserens, ex eo quòd *Apostolus* Ἐπισκόποις & Διακόνοις scribat, statim adjicit, ὅτι μὴ ἦσαν ἐπίσκοποι ἤδη καλεσθέντες, ἔγραφεν ἐπισκόποις κὰ διακόνοις. *Ubi Episcopi* (propriè dicti) *erant*, *Episcopis & Diaconis scripsit.* Quod sine dubio ejus dictum ad hunc ad *Philippenses* locum spectat, ideóque, ex sententiâ *Epiphanii Philippis* jam *Episcopos* constitutos esse, concluſurum est.

§. 8. Quod verò à contrariæ sententiæ fautoribus adducetur argumen-

argumentum [*in unâ civitate non fuisse plures Episcopos*] ideóque ἐπισκόπους hîc plures *Philippis* salutatos, singulares *Episcopos* non fuisse, Ei facilis responsio.

§ 9. Primò, non usquequaque verum esse, quod pro concesso sumitur; Quamvis enim in unâ *Ecclesiâ*, aut *Cœtu*, plures simul *Episcopi* nunquam fuerint, nihil tamen obstare quin in eâdem *civitate* duo aliquandiu disterminati *cœtus* fuerint, duobus *Apostolis* ad fidem adducti, diversis forsan dialectis, & aliquando ritibus disjuncti, quibus duo itidem *Episcopi* seorsim & divisis κλήσεσι præsiderent. Quod * alibi latiùs monstrabitur.

* *Diss.* V. c. I. §. 6. &c.

§. 10. Secundò, quod ad vim argumenti attinet, respondemus retorquendo id quod intorquent, idque ex dilemmate utrinque adversarium ad absurdum adigente; *Axioma* certè illud [*de unico in qualibet civitate Episcopo*] aut ad ista *Paulina* tempora pertinuit; aut post illa demum tempora ab *Ecclesia* introductum, ad *Paulina* non pertinuit. Si prius verum, tunc statim sequetur, (summis *Presbyteranorum* ingratiis,) Eo ipso *Apostolorum* ævo tales in *Ecclesiâ Christi Episcopos* fuisse, quales in eâdem civitate *plures* esse non licebat, i. e. *Singulares* planè, quos hîc contra *Presbyteranæ* ἰσοτιμίας assertores propugnamus, *Episcopos*. At si posterius affirmetur, tunc nihil ex hoc axiomate (temporibus *Paulinis* verbisque ad *Philippenses* hisce perperam adaptato) rectè contra nos concludi poterit, qui non sumus adeo ἠλίθιοι, aut ἐυήθεις, ut ex *posteriorum* sæculorum constitutionibus de *Paulino* sæculo pronuntiari permittamus, aut ea adversus nos vera esse suspicemur, quæ vera non esse ipse nobis adversarius largitur, & in eo ipso quòd vera non sint, omnem causæ suæ incolumitatem collocat.

§. 11. Hæc iterum πρὸς ἔνστασιν præmittenda erant, *Tertiò* igitur, ut verbo uno rem omnem absolvam, Respondetur, Φιλιππησίους, ad quos hæc *Epistola* dabatur, non unius tantùm *Civitatis*, aut *cœtus* nomen esse, at integræ demum παροικίας, aut *provinciæ*, in quâ *plures Civitates* fuerunt, adeóque Ἐπίσκοποι in *plurali*. *Philippos* quippe πρώτην τῆς μερίδος Μακεδονίας πόλιν, *unius divisionis*, aut *provinciæ* in *Macedonia*, *primam*, aut principalem *civitatem Act.* XVI. 12. ideóque *metropolim* fuisse, Exhinc id statim sequitur, hanc *Sancti Pauli Epistolam Philippensibus* suis datam, ut & *Polycarpi* alteram τῇ ἐκκλησίᾳ παροικούσῃ Φιλίππους inscriptam, ad totam παροικίαν aut μερίδα, universum scilicet civitatum confinium, (quarum *metropolis Philippi*) in quibus plures absque

absque dubio *Episcopi* fuere, (nullíq; adhuc, quos hodie dicimus, *Presbyteri*) missam esse, nec temerè igitur Ἐπισκόπων, æquè ac Διακόνων in plurali, (at *Presbyterorũ* planè nullam) mentionem fieri.

§. 12. At *Philippos*, dices, μικρὰν πόλιν ὑπὸ μητροπόλεως Θεσσαλονίκης τελοῦσ', *parvam civitatem, & Thessalonicæ metropoli* subjectam fuisse. Sic enim in ὑποθέσει *Epistolæ, Commentariis Theophylacti* præfixâ affirmari.

§. 13. At respondetur, illam *Philipporum* definitionem ex *Geographo* antiquo petitam, ad ædificatam à *Philippo* civitatem, prius Κρηνῖδας dictam, dein Δάτον (unde proverbiale illud Δάτος ἀγαθῶν, ob *aurifodinam*, quam juxta positam *Appianus* affirmat) at non ad sequiora illa, sub *Romanorum* imperium, tempora accommodandam esse. Nec certè novum censendum esse, aut à quo *Imperii Notitiæ* abhorreant, è novo *metropoles* nasci quæ priùs non fuerant, (ut & posterioribus sæculis πόλις διὰ γραμμάτων βασιλικῶν τῷ τῆς μητροπόλεως ὀνόματι τιμηθεῖσα inveniuntur, videatur *Conc: Chalced: Can:* XII.)

§ 14. Notum est illud *Strabonis Geogr:* l. XVII. Αἱ ἐπαρχίαι μὲ διήρηνται ἄλλοτε μὲ ἄλλως, Provinciæ aliis temporibus aliàs divisæ sunt, Ut & illud l. XIII. quo *Provinciarum* confusionis, quæ facta est, rationem reddendam curavit, διὰ τὸ τὰς Ῥωμαίους μὴ κτᾶσθαι φύλακα διαλῦσαι αὐτὰς, ἀλλ' ἕτερον τρόπον διατάξαι διοικήσεις, ἐν αἷς τὰς ἀρχαίας ποιοῦνται καὶ τὰς δικαιοδοσίας, *quòd Romani eas non distribuerent, secundum Gentium & Geographorum antiquas, & proprias divisiones, sed ex politicâ distribuendi ratione, habito respectu ad civitates, in quibus jus populo reddebatur*, & ad quas συνέρχονται ad dirimendas lites congregabatur. Illud in civitatibus *Asiæ* * priùs notavimus, *Laodiceam, Sardin, Smyrnam*, & *Ephesum* à † *Plinio* ut *metropoles* ex ea poni, quòd in iis toti civitatum confinio jus redderetur.

p. 840.

p. 629.

* c. V. §. 15.

† *Nat: hist:* l. V. c. 29.

§. 15. Illud etiam hîc locum habere suadet *Lucas*, qui *Philippos* sub hoc ipso *Paulinæ* profectionis tempore, non tantùm πρώτην πόλιν, i.e. *metropolin* fuisse affirmat, sed & κολωνίαν adjicit, eam *Romanorum Coloniam* fuisse, unde v. 21. ἡμῶν οὐκ ἔξεστι Ῥωμαίοις ἔθνη. Quamvis enim illud satis constet, *Præsides Romanos*, conventus & consessus suos non tantùm in *Coloniis*, aut *Municipiis* celebrandos constituisse, sed quandoque in *Foris* (quæ dicebantur) *Livii, Julii, Appii, Licinii*, &c. Nemini tamen dubium erit, *Colonias* imprimis ab eis electas esse, ad quas reliquarum confinia propter judicia aggregarentur.

§.16. Quod verò ad *Ecclesiam* itidem *Philippensium* attinet, (ut ab *Imperiali*, ad *Ecclesiasticam Notitiam* descendamus) illud etiam manifestum est, in *Evangelii* prædicatione eam totius *Macedoniæ* ἀπαρχὴν *primitias* fuisse; Consulatur *Apostolicæ* prædicationis historia, *Act.* XVI. 9, 10, 11, 12, &c. ut & I. *Thess.* II. 2. ex quâ clarum est, *Paulum Philippis* exorsum, προπαθόντα, καὶ ὑβρισθέντα ἐν Φιλίπποις, *Thessalonicam* postea progressum esse, in hoc κηρύγματος cursu, aut *agone*. Nec certè illud novum, ut *Ecclesiasticarum* divisionum ratio ex πολυανθρωπίᾳ, quòd hæc maturiùs, illa seriùs ad fidem conversa sit, peteretur; Hinc πολυτόκια olim *Antiochiæ* data, & *Primitiis*, aut ἀπαρχαῖς cujusvis regionis solenniter assignata πολῖται; Quod si hîc etiam obtinuerit, *Philippi* non *metropolis* tantùm, aut πρώτη unius μητρὸς πόλις, sed & totius *Macedoniæ prima metropolis* censenda erit (ut ex *Ulpiano* c. VIII. §. 8. *Ephesum* totius *Asiæ* fuisse * prædiximus) sic ut ei *Thessalonica*, non ut *matri* (à qua fidem acceperit) *filia*, sed ut *primogenitæ* in *Fide* soror ætate *minor*, (ad *Fidem Christi* ἀδελφοκλινεῖσα) cessura sit, eámque non ut *metropolim civitas* ei subjecta, sed ut *metropolim primam metropolis* quidem, sed posterius ad fidem conversa, vel *secundaria* agnitura.

§.17. Ut ut illud sit, liberalem *Philippensium* κοινωνίαν *Phil.* IV. 16. qualem *ab aliâ nullâ Ecclesiâ se recepisse* profitetur *Apostolus*, fratribus *Macedonicis* in commune imputari videmus II. *Cor.* XI. 9. Et cùm *Polycarpus Paulum* ad *Philippenses* ὀπισόλας in *plurali* scripsisse affirmaverit, unicæ autem *Philippensibus* ἰδίως inscriptæ παρόδου *Ecclesiæ* meminerit, eas intelligi affirmarunt viri docti quas ad *Thessalonicenses*, aliam *Macedoniæ metropolim*, scriptas habemus, ex hâc *Philipporum* & *Thessalonicæ* cognatione, æquè ad *Philippensium Ecclesiam* pertinentes, ac quæ ad *Corinthios* mittebantur ad alias omnes * *Achaiæ* *Vid. diss.* V. c. 2. §. 3. *Ecclesias* pertinebant, II. *Cor.* I. 1. & quæ *Colossensibus* inscribebatur, à *Laodicensi* etiam *Ecclesiâ*, primariâ *Phrygiæ Metropoli*, (cui *Colossenses* adjungi videmus, *Col.* II. 2. ut *metropolim* secundariam) legenda erat, c. IV. 6. At ista ex abundanti.

§.18. Superest ut *Walonis* demum argumento (*Presbyteros* hîc fuisse, qui Ἐπίσκοποι vocantur, ex eo probantis, quòd *Presbyterorum* mentio non intercedat inter *Episcopos* & *Diaconos*) illud unum reponatur, quod contra *Aerium*, *Epiphanius* l. III. t. 1. præfandum duxit, *In exordio* nempe *Evangelii*, νῦν ὄντος τοῦ κηρύγματος, πρὸς τὰ ὑπαπίπτοντα σκάνδαλα Ἀπίστου, *ad ea quæ istis tem-*

temporibus accidebant, aut *conveniebant*, *scripsisse Apostolum*. Quæ verò sunt illa? Ὅτε, inquit, οὐκ εὑρέθη τις ἄξιος ἐπισκοπῆς &c. *Ubi nemo Episcopatu dignus inventus est*, *manebat locus sine Episcopo*, ὅτε ἦσάν χρεῖαι, καὶ ἦσαν ἄξιοι ἐπισκοπῆς, καὶ ἐφαίνοντο ἐπίσκοποι, πλήθους ἤδη μὴ ὄντος, οὐκ εὑρέθησαν ἐν αὐτοῖς πρεσβύτεροι καθιστάμενοι, καὶ πρώτως ἐπὶ τῷ κατὰ τόπον μόνῳ ἐπισκόπῳ, ἀεὶ δὲ διάκονος ἐπίσκοπον ἀδυνάτου ἦν, καὶ ἐπεμελήσατο ὁ ἄγαμος ἀποστολος διάκονος ἦν τῷ ἐπισκόπῳ διὰ τὴν ὑπηρεσίαν. *Quando autem opus erat*, *& Episcopatu digni invenirentur*, *Episcopi constituebantur*. *Sic itidem cùm tanta fidelium multitudo non esset*, *ut Presbyteri inter eos constituerentur*, *solo*, *in quolibet loco*, (aut *civitate*) *Episcopo contenti erant*, *ita tamen ut Episcopo semper Diaconus ad ministerium adjungeretur*, *sine quo Episcopus commodè esse non potuit*.

§. 19. Illud imprimis in *Hierosolymitanâ Ecclesiâ* constat, ubi cùm statim post *Christi* ascensionem *Jacobus Episcopus* constitutus sit, *Diaconos* primò adjunctos videmus, *Act.* VI. nullâ adhuc *Presbyterorum* factâ mentione. Et illud quidem in universum, *Apostolis* viventibus & instituentibus factum esse, *Clemens Romanus* affirmat, *Apostoli*, inquit, κατὰ χώρας καὶ πόλεις κηρύσσοντες, καθίσανον τὰς ἀπαρχὰς αὐτῶν, εἰς ἐπισκόπους καὶ διακόνους τῶν μελλόντων πιστεύειν, *Primitias suas*, seu eos, qui primi ubique fidem amplectebantur, *in eorum qui posteà crediturі erant*, *Episcopos & Diaconos constituebant*.

§. 20. Quò & illud referri debet, quod apud *Eusebium* l. III. c. κγ'. *Clemens Alexandrinus de Johanne Apostolo* pronuntiat. Eum, cùm ex *Pathmo Ephesum* rediisset, *quorundam rogatu ad finitimas gentes profectum esse*, ὅτε μὲν ἐπισκόπους καθιστήσοντα, ὅτε δὲ ὅλας ἐκκλησίας ἀρμόσοντα, ὅτε δέ γε κλῆρον, ἕνα τινὰ κληρώσοντα τῶν ὑπὸ τοῦ πνεύματος σημαινομένων.

§. 21. Ex his ratio constat, quare sine *Presbyterorum* mentione interveniente, *Episcopis Diaconi* immediatè adjiciantur, quia scilicet in singulis *Macedoniæ Civitatibus*, quamvis *Episcopus* esset, nondum *Presbyteri* constituti sunt, *Diaconis* tantùm πρὸς ὑπηρεσίαν ubique *Episcopis* adjunctis.

§. 22. Manifesta omnia, præsertim cùm hæc ipsa *Philippensium Ecclesia*, ut & *Thessalonicensium* altera, à *Tertulliano* nominatim inter eas recenseantur, apud quas, tempore ipsius, *Apostolorum Cathedræ suis adhuc locis præsidebantur*, *ipsaque eorum Authenticæ literæ recitabantur*. Quibus satis apparet, *Episcopum*

pum singularem in hac *Philippensium Ecclesiâ* (*Epaphroditum* dixit *Theodoretus*) ab *Apostolo* ipso constitutum esse (cur non & *Thessalonicæ*, & in aliis *Macedoniæ Civitatibus?*) nec igitur *Presbyteros compares*, voce [ἐπισκόποις] sed solos, verùque nominis *Episcopos* diversarum civitatum, *Philippensi metropoli* subditarum, intelligendos esse.

Cap. XI.

I.*Tim.*III.2. *Omnia per Episcopos & Diaconos administrata. Epiphanius emendatus,* πλανήτας, ἴδιον μέρος.

§.1. Succedit notissimus *locus* I.*Tim.*III.2. Εἴ τις ἐπισκοπῆς ὀρέγεται, καλοῦ ἔργου ἐπιθυμεῖ. Δεῖ οὖν τὸν ἐπίσκοπον ἀνεπίληπτον εἶναι, &c. Nulla hîc dubitandi ratio est, quin ἐπισκοπὴ *singularem Præfecturam*, Ἐπίσκοπος *singularem*, quem dicimus, *Episcopum* significet.

§.2. Quod enim ex *Diaconorum* immediatè sequente mentione * *Waloni* nectendum videtur *Argumentum*, in auras statim abiturum est, si illud unum, quod modò ex *Epiphanio* monuimus, hîc etiam advertatur, *Nascente* scil: *Ecclesiâ*, quandocunque Fides in civitate aliquâ plantari inciperet, aut cùm fidelium numerus supra modicum non excresceret, (quod & post *Apostolorum* tempora non semel accidit) ubique *Presbyteros* non fuisse, *Diaconis* autem accinctos *Episcopos* omnia administrasse, Hic est iste *Ecclesiæ status*, τὰ πληρώματα τῆς οἰκονομίας ἔτι λαβούσης (sic enim apud *Epiphanium* legendum est, non ἔτι) *cùm omnibus functionibus suis nondum expleretur*; (cui opponitur πλανήτας, & εἰς ἴδιον μέρος ἐλθεῖν, & apud *Clementem*, ὅλῳ ἐκκλησίαν ἁρμόζειν) qui igitur huic loco rectissimè accommodari censebitur, cùm *Timotheus*, à *Paulo Ephesi* relictus (ut & *Titus Cretæ*) in omnibus jam *Asiæ Civitatibus* (ubi nondum erant) divinis officiis defuncturos constitueret, *Episcopos* inprimis, & *Diaconos*; Quibus solis (πλήθους μὴ ὄντος, *ubi multitudo non fuit*, ᾗ ὅπου οὐκ εὑρέθη πρεσβύτεροι καλασταθῆναι) *contenti erant*, inquit *Epiphanius*.

* p. 12.

* *in* I.*Tim.*III. §.3. His etiam * *Theodoreti* dictum addi potest, qui, licèt ad *Presbyteros* has regulas à *Paulo* sancitas pertinere affirmet, adjicit tamen, manifestum esse, ὡς τοὺς ἐπισκόπους πρώτους πρώτοις τούτοις φυλάττειν νόμους, ἅτε δὲ καὶ μείζονος μεταλαχόντας τιμῆς, *Eas ab Episcopis præcipuè observandas esse, ut qui majorem in Ecclesiâ dignitatem sortiti sunt.*

§.4.

§. 4. At è contra *Chrysostomus*, de *Episcopis* dictum esse ait, & deinde *Presbyteris* adaptari, Ἐπισκόπων ἦν πολλῶν, καὶ κατ' ἐκάστην πόλιν προϊσταμένων, *multis Episcopis opus erat, qui per singulas civitates præficerentur*, &, Ἃ περὶ ἐπισκόπων εἶπε, ταῦτα καὶ πρεσβυτέροις ἁρμόττει, *quæ de Episcopis dixit, ea & Presbyteris conveniunt*. Et sic ex *Chrysostomo Theophylactus*. Nec igitur rationem esse, cur distincta hoc in loco post *Episcopos Presbyterorum* mentio fieret, præsertim cùm præter *Episcopos* & *Diaconos* nulli adhuc *Presbyteri partiarii* constituerentur. *In* I. *Tim: Hom:* X.

CAP. XII.

Tit. I. 7. Πρεσβύτερος v. 4. ἐπίσκοποι κατὰ πόλιν. *Titus* 100. *Civitatum Episcopus.*

§. 1. HUic ad *Timotheum*, alter ille ad *Titum* locus (planè parallelus) accensendus est, c. I. 7. Δεῖ γὰρ ἐπίσκοπον ἀνέγκλητον εἶναι, ὡς Θεοῦ οἰκονόμον, &c. Hic denuò *Episcopum singularem* intelligendum esse, nobiscum *Chrysostomus*, *Theophylactus*, *OEcumenius* pronunciant, Nec obstare vocis [πρεσβυτέρους] mentionem, v. 4. sed, ex adverso, hos ipsos *Episcopos* (inter quos, & *Diaconos*, nulli *Presbyteri* interceserunt) πρεσβυτέρους, ex more sæculi istius, dictos esse, loquatur post alios *Theophylactus*. Κατὰ πόλιν πρεσβυτέρους] Ἐπισκόπους ὅπως ἐνταῦθά φησι, ὡς καὶ ἐν τῇ πρὸς Τιμόθεον, Κατὰ πόλιν δέ φησιν, ἐπειδὴ ἐβούλετο πᾶσαν τὴν νῆσον ἐπιτρέψαι ἑνί, ἀλλὰ ἑκάστῃ πόλιν ἴδιον ἔχειν ποιμένα, ὅπως καὶ ὁ πόνος κουφότερος, καὶ ἡ ἐπιμέλεια ἀκριβεστέρα. *Episcopos intelligit, ut & in Epistolâ ad Timotheum; Per civitates verò ait, noluit enim universam Insulam* (Κρήτην μεγάλην οὖσαν, ait *OEcumenius*, *Cretam, cùm satis magna esset*) *ab uno* (ἐπισκόπῳ, addit *OEcumenius*) *administrari, sed unamquamque Civitatem suum habere Pastorem*, i. e. *Episcopum, sic enim & labor levior, & cura exactior futura est.*

§. 2. Cùm enim in *Cretâ Insulâ*, quam *Paulus* ad fidem converterat, *civitates* plus minus *centum* essent, Palam est, phrasi istâ non *unam*, sed plurimas *civitates* intelligendas esse, *quarum omnium* (inquit *Eusebius* l. III. c. 4.) ἐπισκοπὴν *sortitus est Titus* ut sub se *Episcopos ordinaret*, inquit * *Theodoretus*, ut *Episcoporum* χειροτονίαν *exerceret*, & ποσάκις ἐπισκόπων κρίσιν καὶ χειροτονίαν, *tot Episcoporum judicium & ordinationem*, ait, cum † *Chrysostomo*, * *Theophylactus*.

* *Arg: Ep: ad Tit:*
† *in Tit:* I. *Hom:* I.
* *Arg: Epist::*

Cap. XIII.

Ἡγούμενοι *Heb:* XIII. 7. *Vocis hujus usus in Vet: Testamento. In Novo.* Μείζων ἐν ὑμῖν *Lu:* XXII. 26. *Act.* XV. 22. Προφῆται. *Deus. Aaron Propheta. Ex:* VII. 1. Μάντις Δαλάσσης. *Propheta, specialis in Ecclesiâ muneris nomen.* I. *Cor.* XII. 28. *Eph:* III. 5. & IV. 11. *Apostoli, Evangelistæ, Prophetæ,* Διδάσκαλοι. *Judas & Silas à sedibus suis distenti, nihilominus Episcopi, & ex abundanti Prophetæ,* Ἡγούμενοι ἐν τοῖς ἀδελφοῖς. Ἡγούμενοι *simpliciter dicti, Episcopi. Hebræi, totius Palæstinæ Christiani; Episcopi* חבונים.

§. 1. ISTis de *Episcoporum* titulo adeò prolixè propositis, adjicienda jam pauculis aliarum vocum, quæ ad eandem materiam pertinent, explicatio. Hujus generis est [ἡγούμενοι] *Heb:* XIII. 17, 24. Μνημονεύετε τῶν ἡγουμένων ὑμῶν, πείθεσθε τοῖς ἡγουμένοις ὑμῶν, & ἀσπάσασθε πάντας τοὺς ἡγουμένους ὑμῶν.

§. 2. Ἡγουμένων vocem ad *Præfectos* quoscunque, *Provinciis, Civitatibus,* aut familiis præpositos, pertinere, notius est, quàm ut probationibus indigeat. Sic ἡγούμενος λαῦ, *Syrach:* IX. 22. ἡγούμενος ἐκκλησίας, c. XIII. 8. ἡγούμενος δυνάμεων, I. *Mac:* XIII. 54. ἡγούμενος Ἰουδαίων, I. *Mac:* XIII. 42. ἡγούμενος ἔθνους, *Syrac:* XVII. 13. ἡγούμενος τῆς πόλεως, *Syrac:* X. 2. ἡγούμενος ἀδελφῶν v. 24. & c. XLIX. 17. & frequenter ἁπλῶς ἡγούμενος.

§. 3. Sic & apud *Interpretes vet: Testamenti*, quandoque נשיא quándoque משל, & נגיד, aliáque quàm plurima, per ἄρχων sæpius reddita, ἡγούμενος etiam vertuntur.

§. 4. *Potestas* igitur, aut ἀρχὴ, isto verbo significatur, an *summa* in quovis genere, an *subordinata*, non ex vocis usu, aut *origine*, sed ex *contextus* circumstantiis judicandum est.

§. 5. In *novo Testamento*, de *Christo* in *Israëlem suum* dominium *summum* sanè, & ἀυτόνομον exercente, usurpatum videmus, *Mat.* II. 6. ex *Prophetâ*. Dein de *summâ Apostolorum*, aut *Episcoporum* in *Ecclesiâ* futurâ dignitate, *Lu:* XXII. 26. Ὁ ἡγούμενος ὡς ὁ διακονῶν, ubi ἡγούμενον, τῷ μείζονι ἐν ὑμῖν, *majori*, i.e. *maximo inter vos* æquipollere constat. Sic & *Josephus*, *Act:* VII. 10. ἡγούμενος εἰς Αἰγύπτου, *universæ Ægypto præpositus* erat, quamvis *Regi Pharaoni* subjiciebatur.

§. 6. In *Concilio*, aut *Synodo Hierosolymitanâ Act.* XV. 22. *Judas & Silas* ab *Apostolis &* πρεσβύτεροις, i.e. ab universo *Episcoporum* conventu, cujus ipsi pars erant, ἐξ ἀυτῶν electi, ut *Paulo & Barnabæ* adjuncti, *Epistolam Synodicam* ad *Ecclesias Antiochenas* deferrent, dicuntur ἄνδρες ἡγούμενοι ἐν τοῖς ἀδελφοῖς. Quid illud

illud sit indagaturis, duo potissimum sunt, quæ viam præmonstrent.

§.7. *Primum*, Quòd Ἀπόστολοι & πρεσβύτεροι, hos ἐξ ἀυτῶν ἐκλέξασθαι, *ex seipsis elegisse* hîc dicantur, ex quo sequitur, hos ἡγουμένους, non multùm ab *Apostolis*, qui hîc dicuntur, i.e. *Petro*, *Jacobo Hierosolymitano Episcopo*, ab aliis verò (ut jampridem monstravimus) *Judææ Episcopis*, nullo planè intervallo disjunctos esse, eâdem in concilio dignitate utentes, adeóque cum illis in eodem βαθμῷ, aut *gradu* repositos, Quod de nullis infra *Episcoporum* ordinem subsidentibus dici, aut censeri potuit. *Secundum*, quòd, qui hîc ἡγούμενοι dicuntur, *Judas* & *Silas*, v.32. προφῆται appellentur. Qui verò fuerint isti *prophetæ*, obiter etiam hîc dicendum erit.

§.8. *Prophetæ* nomine, ut in *Veteri*, sic & in *Novo Testamento* significatur ille, qui verbum *Dei* quibuscunque notum facit, exponit, *interpretatur*; at præcipuè, qui ex *revelatione* divinâ illud facit. Sic cum *Aaron Mosi*, in legatione ad *Pharaonem*, adjunctus, jubeatur ad *Pharaonem* loqui, *Ex:* VII. 2. i. e. nuntium *Dei* ad eum deferre. (quod à *Mose* tardiloquo, & blæso non ita commodè fieri potuerat,) *erit tibi*, (inquit *Deus* v.1.) *Propheta Aaron frater tuus*. Ibi *Moses* tanquam *Deus Pharaoni* futurus erat, v.1. (ut qui mandatum à *Deo* sibi commissum habent *Dii* dicuntur) *Aaron* verò *Mosis Interpres*, & *oris* vicem suppleturus, quoties nimirum opus esset, sermonem ad populum habiturus (quod cùm *Paulus* fecisse legatur, ἡγεμὼν τῷ λόγῳ dicebatur, *Act.* XIV.12. & ut Ἕρμης alter colebatur) i.e. ἑρμηνῆς, *interpretis Divini* (quales in *Oraculorum* responsis mentem numinis exponebant) &, quod idem est, προφήτης munere defuncturus, *Ex:* IV.16.

§.9. Eodem planè modo (nec de *futurorum* tantummodo *prædictione*) apud *Ethnicos*, *Glaucus*, qui nautas monebat, ὡς δεῖ ποιεῖσθαι τὸν πλοῦν θαλάσσῃ μάλιστα, *Marinus vates*, aut *propheta* vocabatur.

§.10. Verùm cùm in *Novo Testamento* vocem hanc peculiari modo usurpatam reperiamus, *Prophetas* scilicet ab *Apostolis*, I.*Cor.*XII.28. *Eph.*III. 5. & ab *Evangelistis* etiam *Eph.* IV. 11. divisos, palam est specialis *officii*, aut muneris in *Ecclesiâ* nomen esse, Quodnam illud sit, ex cognatis & simul positis judicandum est.

§.11. *Apostoli* qui fuerint satis notum, *singulares* viri, universæ *Ecclesiæ* in μείζονας & κληρὰς dividendæ, ex speciali *Christi* mandato, immediatè præpositi.

§.12.

§.12. *Evangelistæ* item, ii, qui ad eos, quibus *fides* nondum *prædicata* ab *Apostolis*, (& ad quos ipsis non vacabat) ab *Apostolis* mittebantur.

§.13. Inter hos *medii* reponuntur *Prophetæ*, *Eph.* IV. 11. Ii quidem, qui illis, quibus *Evangelium* ab *Apostolis*, aut *Evangelistis* priùs prædicabatur, *doctrinam fidei* uberiùs annuntiarunt, ex *Mose* & *prophetis*, cùm speciali interpretationis dono divinitùs instructi essent, *Evangelicam doctrinam* stabilientes, & sic ubique hoc insigni fulcro *Judæorum* fideles ἐπισηριζοντες, per modum *confirmationis*; Et licet spiritualibus χαρισμασι cumulatissimè instructi, tamen οὐκ εἶχον τὴν Ἀποστολὴν, *ad Apostolicam dignitatem*, aut ὑποστολὴν *non ascenderant*, inquit *Theophylactus*. Talis *Agabus*, aliique ab *Hierosolymis Antiochiam* descendentes, *Act.* XI. 27. Tales in *Antiochenâ Ecclesiâ* προφῆται, cum διδασκάλοις conjuncti *Act.* XIII. 1. (προφῆται πάντα ἀπὸ πνεύματος θεηγορούμενοι, inquiunt *Scholiastæ* in II. *Cor.* XII. 28. οἱ δὲ διδάσκαλοι οἶκοθεν) qui *Barnabæ*, & *Saulo manus imposuerunt*. Tales hîc *Judas* & *Silas*, qui cùm *Judææ Episcopi* essent, simul hoc *Prophetico* dono instructi erant, ideóque προφῆται ὄντες, quatenus *Prophetæ*, διὰ λόγου πολλῆς παρεκλησεως ἀδελφοὺς, καὶ ἐπισηριξαν, Tales denique duo μάρτυρες, *Apoc.* XI. 3. qui *Episcopi Hierosolymorum* cùm essent (ut * posteà dicetur) προφητεῦσαι dicuntur, *Prophetarum* more, in *sacco* mandata *Dei* explicare, prophetiæ etiam dono iis accedente.

* *Diss.* V. c. 1. §. 24.

§.14. Hos jam à *Concilio Hierosolymitano Antiochiam* missos *Episcopos*, aliquandiu à *Cathedris* suis distentos esse constat, *Silam* enim *Antiochiæ* mansisse *Act.* XV. 34. & *Paulo* dein se comitem adjunxisse v. 40. quod, cùm res postulet, ab *Episcopis* fieri quis gravabitur?

§.15. Eos interim *Episcopos* fuisse omnia monstrant, *Concilii* scilicet *Hierosolymitani* ex solis *Apostolis* & (sub πρεσβυτέρων titulo) *Episcopis* conflati deputatos, quos ideò 1. διδάσκοντας, διδασκαλίας, 2. ἐπισηριζοντας, ut & alios c. XIII. 3. χεῖρας ἐπιθέντας, *docentes*, *confirmantes*, *manus imponentes*, omnia ferè *Episcoporum* munera exercentes videmus, at ex abundanti, προφήτας ὄντας, διαφερῶν πνεύματος χάριν, *charisma* illud *Propheticum* supra alios, quibus διδασκάλων nomen & officium competebat, sortitos.

§.16. Si verò tandem quæratur, cur, cùm propriè dicti *Episcopi* essent, hîc tamen non ἡγούμενοι, aut ἐπισκοποι simpliciter, sed cum adjecto, ἡγούμενοι ὲν τοῖς ἀδελφοῖς nuncupentur. *Respondeo*, inprimis

primis advertendum esse, à quibus sic appellentur, scilicet à *Synodo Hierosolymitanâ*, eos ad totius *Syriæ Ecclesiam* jam mittendos designante, ideóque cùm nec iis à quibus, nec ad quos mittebantur, quovismodo præficerentur, sed tantùm *Ecclesiis* particularibus, quarum *Episcopi* erant, nec ἡγουμένους jam simpliciter, nec ἡγουμένους ὑμῶν, sed cum limitatione, ἡγουμένους ἐν τοῖς ἀδελφοῖς (hac satis opportunâ & idoneâ μειώσει) dicendos fuisse, cùm tamen eosdem [ἐξ ἀυτῶν] ex ipsis electos fuisse disertè affirmetur.

§. 17. Cum verò de *Ecclesiis* particularibus, seorsim consideratis, nec in *Concilio*, ut hîc, conjunctis, sermo sit, ἡγουμένους ὑμῶν appellatos videas, *Heb.* XIII. ubi ὡς ὁποκόπων λέγει, *de Episcopis* planè sermo est, inquit *Chrysostomus*, aliúque. Qui verò sunt hi ὑμῶν, i.e. *Hebræorum, Episcopi? Hierosolymorum* certè, & omnium in *Palæstinâ Civitatum*, ad quarum *fideles* missa hæc *Epistola*, ([τοῖς ἐν Παλαιστίνῃ καὶ ἐν Ἱερουσαλύμοις] inquiunt * *Græci*) *singulares Præfecti.*

* ὑμῶν: *Ep: ad Heb.*

§. 18. Nec enim ad unam aliquam *civitatem* restringendos esse, ipsa in *prographe Hebræorum* mentio, satis latè patens, abundè testatur, Nec quicquam *Presbyterana* ἰσοτιμίας fautoribus in contrarium suppetit. Quod enim *D. Blondellus* affirmat, *A.D. 61. quo Epistolam ad Hebræos in vinculis scripsit Paulus, plures unâ Hierosolymis Episcopos, vel* ἡγουμένους, *Ecclesiam communi curâ ac consilio pavisse*, nullâ certè ab eo, aut ratione, aut testimonio firmatum est; At è contrario Ἡγούμενοι hi, ὑμῶν, i.e. *Hebræorum*, omnium quippe *Palæstinæ*, non unius tantùm *Hierosolymitanæ civitatis Christianorum Præfecti*, aut *Episcopi* disertè hîc dicuntur.

§. 19. Unicum hîc ex abundanti addidisse licebit, sequioris ævi *Judæos, Episcopos Christianorum* (voce huic affini) ἡγουμένας, nominéque peregrino (*Civitate* sanctâ donato) הנסיונים aut אנסיונים appellare.

§. 20. Sic *Abrabaneel* in *Is:* XXXIV. f. 54. c. IV. de illustri illo *Burgensi* verba faciens, ex *Judaismo* ad fidem *Christi* conversо, tandémque ad *Episcopalem* sedem evecto, priùs, inquit, *Solomon Levita* dicebatur, postquam autem factus esset שר וגדול בין הנוצרים *dux* (ἄρχων) *& magnus inter Nazareos*, i. e. *Christianos*, appellatus est, אגמון ברגינשיש, *Egemon*, i.e. *Episcopus, Burgensis.* Videatur *Elias Levita* in *Thisbi*, & *Buxtorfii*, si placet, *Rabbinicum Lexicon* in verbo אגמון.

Cap. XIV.

Ποιμένες, duces, de Christo, de Petro, de Asiaticis Episcopis, de Judæorum dispersorum Præfectis, Eph.IV.11. Pastor pro Episcopo.

§.1. POst ἡγεμένες addendi ποιμένες, quibus *Presbyteros* suos notari *D.* Blondellus* voluit, sed sine omni itidem probatione. Vox ista à *Gregibus ovium* ad *Homines* traducta, *Regem*, Λαῦ ποιμένα, apud *Homerum*, & *Mat.* II. 6. ἐκ ἡγεμόνων, ὅστις ποιμανεῖ τὸν λαόν, & *Apoc.*XII. 5. ποιμαίνουσα ἔθνη, idque ἐν ῥάβδῳ σιδηρᾷ, c.II. 7. i.e. *Ducem* aut *Regem* denotat.

* *Præf:* p. 5.

§.2. In *Novo Testamento* vox hæc primò de *Christo*, *Mat.* XXVI.31. *Jo.*X.11,14. *Heb.*XIII.20. I.*Pet.*V.4. & (semel cum ἐποκόπῳ conjuncta) I.*Pet* II.25. usurpatur. Dein *Apostolo Petro* accommodatur, *Jo.*XXI. 16. ποίμαινε τὰ πρόβατά μου, *pasce* (*aut guberna*) *oves meas*, dein *Episcopis Asiaticis*, *Act.*XX.28. προσέχετε τῷ ποιμνίῳ παντὶ, ἐν ᾧ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἔθετο ὑμᾶς ἐπισκόπους, ποιμαίνειν τὴν ἐκκλησίαν, &c. *attendite gregi universo, super quem Spiritus sanctus Episcopos vos constituit, ut pascatis* (*aut gubernetis*) *Ecclesiam Dei.* Ut & fidelium *Judæorum* ubicunque dispersorum in *Ponti*, *Galatiæ*, &c. *Civitatibus*, *Præfectis*, totidem *singularibus Episcopis*, I.*Pet.*V. 1. Πρεσβυτέρους τοὺς ἐν ὑμῖν παρακαλῶ ὁ συμπρεσβύτερος, ποιμάνατε τὸ ἐν ὑμῖν ποίμνιον τοῦ Θεοῦ, ἐπισκοποῦντες, &c. *Seniores qui inter vos sunt, ego pariter Senior adhortor, pascite* (*aut gubernate*) *gregem qui est inter vos, Episcopos agentes*, &c. Nihil hîc à voce [πρεσβυτέρους] metuendum, cùm eâ ἰδίως hoc sæculo, (ut mox loco suo dicetur) *Episcopi singularum urbium*, quales hîc per *Pontum*, *Galatiam*, *Cappadociam*, *Asiam*, *Bythiniam*, plures fuisse constat, *singulares* designentur.

§.3. At præ omnibus notabilis ista *Eph.*IV.11. inter distinctos eorum, quos *Christus Ecclesiæ* indulsit, gradus, ποιμένων mentio. *Ad cœlum*, inquit, *ascendens Christus*, *hominibus dona dedit*, v.8. Quæ verò sunt illa? Αὐτὸς ἔδωκε τοὺς μὲν Ἀποστόλους, τοὺς δὲ προφήτας, τοὺς δὲ εὐαγγελιστὰς, (de tribus istis abundè dictum est) τοὺς δὲ ποιμένας, &c. *Ipse dedit Apostolos*, *Prophetas*, *Evangelistas*, & hos tandem, de quibus jam loquimur, *Pastores.*

§.4. De his *Chrysostomus*, & *Scholiasta*. Τοὺς τὰς ἐκκλησίας ἐγχειρισμένους λέγει τοὺς ἐπισκόπους, οἷος ὢν Τιμόθεος, Τίτος, καὶ οἱ τοιοῦτοι. *De iis loquitur*, *quibus Ecclesiæ commissæ sunt*, disertè de *Episcopis*, qualis erat *Timotheus*, *Titus*, & alii hujusmodi. Nec immeritò

immeritò igitur apud *Ignatium*, ποιμὴν, & in antiqua *Ecclesiæ Pastoris* nomen ad *Episcopos* ἴδιον, & nunquam non pertinuisse videmus, quod pluribus monstrari posset, si jam illis vacaret.

CAP. XV.

Διδάσκαλοι Episcopi I.*Cor.* XII. 28. *Eph.* IV. 11. *Doctrinæ unitas ad patem necessaria.* Λόγου διδαχῆς. *Doctoris munus.* Διδάσκαλος *ut à Prophetâ distinguatur, Doctores in scholis. Presbyteris Docendi licentia ut competat.*

§. 1. HIc cùm *Pastoribus* adjungantur Διδάσκαλοι, nec ab iis (ut ab *Apostolis Prophetæ*, & à *Prophetis* Ποιμένες, &c. per πρῶτον, δεύτερον, & τρίτα) distinguantur, sed per [καὶ] tantùm ἐξηγητικὸν, aut conjunctivum copulati, in idem planè coalescant, patebit itidem, quid per Διδασκάλους significetur, quoties iis peculiare in *Ecclesiis* munus denotatur, I.*Cor.* XII. 28. & *Eph.* IV. 11. In qualibet certè *Ecclesiâ singulares Præfecti*, aut *Episcopi*.

§. 2. Quomodo à κηρύσσειν & εὐαγγελίζεσθαι distinguatur διδάσκειν,* priùs, cùm aliud ageretur, dictum est, Eo planè modo, quo à λόγῳ, διδασκαλία distinguitur, I.*Tim.* V. 17. priori ad *fidei primam plantationem*, *secundâ* ad πότισμὸν, *irrigationem*, νουθεσίαν, παράκλησιν, *instructionem*, *exhortationem*, & demum ἐπιστηριγμὸν *confirmationem* in fide, pertinente. * *Dissert.* III. c. 6.

§. 3. Hæc in unaquâque *Ecclesiâ* primariò ad *Episcopum*, aut *Præfectum* spectabat, nec alteri cuivis, nisi cui ab *Episcopo* illud mandatum, competebat. Exinde enim omnium *sectarum*, & *hæreseon semina*, quoties in *Ecclesiâ*, ubi *fides* una plantata, variæ insuper διδαχαὶ, aut διδασκαλίαι superseminarentur. Ideóque ut *unitatis* cura, sic & διδασκαλίας (ut & *baptizatorum confirmationis*) *Episcopis* ubique concredita est. Sic apud *Justinum Apol.* II. Cùm *Anagnostes* portionem *Scripturæ*, seu ex *Apostolis*, seu ex *Prophetis* legisset, illo quiescente, προεστὼς (quem *Episcopum* fuisse mox dicemus) τὴν νουθεσίαν &c. ποιεῖ, quo modo *Act.* XIII. à *Paulo* factum legimus, ubi, ut videtur, ἀναγνώσει Νόμου, statim, suo quasi loco, succedit λόγου διδαχῆς πρὸς τὸν λαὸν, *verbum adhortationis ad populum*, at id non *Lectoris* sed *Doctoris* munus.

§. 4. Διδάσκαλον autem I.*Cor.* XII. sic à *Prophetâ* distinguunt *Græci Patres*, ut hic πάντα ἀπὸ τοῦ πνεύματος, ille verò ἐξ οἰκείου, *à seipso etiam locutus sit*. Quod in illud ipsum recurrit, quod modo de *Prophetis* & *Episcopis*, seu ἡγουμένοις dictum est. Nec

mirum igitur, aut ab usu nominis (cùm *Christus* ubique διδάσκαλος vocetur, aut cùm διδασκάλων μαθηταὶ, ut & *Cathedra*, ἴδιος competant) alienum futurum est, ut *Episcopi* in singulis *Ecclesiis* (non, ut *D. Blondello* placet, *Presbyteri compares*) διδάσκαλοι vocentur, ab unâ officii parte sic dicti, ut ab aliâ parte ποιμένες, & ἐπίσκοποι.

§. 5. Quod enim ad *Doctorum* aut *Professorum* in *Scholis* gradus attinet, ii longè recentiores sunt, quàm ut in *Pauli* scriptis locum habere possint.

§. 6. Si verò διδάσκειν, *docere* populum, & ex *Scripturis* instruere, *Presbyteri* hodiè *secundarii* non permittantur tantùm, sed & pro officio teneantur, illud quidem exinde natum apparet, quòd *Episcopi* in ordinandis *Presbyteris*, eam illis potestatem largiantur, nec tamen ἀπολύτως, sed postquam *literis*, aut mandato *Episcopi* ἰδίως licentiati fuerint, exercendam, juxta *Canonis Ancyrani* & *Laodiceni* de *Presbyteris* decretum, ab *Ignatio*, & primis temporibus in *Ecclesiâ* custoditum, χωρὶς τὸ ἐπιτραπῆναι ὑπὸ τοῦ ἐπισκόπου μὴ γραμμάτων μηδὲν πράττειν ἐν ἐκκλησίᾳ παρεικός. De quo * alibi fusiùs.

* Dissert: III. c. 9.

Cap. XVI.

Ὑπηρέται λόγου, Lu. I. 2. χεῖρες. Οἰκονόμος Θεοῦ, *Episcopus. unus ejusdem familiæ OEconomus. Apostoli* οἰκονόμοι μυστηρίων.

§. 1. ALia quædam sunt, quæ, ut ἐπισκόποις, ἡγουμένοις, ποιμέσι, διδασκάλοις, ἐσδύναμα memorat *D. Blond:* ita singula, non aliâ quàm suâ *Authoritate* fretus, *Collegis Presbyteris* accommodat.

§. 2. Sic 1. ait, Ὑπηρέται λόγου *Ly.* I. 2. At quid illis, aut cum *Episcopis* nostris, aut cum *Presbyteris Blondellianis*, commune fuit? *Apostoli* certè qui *Historiæ*, aut rerum narrandarum (ex λόγος hîc sunt, & ῥῆμα τὸ γενόμενον c. XI. 15.) non solùm αὐτόπται, sed & χεῖρες fuerunt, pars quidem ipsarum non exigua (cùm multa ab ipsis gesta sint, *daemones* ejecti &c.) ideò sine dubio ὑπηρέται λόγου dicuntur.

§. 4. Miror igitur quid *D. Blondello* in mentem venerit, ut ἡγούμενος (per *Apostolos* & eorum συνεργοὺς, *Ecclesiæ* κατὰ πόλιν & χώραν tributas) à *Luc*â sic appellatos censeret. Fœliciùs certè quòd Οἰκονόμον Θεοῦ in hâc classe reponat, Talis enim disertè *Episcopus* dicitur, *Tit.* I. 7. cui totius familiæ administratio à *Deo* tribuitur,

Præf: p. 5.

eodem

eodem planè sensu, quo *Claves*, insignia Οἰκονόμου, aut *Patris domus*, *Is.*XXII.20,21. *Petro dabantur*. At nec *Collegis*, nec *comparibus* commodè aptari potest φράσις ista. Ecquis enim ejusdem familiæ plures unquam Οἰκονόμους, unius *Clavis* plures gerulos audivit? Videatur *Lu.*XVI.1. ubi in *Divitis* familiâ unus Οἰκονόμος, ut & in civitate *unus*, *Ro.* XVI.23. Et si *Apostoli* οἰκονόμοι μυστηρίων Θεοῦ dicantur, in plurali I.*Cor.*IV.1. Illud etiam ad *plures familias* divisas, plures scilicet particulares *Ecclesias*, distinctos ejusdem *universæ Ecclesiæ* κλῆρους, & μερίδας, quas inter se *Apostoli* dispertiebant, pertinuisse censendum est.

Cap. XVII.

Πρεσβύτερος. *Justinus post tempus, quo discrimen inter Episcopos & Presbyteros in Ecclesiam inductum agnoscunt Walo, & Blondellus. Ejus ævo nulli quibusdam in locis Presbyteri.* Πρεσβύτερος *pro Episcopis. Tria antiquissima testimonia, Præsidentes apud Tertullianum.*

§.1. Superest unus προεστὼς, aut προϊσταμένου titulus, ille quidem neutiquam in *Scripturis* sacris, seu *Episcopis*, seu *Presbyteris* accommodatus. At istis affinis est προεστὼς *Præsidens*, *Antistes*, *Præpositus*, cujus apud *Justinum Martyrem* satis crebra mentio est, Προσφέρεται, inquit ille, τῷ προεστῶτι τῶν ἀδελφῶν ἄρτος καὶ ποτήριον, *Apol:* II. *Offertur Antistiti panis & poculum fratrum.*

§.2. Ubi primò sciendum est, *Justinum* hunc, post illud tempus, quo discrimen inter *Episcopum* & *Presbyterum* inductum esse *Walo*, & *D.Blondellus* ex *Hieronymo* agnoscunt, hanc *Apologiam* suam scripsisse. Videatur *D.Blon: Apol:* p.3. *Meminerit*, inquit, *veri studiosus lector, Hieronymum nequaquam scripsisse, simulac Corinthi dictum fuit, Ego sum Pauli, &c. toto orbe decretum, ut unus de Presbyteris electus superponeretur cæteris, sed postquam id dictum in populis*, i. e. *postquam alii passim Corinthiorum more in partes discerpti sunt, quod ante annum* 140. *evenisse, idonee vix quisquam probaverit.* Videatur *præf:* p. 7. ubi præcedentem *Ecclesiarum* (quem dicere amat) *morem*, *orbe toto ad An: Ch: circiter* 136. mansisse affirmat, sic tamen ut probationes, quas sibi fingit, ultra *annum* 104. aut 108. non produxerit. Et ne quempiam hâc in re incertum relinquamus, videatur *Præf:* p. 11. *Nullum*, inquit, *momentum illustrius occurrit in quod insignis illa mutatio commodè conferri posse videatur, quam An:*

Ch: 135. Videatur itidem *Wale*, cujus hæc verba sunt, p 7. *Trapezitici*, inquit, *Fœnoris scriptor, &c. nusquam negarunt antiqua etiam tempora discrimen illud inter Episcopos & Presbyteros agnovisse, qui sciunt rem esse antiquissimam, ut duo hi ordines in Ecclesia fuerint distincti, si excipiantur Apostolica tempora, quorum ævo nullum constat eorum ordinum fuisse discrimen.* Certè si ad *Johannis* exitum *Apostolorum* ævum protelandum putemus, ultra *Centesimum Christi* annum durasse non putabitur, post quem hoc inter *Episcopos* & *Presbyteros* discrimen in *Ecclesiam* statim invectum esse *Walonis* verba evincunt.

§.3. *Justinum* interea *Martyrem* non ante *An:* 150. *Apologiam* suam, in quâ ista προεστῶτος mentio facta est, scripsisse, & *Ecclesiarum* sui temporis statum graphicè descripsisse, fatetur *D. Blondellus, Apol:* p.21.

§.4. Nec igitur cuivis æquum videbitur, ut contra *Hieronymum*, contra *Walonem*, contra ipsum *D. Blondellum* ter in eadem ferè verba consultò, & de industriâ testimonium ferentem, *singulari* (ne quid gravius dicam) *D. Blondelli testimonio* in causâ suâ credatur, * *istum Ecclesiarum ordinem* (quo *Episcopis Presbyteri adæquabantur*) *ad Justini tempora inviolatum permansisse.*

* *Apol:* p.22.

§.5. *Secundò* igitur notandum est (quod *Epiphanius* nos docuit) hoc ipso *Justini* ævo (καὶ jam tunc ὅλου κηρύγματος, *Fideque* per *Orbem Romanum* non ita diu *Gentibus* annuntiatâ, &, ubi annuntiaretur, persecutionibus omnimodis exceptâ) nondum *Presbyteros* in *Ecclesiis* ubique *constitutos esse*, sed *civitates* non paucas *Episcopo* & *Diaconis*, duobus istis *Christiani Cleri* gradibus, cùm *Presbyteri* idonei non reperirentur, aliquandiu contentas fuisse.

§.6. *Tertiò*, ut ad ipsa *Justini* verba accedamus, notari debet vocem ἀδελφῶν cum *pane* & *poculo* copulandum esse (sic ut omnium *fidelium*, i.e. *Fratrum* προσφορὰν προεστῶτι *adductam* aut oblatam denotet) non cum προεστῶτι (ut cum *Lango*, *D. Blondellus* legi voluit, *Præposito fratrum*, aut, *Ei qui fratribus præest*,) alibi enim ubique apud *Justinum* non προεστὼς ἀδελφῶν, sed simpliciter προεστὼς dicitur.

§.7. *Quartò*, Προεστῶτι apud *Justinum* διακόνοις adjungi, sic ut ad προεστῶτι pertineat εὐχαριστῆσαι, *panem* & *poculum consecrare*, *Diaconis* ad *distributionem benedicti panis* & *poculi* paratis; Εὐχαριστήσαντος τοῦ προεστῶτος τὸν ἄρτον καὶ τὸ ποτήριον καὶ ἐπιδόντος τοῖς διακόνοις &c. *Cum Præpositus gratias egerit, Diaconi qui apud nos vocantur, dant unicuique.* §.8.

§. 8. Hìc rectè quidem *D. Blondellus* conclusit, * *Binos tantùm Christiani Cleri gradus, Præpositorum & Diaconorum agnosci.* Imò & *Ecclesiis, quæ ab unico Præposito regerentur, nihil ad integritatem deesse creditum esse*; At cùm ad *identitatem* aut ἰσοτιμίαν *Episcopi, & Presbyteri* adserendam, Cùm ad *Ecclesiarum per plures simul Præpositos gubernationem* confirmandam, hæc ex *Justino* testimonia ab eodem proferantur, nec aliud illi ad hoc cuivis persuadendum argumentum suppetat, præter hanc unicam πρωτῶτος cum solis *Diaconis* conjunctam mentionem, sufficiet, uti spero, paucis monuisse, *Primò*, Nihil frequentius esse inter hos primorum temporum *Scriptores*, quàm ut *Episcopi singulares, Diaconis* suis accincti (ubi *Presbyteri nondum constituti sunt*) omnia *Ecclesiastica* munera obirent: *Secundò*, hoc πρωτῶτος titulo, sub istis primis temporibus, *Singularem Episcopum* (non *compares Presbyteros*) insignitum esse. * *Apol:* p. 22.

§. 9. Illud, præ aliis, tria *Antiquæ Ecclesiæ* illustria testimonia confirmatura sunt.

§. 10 1. *Dionysius Corinthiorum Episcopus, Justino* post XL. annos succedens, in *Epistola* ad *Athenienses* apud * *Eusebium*, qui Πυβλίου πρωτῶτος αὐτῶν mentione priùs factâ, statim Κοδράτου τὸν μαρτυρήσαντα Πόπλιον καλαξάντος ἐπισκόπου αὐτῶν μέμνηται, *post Martyrium Publii, Quadrati Episcopi eorum creati meminit.* Nec illud quidem ex eo, quòd priùs πρωτῶτες tantùm, postea, aucto fastu, & mutato nomine, ἐπίσκοποι constituerentur, nam in verbis immediatè sequentibus, *Dionysii Areopagitæ* meminit, ab ipso *Paulo* ad *fidem* converti, qui πρῶτος, inquit, τῆς Ἀθηναίων παροικίας τῆς ἐπισκοπῆς ἐγκεχείρισο, *primus Athenienſium Diœceseos Episcopatum susscepit.* * *Hist:* l. VI. c. xxv.

§. 11. 2do. *Marcellus Ancyranus Episcopus*, in * *Ep: ad Julium Romæ Episcopum*, ubi de seipso, aliisque *Ecclesiarum Episcopis* ab *Hæreticorum* audaciâ infestatis locutus, Δεινὰ, inquit, καὶ τὰ τῆς Θεοῦ ἐκκλησίας καὶ ἡμῶν τῶν πρωτώντων αὐτῶν πεπολμήκασι, *Pessima quæque contra Ecclesiam Dei, & nos earum Præfectos aut Antistites ausi sunt.* * *Epiph: Hær:* LXXII.

§. 12. 3tio. *Concilium Ephesinum Act:* 8. Ἔξουσι δὲ ἀβλαβῶς οἱ τῶν ἁγίων ἐκκλησιῶν καὶ τὴν Κύπρον πρωτεύοντες, *Ab omni violentiâ & injuriâ immunitatem habebunt Antistites Ecclesiarum quæ in Cypro sunt*, iidem sine dubio qui in priori *Canonis* parte ἐπίσκοποι τῶν Κυπρίων ἐπαρχίας appellantur.

§. 13. His singulis in locis, ut πρωτεύοντες & ἐπίσκοποι idem sunt, sic:

sic in *singularibus Ecclesiis singulares* προεστῶτας reponi palam est, nunquam *compares*, aut *Collegas*. Nec quicquam igitur *D. Blondellum* adjutura, quæ ex *Justino Antiquissimo Martyre* hausit testimonia. Quæ, *singularis* ubique προεστὼς, cui * plures διάκονοι ministrarent, factâ mentione, *singularem* nobis *Episcopum* in unaquâque *Ecclesiâ* nobis proponunt, de *Presbyteris comparibus* syllabam unam non adjiciunt.

* Ὁ προεστὼς εὐχὰς καὶ εὐχαριστίας ἀναπέμπῃ, καὶ ἡ διάδοσις καὶ μετάληψις ὑπὸ τῶν εὐχαριστηθέντων ἑκάστῳ γίνεται, καὶ τοῖς ἀπροῦσι διὰ τῶν Διακόνων πέμπεται. *Apol:* II. p. 77.

§. 14. Illud itidem à *Tertulliano* eodem ferè modo de *Præsidentibus* enuntiatur, de *Cor: mil:* Cui tamen *Episcopos singulares* incognitos fuisse, quis nobis persuasurus est?

Cap. XVIII.

Sacerdotes, Episcopi apud Tertullianum, Cyprianum, Pontium Diaconum, Ambrosium. Ἱερεῖς *apud Chrysostomum. Blondelli lapsus in Pontii loco, ut & in Hilarii.*

§. 1. His addi potest Ἀρχιερέων & Ἱερέων, at præcipuè apud *Latinos*, *Sacerdotum* appellatio, *Episcopis* non semel peculiaris. Sic *Tertull:* de *Baptism: Summus sacerdos qui est Episcopus, Dehinc Presbyteri & Diaconi, &c.* Sic *Cyprianus Rogatiano Episcopo, Ep: 65. Si ultrà Te—provocaverit Diaconus, eum vel deponas, vel abstineas, & siqui alii tales extiterint, & contra Sacerdotem Dei fecerint, vel coercere poteris, vel abstinere.* Idem planè *Episcopus*, & *Sacerdos dei*, cui *coercendi Diaconos* jus competebat.

§. 2. Sic cum *Ambrosius* de se, *Episcopo Mediolanensi*, & de aliis sui similibus pronuntiet, *Claves illas regni cœlorum in beato Petro Apostolo cuncti suscepimus sacerdotes*, cúmque de *Dignitate Sac.* c. II. ex scripturis ostendat, *Oves Sacerdotibus concreditas esse*, iísque ut *Gubernatoribus* suis subjiciendas esse, Patet utrinque *Sacerdotes Episcopos* esse.

§. 3. Sic & *Chrysostomo* περὶ ἱερωσ: Ποιμένες & ἱερεῖς idem sonant, & non semel *Episcopos* significant. Sic iterum cùm apud *Cyprianum Ep:* l. II. de *lapsis* sermo sit, quos, inquit, *absolvere Presbyteri præsumebant, eos Episcopo honorem sacerdotii sui & Cathedræ non reservare concludit.* Ubi *Potestas Clavium, Sacerdoti*, i. e. *Episcopo* propria, *Presbyteris* non competebat. Quod prius *Ep:* X. distinctiùs affirmaverat, *Eos* quippe *Presbyteros*, qui sic

sic *lapsos absolverent, præpositum sibi Episcopum non cogitasse, quod nunquam*, inquit, *omnino sub Antecessoribus factum est.*

§. 4. Sic I. I. *Ep: 3. De Episcopali authoritate Deo* immediatè imputandâ, *Sacerdotalis*, inquit, *Authoritas*, & *Potestas, Divinâ* dignatione firmatur, Quibus statim adjicit, *Omnium schismatum fontem esse, quòd Sacerdoti Dei non obtemperatur, nec unus in Ecclesiâ ad tempus Sacerdos & ad tempus Judex, vice Christi cogitatur.* Sic cùm illi *Sacerdotum collegium*, & *Coepiscoporum consensus* idem sonent, statímque addatur, *Quicunque se supra Sacerdotem unum efferat, se non Episcopi, sed Dei Judicem facere.*

§. 5. Sic cùm *Pontius Diaconus* de *Cypriano* affirmet, ad *officium Sacerdotii*, & *Episcopatus gradum, novellum electum esse*, ex antecedentibus patet, *Sacerdotem* æquè ac *Episcopum Presbytero* opponi. Sic enim ille in laudem tanti viri, *Multa sunt, quæ jam Presbyter fecit, Ad probationem bonorum operum* (eorum scilicet, quæ *Presbyter* fecit) *satis est, quod ad officium Sacerdotii, & Episcopatus gradum adhuc novellus electus sit.* Adeò sine omni ratione, ex his ipsis *Pontii* verbis, concludendum putavit *D. Blondellus, Episcopum scriptori illi, eundem qui Presbyter, fuisse, nihilque ex Hieronymi sententiâ* (in quâ sic ille triumphat) *dici magis potuisse.* * *Apol:* p. 45.

§. 6. At clarissimè *Pontius* contrarium dixit, *Presbyterium* quidem, & *Sacerdotium* accepisse, *nullâ morâ, nullâ dilatione*, statim quippe post acceptum *Presbyterii* gradum (ita tamen ut *multa* jam *Presbyter fecerit*) *Sacerdotali*, aut, quod idem est, *Episcopali* donatum esse, *Quis enim* (inquit ille stylo *panegyrico*) *non omnes honorum gradus crederet tali mente credenti? ubi Presbyteratus*, & sacerdotium, (*Diaconatui* superadditi) *omnes honorum gradus* sunt, non ideò ejusdem *honoris βαθμοὶ*, aut *gradus.*

§. 7. Fefellit sine dubio *D. Blondellum Sacerdotii* mentio, quòd ille de *Presbyteratu* dictum putavit, cùm clarissimè ad *Episcopatum* pertinuerit.

§. 8. Eundem planè errorem erravit, aut nos errare voluit *D. Blondellus*, cùm ex *Hilario Pictavienſi* verbis his prolatis [*In Aaron sacerdotes significari non dubium est, in Levi autem ministros ostendi absolutum est.*] Sic statim concludit, *Non ignorabat Pia anima, usu longo confirmatam Episcoporum super Presbyteros προχὼ, sed* (intento in Primitivam sacri Regiminis *sub Apostolis, Apostolicisque viris formam, oculo*) *consuetum Ecclesiarum*

siarum morem prætervectus, duo tantum in Clero capitum genera recensuit, sacerdotum nimirum, seu Præpositorum, ac seniorum quorumcunque in Aarone præfiguratorum, & ministrorum in Leviticâ tribu.

§. 9. Verùm sciat *D. Blondellus* per *sacerdotem* hîc *Hilario*, ut modò *Cypriano*, & *Pontio*, & *Ambrosio*, &c. *Episcopum* significari, non *Presbyterum*: Ideóque hanc ab *Hilario* dicti sui rationem reddi, *Sacerdos enim in lege primus fuit Aaron, & exinde in successione ejus Sacerdotum honor mansit.* Piget istis immorari, ad quæ tamen ubique aut festinatio, aut *partium studium* doctissimum virum prodidit.

§. 10. De voce [*Sacerdos*] pro *Episcopo* usurpatâ, unicum addo ex *Concilio Taurino de Palladio*, *A Triferio Sacerdote fuerat multatus.* Ubi *Triferium Episcopum* fuisse, si cui dubium subesse posset, monstrabit *Canon* IV. qui ab eo *Exuperantium Presbyterum* excommunicatum affirmat. Et de Ἐπισκόπῳ nomine, aliisque ejusdem monetæ, vel apud *sacros*, vel *Ecclesiasticos Scriptores*, hactenus dictum esto.

Cap. XIX.

Πρεσβύτεροι *apud Græcos, & Hebræos, & alias Gentes,* ἀξίωμα *æquè ac ætatem denotant. Heb.* XI. 2. זקנים *accommodè Gen.* XXIV. 2. XV. 2. L. 7. *Num.* XXII. 7, 8. *Gen.* IV. 7. *Patriarchæ, Seniores Israëlis Ex.* III. *Civilias pro Civitate Jud.* VI. ἡγεμών, *Mat.* II. Πρεσβύτεροι *dicti prinsquam in Synedrium admitterentur.* Ἀρχιερεῖς & γραμματεῖς *in Synedrio. Epiphanius de primâ Episcoporum constitutione sine Secundariis presbyteris. Comparatio inter Mosaicam, & Apostolicam historiam. Quæstio de presbyterorum Secundariorum mentione in N: T:* I. *Tim.* V. 1. & 19. & 17. *Sententia Epiphanii & Chrysostomi. Timothei, ut & Titi primatus super Episcopos. Duplex portio. Primogenitorum dominium Act.* XIII. 2. ἀφορίσατε. *Duplex alimoniæ portio. Episcopi* πρεσβῶτες, Κοσμοῦντες ἐν λόγῳ καὶ διδασκαλίᾳ, *Laici presbyteri.*

§. 1. Ad Πρεσβυτέρους jam accedamus. De quibus illud præmitti oportet, quid *Græcis*, quidve *Hebræis* voce illâ potissimum denotetur. Apud *Græcos*, notissimum illud *Dionysii Halicarnassensis*, l. II. Πρεσβυτέρους καὶ τοὺς ἀείους, καὶ τοὺς γεροντας ἐώθασιν οἱ παλαιοὶ λέγειν, *Seniores & pro Optimatibus & pro Grandevis dicere solebant Antiqui*, quod & hodie apud plurimas gentes, *Italos*, *Gallos*, *Hispanos*, *Anglos*, solenniter invaluit, ut non ἡλικία tantùm, sed præcipuè ἀξίωμα, *dignitas, authoritas, præfectura*, eâ voce *Ilias* significetur.

§. 2.

§. 2. Apud *Hebræos* idem planè constat, apud quos זקנים *Senes*, aut, quod idem est, *Seniores*, (*Hebræis* enim comparationum gradus deesse omnes nôrunt) Πρεσβύτερους diserte respondent, quibus *dignitatem*, & *præfecturam* ubique in *veteri Testamento* notari omnes agnoscunt. Omissâ igitur latiori istâ *ætatis* notatione, (quâ vel *antiquos*, seu *majores*, quos dicimus, *Abelem* nempe & reliquos πρεσβυτέρους *Heb.* XI. 2. vel *grandævos*, seu γεραιτέρους κοινῶς significat) illud utique affirmandum est Πρεσβυτέρων appellationem apud *Hebræos* ad ἡγουμένους, & ἄρχοντας, & ὑπομένας, qui aliis quoviſmodo *præficiebantur*, κυρίους & ἰδίους pertinere. Sic *œconomus Abrahami Eleaſer*, *qui præerat omnibus* & servis & facultatibus ejus, *Gen.* XXIV. 2. זקן ביתו, *Senior domus ejus*, & simpliciter πρεσβύτερος ὁ οἰκίας αὐτοῦ, ἄρχων πάντων τῶν αὐτοῦ nuncupatur. Nec enim זקן cum עבדו conjungendus est, sic ut *Senior servus* dicatur, sed cum diastole, *servus* ille, qui *domus* ipsius *Senior*, שלישא, inquit *Targum Hieroſolymitanum*, *præpositus*, *rector*, *administrator*, vel *œconomus* fuit, & ita diſertis verbis appellatur, *Gen.* XV. 2. Sic sine dubio, *domus Pharaonis*, *totiúſque Ægypti* זקני aut *Seniores*, *Gen.* L. 7. sunt regiæ domus, totiúsque *Ægypti præfecti* & *administratores*. Sic Πρεσβύτεροι *Moabitarum Num.* XXII. 7. sunt שרי *Principes Moab* v. 8. Sic cum in filiorum *Primogenitorum privilegiis dominium* omne fundaretur, *Gen.* IV. 7. *Familiarum* aut cognationum, aut πατριῶν *principes Patriarchæ* pariter, & * Πρεσβύτεροι dicebantur. Tales sine dubio *Seniores Iſraëlis*, *Ex.* III. 16. 18. & IV. 29. primariarum familiarum, aut *Gentium Præfecti*, aut *capita* c. VI. 14. *congregationis præpoſiti*, aut *rectores* c. XVI. 22. qui denuò *Seniores Iſraëlis* vocantur, c. XVII. 5, 6. & XVIII. 12. (& *Seniores tribuum Deut.* XXXI. 28.) Tandémque, cùm à *Socero* admonitus *Moſes*, *Iudices* ubiq; constitueret *Ex.* XVIII. 22. qui in *levioribus* causis populo jus redderent, *& ſuper mille*, *ſuper centum*, *ſuper quinquaginta*, *& decem familias poteſtatem haberent* (quibus majorum, & minorum civitatum, & oppidorum *præfecti*, & *conſiſtoriorum*, seu synagogarum *principes* succedebant, *Chiliade* civitatem notante *Jud.* VI. 15. *Mic.* V. 2. cujus præfectus ἡγεμὼν dicitur *Mat.* II. 6. (quo nomine *Epiſcopos Chriſtianorum* insigniri à *Judæis* * vidimus) hos itidem πρεσβυτέρους & ἄρχοντας, & *Judices*, & ἀρχοντας συναγωγῶν, & ἀρχισυναγώγους vocabant, ideóque quos *Lex ſecunda Cod: Theod: de Judæis Proſbyteros* vertit, *Altera lex Synagogarum Patres* rectè nuncupat. Denique cum *Septuaginta*

* τῶν συγγενῶν κύριος ὁ πρεσβύτατος, *cognatorum Dominus est Senior, ait de Arabibus Strabo, Geog.* l. XVI

* c. XIII. §. 20.

Seniores Mosi sufficerentur *Num.* XI. 16. (quibus itidem *Magnum Hierosolymitanum Synedrium* successisse constat) palam est, hos ideò *Seniores* dictos esse, quòd *populi*, aut *Israëlis præfecti*, aut ἄρχοντες fuerint, priusquàm à *Mose* in *Synedrium* admitterentur. Illud ex contextu patet. *Convoca*, inquit *Dominus*, *Septuaginta viros, Seniores Israelis, quos nosti Seniores populi esse, & illorum præfectos, & ad tabernaculum congregationis adducito, ut illic tibi adstent, & veniam ego, & accipiam de spiritu, qui est super te* &c. Palam est πρεσβύτερους [aut *Seniores Israëlis*] *dignitatis* et *Principatus* nomen esse, nec eo quidem *collegas*, aut *Compares*, aut ζωσπόλιτας, quâ tales, notari (imò nec omnes πρεσβυτέρους nuncupatos esse, qui in *Synedrio Hierosolymitano* consistebant, sed ἀρχιερεῖς etiam, & γραμματεῖς simul cum πρεσβυτέροις sedisse, *Novi Testam: Scriptores* * ubique testantur) sed ἄρχοντας primariò & ἡγουμένους, *populi Judaici rectores*, aut *præpositos*, & dein secundariò ζωσπόλιτας, quòd qui *Principes populi* fuerunt, etiam in *Synedrium* admitterentur.

* Vid: *Mat.* XVI. 20.

† πρεσβύτερος ἀεὶ τῆς ἡγεμονίας ἔχει, καὶ τούτῳ πάντες πείθονται, *Diodor: Sicul:* l. 2.

§. 3. Hinc statim constat, quid de vocabulo isto [πρεσβυτέρων] *Christianâ* jam civitate apud *Novi Instrumenti* scriptores donato, pronuntiandum sit. Eo quidem non incommodè *Christianæ Ecclesiæ* præfectos, aut *Pastores*, *singulares*, ut diximus, שרי אלפים, χιλιάρχων, i.e. *civitatum* ἡγεμόνας, seu *Patriarchas*, seu *Episcopos* significari posse, quod & singulis hujus *Codicis* locis factum esse statim patebit.

§. 4. Illud interim * *Epiphanii* † dernò præmittendum est *ex historiis*, quas ille βαθυλάτας, *profundissimas*, & *antiquissimas* vocat, petitum. *Initio prædicatæ per orbem fidei, cùm multitudo fidelium nondum esset, nec digni presbyteratu* (secundariò) *reperirentur, Ecclesias quasque, & civitates, Episcopis singulis, iisque adjunctis Diaconis contentas fuisse.* Nam, inquit ille, ἴσχυον πρᾶγμα ἐν ἀπαρχῇς τὰ πάντα ἔχειν, ἀλλὰ προβαίνοντος τοῦ χρόνου, τὰ μὲν τελείσειν τῇ χειρὶ καλαμίζετο — Nihil ab initio completum, sed procedente tempore omnia ad perfectionem necessaria subministrata sunt. *Sic*, inquit, *Moses ad Ægyptum mittitur* βάβδῳ μόνῃ *solâ virgâ* munitus, tandem ei *Aaron* sufficitur, dein *Principes populi*, tandémque *Septuaginta Seniorum Synedrium.*

* l. III. t. I. † vid. c. X. §. 18.

§. 5. Pulcherrima certè totius rei παιγραφία. Primò *Mosem* (ut *duodecim Phylarchas* taceam, quibus totidem *Christi Apostoli* ἐν Ἀγγελίαις respondent) *singulares* tantùm *Rectores*, aut *Principes* (additis tantùm, ut fas erat, ὑπηρέταις, *lictoribus*, aut *ministris*)

ministris) populo per *familias*, aut πατριὰς *gentésque* diviso, ubique præfeciſſe, & ita per *ſingulares* præfectos omnia aliquandiu adminiſtrata eſſe. Sic & *Apoſtolos*, ſeu *Commiſſarios Chriſti*, huic *Dei* populo, *Moſis* inſtar, (quem à *Domino miſſum* ſcimus *Ex.* III. 10) *præfectos*, *primitias* prædicationis ſuæ, tanquam primogenitos populi *vere Iſraëlitici* in πρεσβυτέρους, i.e. *Præfectos*, vel *Epiſcopos* conſtituiſſe, iiſque *Diaconos* tantùm adjunxiſſe. Tandem verò, creſcente, & fœliciter aucto populi numero, ipſi *Moſi Septuaginta collegarum Synedrium*, ut & *Principibus* ſingulis *viginti trium conventum*, aut *Conſiſtorium* ſuffectum eſſe, ne ſoli tanto oneri, aut invidiæ non ſufficerent; Et eodem planè modo *Epiſcopis* ſingulis plures tandem, quos hodie *Presbyteros* dicimus, in *partem* officii oneriſque aſſumptos, & ſuffectos eſſe. Illos quidem *Synedrii*, & *Conſiſtorii Collegas*, & *Compares*, ſub *Capite*, aut *Principe* ſuo congregatos (qui ipſis *manus imponebat*, & cui ipſi nullatenus exæquabantur) eandem tamen ἀρχόντων *Mat.* IX. 18. 23. *Lu.* XVIII. 18. & ἀρχισυναγώγων *Act.* XIII. 15. *Mar.* V. 22. appellationem nactos eſſe. Sic & hos *Eccleſiæ* συνεδρίας ad opem *Epiſcopo* ferendam allectos, πρεσβυτέρους etiam dictos eſſe, quamprimùm tales in *Eccleſiâ* conſtituerentur; Id verò *Apoſtolorum* tempore (ſi unicus excipiatur *Johannes*, qui ad *Trajani* imperium vixit, & ὅλας ἁρμόσαι ἐκκλησίας fertur) factum eſſe, nullis quidem indiciis, aut veſtigiis nobis comparuit.

§. 6. Nec igitur mirandum erit, ſi ſcribentibus *Apoſtolis* rara, aut potiùs nulla *Presbyterorum*, quatenus ii *Epiſcopo* in ſecundis erant, mentio occurrat.

§. 7. In re quidem non adeò magnâ, & in quâ fortunæ noſtræ neutiquam poſitæ ſunt, non ingratum, uti ſpero, facturus ſum, ſi quid hic aliis viſum ſit, pauculis perſtringam.

§. 8. Geminam certè *Presbyterorum ſecundariorum* mentionem ab *Apoſtolo* factam eſſe, *Epiphanius*, ni fallor, pronunciavit, & ex eâ *Aërianam* ἀπολιμίαν oppugnandam eſſe contendit. Primam I. *Tim.* V. I. 1. cum *Timotheo* ἐπιτίμησον ὅτι edixerit, πρεσβυτέρου μὴ ἐπιτιμήσῃς] *Quid verò*, inquit ille, *hoc ſit, ſi non Epiſcopus ὑπὲρ τὸ πρεσβύτερον ἐξουσίαν ἔχῃ, ſuper Presbyterum poteſtatem habeat*; Secundam v. 19. κατὰ πρεσβυτέρου μὴ παραδέχου κατηγορίαν δέχου] *contra Presbyterum accuſationem non admittas. Non*, inquit, *cuivis Presbyterorum præcepit, ne contra Epiſcopum accuſationem admitteret, non cuivis*, μὴ ἐπιτιμήσῃν ἐπισκόπῳ, *ſed Epiſcopo Timotheo, ne Presbyterum*, &c.

* *Cont: Hær:* I. III. t. I.

§. 9. His certè in locis poteſtatem *Timotheo* in πρεσβυλίους competere, at nullatenus πρεσβυλίους in *Timotheum*, ex ipſis *Apoſtoli*, & *Epiphanii* verbis ſatis conſtat. Cùm verò ad *Timotheum*, non *Epiſcopum* tantùm, ſed & *Aſiæ* totius *Metropolitanum* ſermo fiat, non ſatis convenit inter *Doctos*, an ad unius tantùm civitatis, vel *Eccleſiæ* ſecundarios *Presbyteros*, *Apoſtoli* primùm, dein *Epiphanii* verba limitanda ſint, an ad omnes *Aſiæ Epiſcopos* latiùs extendenda. Ego certè, quicquid de *Epiphanio* dicendum ſit, *Apoſtolum* non ambigo de *Epiſcopis* planè locutum eſſe, quos *Diaconis* ſolis accinctos (nullâ intermedii *Presbyterorum Ordinis* factâ mentione) per omnem ubique *Aſiam* ordinandos præceperat c. III. (quos & ad *Titum* c. I. 6, 7. tam ſub πρεσβυλίων, quàm ἡλικίων nomine indigitaverat) eoſdémque jam ſine dubio *Timotheo*, *Epheſino Primati* ſubjiciendos, & ab eo, ſi neceſſitas poſtulet, in judicium vocandos pronuntiat, Eodem planè modo, quo *Tito* tot *Epiſcoporum* non χειροτονίαν tantummodo, ſed & κρίσιν commiſſam eſſe, poſt alios * *Theophylactus* affirmat.

* *Tit.* c. I.

§. 10. *Chryſoſtomus* certè, aliíque (ad caput V.) utrumque locum περὶ τῦ γηγενότος, *de ſene* (περὶ παντὸς γηγενότος, *de omni ſene*) intelligendum affirmant, nec ad ἀξίωμα, ſed ἡλικίαν referendum.

§. 11. Ubi tamen illud notari poterit, hos ipſos, qui περὶ παντὸς γηγενότος, *de omni ſene*, *Apoſtolum* hîc explicandum cenſuerant, nullatenus tamen *ſeniores Eccleſiæ* excluſiſſe (cùm ratio dicti *Apoſtolici* ab illis reddita [*quia nimirum propter ætatem ſenes juvenibus minus peccant*] ad omnes *ſenes*, at præcipuè ad *Eccleſiaſticos* pertinere putanda ſit) ſtatim enim, Quæſtione propoſita [Τί ἐν ἀν ὁμολογημένα μὴ ᾖ τὰ ἁμαρτήματα, μάρτυρας δὲ μὴ ἔχῃ, ἀλλὰ πονηρὰν ὑπόνοιαν; *Quid ſi peccata in confeſſo ſint, teſtes verò non habeant, ſed pravam ſuſpicionem?*] Reſpondent omnes, iiſdem verbis, Εἶπον ἄνω, φησὶ, Δεῖ δὲ δύλον τὸν μαρτυρίαν καλὸν ἔχειν ἀπὸ τῶν ἔξωθεν, *Suprà*, inquit, *dixi*, *Oportet verò eum ab iis qui extrà ſunt, bonum teſtimonium habere*, ubi ad *Apoſtoli* de *Epiſcoporum* qualificationibus dictum, I. *Tim.* III. 7. Lectorem rejici clarum eſt, adeóque verſum iſtum de *Eccleſiæ* item πρεσβυλίους, ipſis planè, ſi *Chryſoſtomo* credendum, *Epiſcopis* intelligendum eſſe.

§. 12. Quò & illud clariùs ſpectat, quod poſt pauca adjiciendum curavit * *Chryſoſtomus*, δῆλον, inquit, ὅτι ἀκμαιότερα λοιπὸν ὧν ἐμπαθεστέρα Τιμόθεος, ἢ ὡς ἔδει ὁ λόγος ἐκέλευεν τὸν τῆς Ἀσίας, διὸ καὶ περὶ πρεσβυλίων αὐτῷ διαλέγεται, *Manifeſtum eſt Eccleſiam ei con-*

* *Hom.* XV. *in* I. *Tim.* V. 19.

concreditam esse, imò integram Nationem Asiæ (istius *Proconsularis*) *ideóque ad eum de Senioribus*, i.e. *Episcopis* planè *Asiaticis verba fieri*, cùm ὁλοκλήρου ἔθνους, *integræ Timotheo Metropolitano* concreditæ *Gentis*, mentio facta sit.

§. 13. Huic geminæ πρεσβυτέρων acceptioni, tertiam ejusdem vocis, quæ in hoc capite reperitur, mentionem accommodandam esse non dubito, I. *Tim.* V. 17. οἱ καλῶς προεστῶτες πρεσβύτεροι διπλῆς τιμῆς ἀξιούσθωσαν, *Seniores qui bene præsederint*, vel præclarè officio suo defuncti fuerint, *duplici honore digni existimentur*.

§. 14. Ubi illud primò definiendum est, quid per διπλῆν τιμὴν significari voluerit *Apostolus*. Potest ἐσμὸς ista ad *Hebræorum* שְׁנַיִם פִּי, aut duplicem portionem illic respicere, eâ enim πρωτοτόκια notabantur, i. e. *Primogenitorum portio*, & *privilegia* (sic appellata *Deut.* XXI. v. 17.) inter quæ *Præfectura* super totâ familiâ, & tam in *fratres* minores, quàm in servos *dominium* numeratur, *Gen.* IV. 17. Sic cùm *Paulus* & *Barnabas* ad *Apostolatum*, aut *regimen* in *Ecclesiâ* designarentur, *Act.* XIII. 2. eâdem dictione usus est *Spiritus sanctus*, quæ *Ex.* XIII. 2. in *primogenitis Deo consecrandis* usurpatur, ἀφορίσατέ μοι, inquit *Lucas*, *Separate mihi Paulum & Barnabam*; Ut & in *Clementis*, quæ dicuntur, *constitutionibus*, l. XI. c. 28. διπλῆ, inquit, ἀυτοῖς ἀφορίζεσθω μοῖρα, *duplex illis portio separetur*.

§. 15. Potest itidem ἰδίως ad uberiorem in distribuendâ hæreditate μερίδα, ad *duplicem alimoniæ portionem*, in distribuendâ collectâ, κατωρία, offertorio fidelium, pertinere. Et sic certè restringendam hîc esse, persuasissimum mihi fecit adductum in proximis v. 18. *Scriptura* testimonium, *dicit enim scriptura*, *Bovi triturranti os non alligabis*; &, *Dignus est operarius mercede suâ*.

§. 16. Quidni igitur de *Episcopis Ecclesiarum* προεστῶσι (ea ipsâ voce, quâ *Justinus*, ut prædiximus, aliíque antiquæ *Ecclesiæ* antistites de *Episcopis* usi sunt) munúsque suum *probè obeuntibus*, & non solùm annuntiando, ubi nondum innotuerat, *Evangelio* (illud per λόγον intelligendum * monstravimus) sed & populo fidelium in fide *confirmando* operam non mediocrem locantibus (id est κοπιῶν ἐν διδασκαλίᾳ) locus integer intelligendus sit?

* *Diss.* III. c. VI. §. 7.

§. 17. Quod autem, ad adstruendos *temporales*, quos *Laicos* dicunt, *Presbyteros*, ex eo concludi quidam voluerunt, illud futilius est, quàm ut quovis responso dignum cordato cuivis videatur.

CAP.

Cap. XX.

Act. XI. 30. Πρεσβύτεροι, *Judææ Episcopi. Collecta Episcopis concredita est. Phil.* II. 25. & IV. 18. *Act.* XIV. 23. & XV. 2. 4. 6. 22. 23. & XVI. 4. *Differentia inter* Πρεσβυτέρους τῆς Ἱερουσαλὴμ, & ἐν Ἱερουσαλὴμ. *Apostolorum ἀξία super Episcopos.* Πρεσβύτεροι XXIV. *Apoc.* IV. *Concilii Hierosolymitani Imago. Episcopi Judææ, Jacobum cingentes* κυκλόθεν, *Apostoli & Diaconi. Act.* XX. 17. Πρεσβυτέριον, 1. *Tim.* IV. 14. *Suspic.* v. 50. *Chrysostomi testimonium.* Πρεσβύτεροι *Tit.* I. 5. *Episcopi.* I. *Pet.* V. 1. 5. II. *Jo.* 1. III. *Jo.* 1. Καλαχωρεύοντες τὴν κλῆρον.

§. 1. HIs tribus locis sic expositis, Ad reliquos jam ordine procedamus, statim experturi, quid de singulis sentiendum sit.

§. 2. *Act.* XI. 30. de *fidelibus Antiochiæ* dicitur, statuisse ipsos διακονίαν *collectam mittere* τοῖς κατοικοῦσιν ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ ἀδελφοῖς, Quod & fecerunt ἀποστείλαντες πρὸς τοὺς πρεσβυτέρους. Hic cùm πρεσβύτεροι ii fuerint, ad quos non unius *Hierosolimitanæ Ecclesiæ*, aut alterius cujusvis *civitatis*, sed totius *Judææ* cura pertinebat, ideóq; *collecta* ad omnes *universa Gentis Christianos* v. 29. missa, eorum manibus concrederetur, voce hâc (jam primùm, quod sciamus) *civitate Christianâ* donatâ, totius planè *Judææ Episcopos* intelligi statuendum est.

§. 3. Illud enim inter *Primitiva Ecclesiæ scriptores* satis ubique pro concesso ponitur, * *Eleemosynas* & *collectas*, χάριτας & λογίαν, sive ab ejusdem *Ecclesiæ* fidelibus ad *mensam Domini* oblatas, seu demum ab aliis *Ecclesiis* per *nuntios* suos missas, & ad *indigentium necessitates* liberaliter administratas, *Episcopo*, ut *Domus Dei* OEconomo, & *dispensatori* in tertis *supremo*, concreditas solenniter fuisse, & exinde *Episcopum* * πᾶσιν ἐν χρείᾳ ὄντων κηδεμόνα (*curatorem*) fuisse. Nec mirum igitur esse, si *Epaphrodito*, *Episcopo Philippensium*, hæc ipsa *cura* incumberet, ut *liberalitatem Ecclesiæ* ad *Paulum* deferret, *Phil.* II. 25. & IV. 18.

* *Vide* cap. XXVII. §. 10.

* *Justin: Mart: Apol:* 1.

§. 4 Proximum est, quòd cùm *Act.* XIV. 23. *Paulus* & *Barnabas*, *Lystram*, *Iconium*, & *Antiochiam* peragrantes, *discipulorum animas confirmassent*, παρακαλοῦντες ἐμμένειν τῇ πίστει &c. tandem longum iis vale dicturi, χειροτονήσαντες αὐτοῖς πρεσβυτέρους κατ' ἐκκλησίαν, eos *Domino commiserunt*, ubi nulla dubitandi ratio subest quin πρεσβύτεροι κατ' ἐκκλησίαν *singulares* per *singulas urbes*, *Lystram*, *Iconium*, & *Antiochiam* constituti *Episcopi* existimandi sint.

§. 5. Sic *Act.* XV. 2. Cùm στάσις, & συζήτησις ista de *fidelibus Gentium*

Gentium circumcidendis oriretur, lite quidem inter eos, qui à *Judeâ* venerant, & *Paulum* & *Barnabam* satis acriter disceptatâ, *placuit mitti Paulum* &c. [περὶ τοῦ Ἀποστόλους καὶ πρεσβυτέρους εἰς Ἱερουσαλήμ.] Illi autem proficiscentes ὑπεμέχθησαν ὑπὸ τῆς ἐκκλησίας, καὶ τῶν Ἀποστόλων, καὶ πρεσβυτέρων, v. 4. dein συνήχθησαν, in *Concilium coacti sunt* Ἀπόστολοι, καὶ πρεσβύτεροι, v. 6. & post *quæstionem* ex omni parte disceptatam in *concilio*, concluditur, πὰν ἔδοξε τοῖς Ἀποστόλοις, καὶ πρεσβυτέροις, v. 22. & in *Epistolæ à Concilio* and *Antiochenos* missæ fronte, ponitur, [οἱ Ἀπόστολοι καὶ πρεσβύτεροι] v. 23. Hæc dein *dogmata* c. XVI. τὰ κεκριμένα ὑπὸ τῶν Ἀποστόλων καὶ πρεσβυτέρων ἐν Ἱερουσαλήμ dicuntur, v. 4.

§. 6. Sic & c. XXI. cùm denuò *Paulus Hierosolymas* ascenderet, & *Jacobum Episcopum Hierosolymitanum* adiret, additur, tanquam in *Concilio*, [πάντες τε παρεγένοντο οἱ Πρεσβύτεροι.]

§. 7. His singulis locis siquis voce [πρεσβυτέρους] *secundarios Ecclesiæ Hierosolymitanæ*, sub *Jacobo Episcopo*, *Presbyteros* intelligendos esse contenderit, non est quòd nos inde causæ nostræ metuamus, aut cur, si modò tales *Hierosolymis Presbyteros* tunc fuisse quovis argumento nobis persuasurus sit, ulteriorem ei litem indicamus. Ut tamen, quod res est, liberè pronuntiemus, nihil nobis rationi magis consonum, singulisque contextus circumstantiis accommodatum visum est, quàm ut affirmetur, totius *Judææ Episcopos singulares*, singulis *civitatibus* præpositos, *Hierosolymas*, ut ad μητρόπολιν, aggregatos, *Petróque Apostolo*, & *Jacobo Episcopo Hierosolymitano* & *Metropolitano*, (eidémque *Secundario Apostolo*) adjunctos, *Concilium* hoc, cujus disceptationes, & *decreta* breviter hîc à *Lucâ* describuntur, constituisse.

§. 8. Illud enim hîc notandum est, in his omnibus locis, eos nunquam πρεσβυτέρους τῆς ἐκκλησίας Ἱερουσαλήμ appellari, sed aut πρεσβυτέρους *simpliciter*, aut cum additione [εἰς, aut ἐν Ἱερουσαλήμ] quâ locus tantummodo, in quo *Concilium* hoc eo tempore cogebatur, definiretur. Nec igitur multum dubitandum esse, quin iidem hîc describantur πρεσβύτεροι, qui πρεσβύτεροι τῆς Ἰουδαίας, *totius Judææ Seniores*, (aut in singulis *urbibus constituti Episcopi*) c. XI. 30. dicebantur, de quibus verè etiam dici posset, quod *Walo ex Græcis* interpretibus notandum censuit, ex his conjiciendum esse, ὅτι ἄλλην τινὰ ἀξίαν τοῦ πρεσβυτέρους ὑπεραβαίνῃς ἔχον οἱ Ἀπόστολοι, *Apostolos dignitatem Presbyteris* præeminentem habuisse, ideóque eos *Lucam Presbyterorum* nomine complexum non esse.

§.9. Talem enim ἀξίαν, seu *Petro*, ut primario *Apostolo*, ut & cæteris *collegis* ejus, in quantum *Apostoli* erant, seu ipsi *Jacobo*, ut *secundario Apostolo*, totiúsque *Judææ Metropolitano* super ipsos *Episcopos* competiisse non est dubitandum.

§.10. Nec inidoneum erit, si huc advocandos putemus Πρεσβυτέρους XXIV. totidem *thronis* seu *Cathedris* insidentes, *Apoc.* IV.4. & c.XI.16. *Deum* quippe (sententiam excisionis, aut ferale *anathema* in *Judæos* parricidas statim pronunciaturum, adeóque super *scilio*, aut *throno* suo magnificè locatum) sub specie *Jacobi Episcopi Hierosolymitani*, in *Synodo*, aut *Concilio* sedentis, *Johanni*, ἐν πνεύματι, v.2. propositum esse, Eum verò XXIV *Episcopis Universæ Judææ* κυκλόθεν (seu in formam *Coronæ*, aut *semicirculi*) stipatum, quibus singulis ἱμάτια λευκὰ, *alba*, vel splendescentia *vestimenta*, & *coronæ aureæ*, *Dignitatis* quidem *Episcopalis* characteres & indicia imponebantur, v 4. Iisdem *Septem Ignis Lampadas*, septem *Diaconorum* emblemata, addi videas v.5. Et, ne quicquam *Hierosolymitano Episcoporum* Concilio (*Act.*XV. proposito) adesset, quod non hîc ad amussim describeretur, sunt & *quatuor Animalia oculorum* undiquaque *plena*, quibus *Apostolos Hierosolymis* degentes, & cum *Jacobo Concilio* præsidentes, significari pronum est. Sed de his alibi opportuniùs, adeóque fusiùs dictum est.

§.11. Sic *Act.*XX.17. πρεσβυτέρους ἐκκλησίας, iidem, qui statim ὅλου τοῦ ἔθνους, *totius* nempe *Asiæ Episcopi*; Ad quem, ut & alios *Actorum* locos pertinet illud * Οἰκουμενίου, Πρεσβυτέρους τὸ παλαιὸν ἐπισκόπους ἢ οὕτω Πεφήνεσθαι βούλεται λέγομένους, *Episcopos in Actorum libro Presbyterorum titulo nosci.*

* *in* I. *Pet.*V.

§.12. Nec jam novum, aut nimium putabitur, si τὸ πρεσβυτέριον I.*Tim.* IV.14. (cùm, τῶν ἐπιθέσεων τῶν χειρῶν πρεσβυτερίου *Timotheus* ad officium suum evectus, & *charismate* donatus dicitur) ex prædictis etiam explicandum existimemus (satis interim gnari ab aliis illud ad ipsum *officium*, aut χάρισμα accommodari, & ita vocabulum illud in historiâ *Susannæ* usurpari v. 50. νῦν Δανιὴλ ὁ θεὸς τὸ πρεσβυτέριον, *Deus tibi Senioris officium dedit*) sic ut ad *Apostolorum collegium*, quod *Ignatius* πρεσβυτέριον ἐκκλησίας nuncupat, *Ep. ad Philadelph.* aut *Apostolicorum virorum*, seu demum *Episcoporum* (τῶν δὲ Ἀποστολικῶς χάρακτῆρα ἐξωμένων, inquit *Theodoretus*) cœtum aliquem referatur, qui simul cum *Paulo*, II.*Tim.*I.6. *Timotheum* ad *Episcopale* munus consecrarunt.

§.13. Certè, cùm *Apostoli* indubitati, *Petrus*, & *Johannes*

[πρεσ-

[πρεσβύτερος Πέτρος, πρεσβύτερος Ἰωάννης,] se arbitris & æstimatoribus, non inidoneè appellentur, cùm (ut *Chrysostomus* notavit) ἀξίωμα quandoque significet vox ista, cùm de *Paulo* & *Barnabâ* dicatur *Act.* XIV. 23. eos (in plurali χειροτονήσαντες) *Presbyteros urbatim ordinasse*, cùm denique de *Ignatio* affirmet *Chrysostomus*, μακαρίων Ἀποστόλων χεῖρες, *beatorum* (in plurali) *Apostolorum manus ei impositas esse*, Nihil obstat, quo minus quod *Pauli*, & *Barnabæ*, aut aliorum quorumlibet *Apostolorum*, manibus factum fuit, ὑπ' ἐπισκόπων χειρῶν πρεσβύτερον fieri rectè dicatur, cùm tamen II. *Tim.* I. 6. disertè affirmet *Paulus* διὰ χειρῶν ἀυτοῦ, *per manus ejus* χάρισμα illi datum esse.

§. 14. Fidenter *Chrysostomus*, οὐ περὶ πρεσβυτέρων φησὶ ἐνταῦθα, ἀλλὰ περὶ ἐπισκόπων, οὐ γὰρ δὴ πρεσβύτεροι γε ἐπισκόπους ἐχειροτόνουν, *Non de Presbyteris istic loquitur, sed de Episcopis, neque enim Presbyteri Episcopum* (qualis *Timotheus* præfumitur) *ordinabant*, Et iisdem planè verbis *Theophylactus*, & *OEcumenius*, Πρεσβυτέρους, τουτέστιν ἐπισκόπους. * *in* I. *Tim.* IV. *Hom.* XIII.

§. 15. De unicâ in *Ep:* ad *Tit.* I. 5. πρεσβυτέρων mentione, non est, quòd multa dicamus, cùm in *centum Cretæ civitatibus* totidem *singulares Episcopi* ab eo jam totius *Insulæ*, seu *Episcopo*, seu *secundario Apostolo*, certè *Archiepiscopo*, & *Metropolitâ*, ex mandato *Pauli*, constituendi fuerint, quos *Episcopos* distinctè nuncupatos videmus, v. 7. cúmque, quæ hîc de πρεσβυτέροις (iis denique ἐπισκόποις) & πρεσβύταις dicuntur, eadem disertè de ἐπισκόποις & διακόνοις dicta reperiantur I. *Tim.* III.

§. 16. Hunc ad locum, *Græci Interpretes*, Πρεσβυτέρους δὲ τοὺς Ἐπισκόπους καλεῖ, *Episcopi qui erant, Presbyteros appellat*, &, Ἀπόστολος Τίτον ἐπὶ τὸ κατασῆσαι ἐπισκόπους χειροτονῆσαι, ἐπίσκοπον ἀφῆκεν ποιήσας, *Apostolus Titum ad constituendos Episcopos reliquit, eum priùs Episcopum faciens*, & in *Theodoreti Arg: Ep: ad Titum*, ἐπιτέτραπτο τοῦτον τὰ κατὰ τόπον ἐπισκόπους χειροτονῆσαι, *Ei commissum est, ut Episcopos sub se ordinaret*; & apud *Theophylactum*, τοσούτων ἐπισκόπων κρίσιν καὶ χειροτονίαν ἐπράττε, *Tot Episcoporum jurisdictio, & ordinatio ei concredebatur.*

§. 17. Istis accensendi πρεσβύτεροι οἱ ἐν ὑμῖν, I. *Pet.* V. 1. & 5. *Episcopi* scilicet quotquot in omnibus illis conversorum *Judæorum* διασπορᾶς, fidelibus cujusque *civitatis præficiebantur*, quibus se *Petrus* ipse, ut συμπρεσβύτερον adjungit, Eâdem planè ratione, quâ se *Johannes*, (seu sit ille *Apostolus Christi* dilectus, seu demum *Ephesina Ecclesiæ Episcopus* ab *Apostolo Johanne*

constitutus, videatur *Author Constit:* l. VII. 45.) II. *Jo.* I. & III. *Jo.* 1. πρεσβύτερον appellat, ὁ ἐπίσκοπον ἑαυτὸν καλῶν διὰ τὸ πρεσβυτέρῳ, inquiunt *Interpretes:* Cùm enim, voce eâ, inter *Judæos* primò, dein in *Ecclesiâ Hierosolymitanâ*, non tam ἡλικίαν, quàm ἀξίωμα, *dignitatem* aut authoritatem notari constet, simúlque, qui officio aliis præponebantur, *ætate* ut plurimùm præviisse, Nihil obstat, quin hac duplici ratione, *Episcopi*, aut *singulares Ecclesiarum Præfecti*, πρεσβύτεροι nuncupentur (& cum illis comparati alii omnes, νεώτεροι *juniores*, 1. *Pet.* V. 5.)

§. 18. Illud certè ex textu ipso comparet, in quo duæ illæ *Ecclesiasticæ* λέξεις [ἐπίσκοποι, & ποιμένες] quibus *singulares Præpositi* noscuntur apud antiquos, cum levi aliquâ flexione [ἐπισκοπῦντες, & ποιμαίνοντες] hîc statim adjiciuntur.

§. 19. Quod verò hîc additur, μηδ' ὡς κατακυριεύοντες τῶν κλήρων, ἀλλὰ τύποι γινόμενοι τῷ ποιμνίῳ] illud ad *Dominii* hujus exercendi modum, seu *temperamentum* tantummodo pertinet, ut qui hominum *animas* sibi procurandas suscipiunt, eas *suaviter*, & *diligenter* administrent, non ut *Proconsules*, *Provinciis* sibi assignatis (ex sunt κλῆροι, & inde κληρυχία à *Phavorino* δεσποτεία redditur,) vi & rapinâ, ad lubidinem & lucrum suum dominaturi (illud est ἀναγκαστῶς, & ἀισχροκερδῶς) sed ut gregibus *Pastores*, voce & exemplo suo præeuntes, ita ut illi ἑκουσίως καὶ προθύμως, *libenter*, & *alacriter*, tanquam ad *pascua* ipsos sequuturi, obtemperent.

Cap. XXI.

Ja: V. 14. πρεσβύτερους ἐκκλησίας. *Epistolæ istius Author, & tempus scriptionis, Ecclesiæ ad quas scribebatur. Infirmorum visitatio, & pauperum cura ad Episcopum pertinet.*

§. 1. Restat unus locus, *Ja.* V. 14. ubi in ἀσθενείᾳ (seu *morbi*, seu minùs prosperæ cujusvis *Christiani* valetudinis tempore) πρεσβύτεροι Ἐκκλησίας advocari jubentur, ut *preces* super ægro fundant, *ungentes eum oleo in nomine Domini*, καὶ ἀλείψαντες αὐτὸν ἐλαίῳ, *eum absolventes*, &c.

§. 2. Hîc cùm 1. à *Jacobo Hierosolymorum Episcopo* scripta sit *Epistola*, & 2do, numerus credentium auctior jam factus videri possit, quàm ut ab *Episcopis* & *Diaconis*, sine medii gradus *Presbyteris Ecclesiæ* regerentur, & 3^tio^, cùm *de infirmorum visitatione* hîc tantùm agatur, non improbabile forsan videbitur, si ad eos, quos

quos hodiè dicimus, *Presbyteros* hæc saltem πρεσβυτέρων mentio pertinere censeatur.

§. 3. Nec certè quiquam nobis obsuturum est si pertineat, illud lubentissimè cuivis argumento vel testimonio largituris, ut sic quidem (quod *Epiphanius* ex locis I. *Tim.* V. 1. & 19. concludendum putavit) nobis hoc uno saltem διαπάσῃ teste firmatum redderetur, sub his ipsis primis temporibus, inferiores *Episcopis*, & *Diaconis* superiores, medioxumos in quibusdam *Ecclesiis Presbyteros* constitutos esse. Quod si, neque ex hoc, neque ex illis ad *Timotheum* locis, *Presbyteri* evicturi sunt, necessum erit, ut *Ignatio Martyri*, cui ante omnes mortales minimum imputant, imò pessimè velle se monstrant, ipsi etiam plurimum debeant, & ab eo primario defensore, officii sui dignitatem (licèt non ὄχλῳ, aut cum *Episcopis* ἰσοτιμίαν) astrui, & propugnari dignoscant; Optandum certè esset, ut beneficiis victi tandem mansuescerent, nec, quod ille optimè advertit, [παροξυσμὸς ἐμβροχαῖς παύεσθαι] sic ipsi improsperè succederet.

§. 4. Sed, ut verum fatear, illud mihi nondum persuasum est, *Presbyteros secundarios* hic à *Jacobo* designari. Primò enim, quod ad *scriptorem* hujus *Epistolæ* attinet, quem *Iacobum fratrem Domini*, & *Hierosolymorum Episcopum* fuisse jampridem agnovimus, Illum satis notum est nec *Sancto Paulo*, nec *Petro*, multòminus *Iohanni* supervixisse, sed *Neronis* 7mo τελώσει suâ donatum esse, nec igitur vocis hujus pro *Secundario Presbytero* acceptionem ad sæculum, aut *Epistolam Iacobi* potius, quàm aut ad *Pauli*, aut *Petri* accommodandam esse, præsertim cùm à *Iohanne*, cujus vita post alios omnes prorogata est, & qui, siquis *Apostolorum*, *Presbyteros secundarios* in *Asiâ*, *Provinciâ* suâ, constituit, non de alio, quàm seipso, *Apostolo*, & totius *Asiæ Primate*, (si saltem ab *Apostolo Iohanne Epistolæ* secunda & tertia scriptæ fuerint) eam usurpatam repertamus.

§. 5. Hinc etiam secundò ab *aucto fidelium numero* nihil concludi posse satis patet; Imò, cùm ad *duodecim tribus* τὰς ἐν τῇ διασπορᾷ, i.e. ad *Iudæos* in variis civitatibus *Ecclesias* singulas (sed non adeò frequentes, aut numerosas, ut aut *Presbyteris secundariis* indigerent, aut δοκίμων, quos ad illud officium assumerent, copiam *Apostolis* suppeditarent) constituentes, hæc scripserit *Iacobus*, restat, ut jam tum eos *Episcopis* (sine *Presbyteris secundariis* à *Diaconis* distinctis) contentos fuisse censeamus, eósque per πρεσβυτέρους τῆς ἐκκλησίας non *unius civitatis* plures (nec enim

plures ab eodem ægro convocari necessum fuerat) sed in universâ *Ecclesiâ* innumeros, hîc significari dicamus.

§.6. Quod denique ad hoc ipsum *infirmos visitandi*, super eos *orandi*, *ungendi*, *absolvendi*, simûlque *sanitatem* illis reddendi v. 15. munus spectat, statuendum est, neutiquam illud inter infima *Ecclesiæ* ministeria numerandum esse, sed, ut *medendi dona*, & *virtutes*, *Apostolis* ipsis (quos πρεσβυτέριον ἐκκλησίας ab *Ignatio* nuncupatos vidimus, *Ep: ad Philadc.*) *Viríque Apostolicis*, dein *Episcopis* in unaquâque *Ecclesiâ* imprimis competiisse.

Cap. XXII.

Polycarpi cum Jacobi dicto comparatio, Πρεσβύτεροι σὺν αὐτῷ *in Polycarpo*. Νεώτεροι, πρεσβύτεροι. *Episcoporum officia*. Πρεσβύτεροι, *primo sæculo vox* πολύσημος. *Alia ejus apud Ignatium, alia apud Polycarpum significatio, ut & Papiam, & Irenæum, Clementem Alexandrinum, Tertullianum.*

§.1. UT hujus loci interpretationi lux aliqua accedat, non abs re erit, si *Polycarpi Antiquissimi* * *Episcopi*, & *Martyris* (statim post *Ignatii* τελείωσιν conscripta) *Epistola*, huc, licèt loco non suo, advocetur, & cum hoc *Jacobi* commate comparetur.

* Πολύκαρπος ὁ ἐν Σμύρνῃ καὶ ἐπίσκοπος καὶ μάρτυς. *Polycrates in Ep: ad Victt: ap: Euseb:* l. V. c. κδ'. Οὗτος μέγιστον ὁ θαυμασιώτατος ἐν τοῖς καθ' ἡμᾶς χρόνοις, διδάσκαλος Ἀποστολικὸς, καὶ προφητικὸς, μαρτυρικός, ἐπίσκοπός τε τῆς ἐν Σμύρνῃ καθολικῆς ἐκκλησίας. *Smyrn: Eccl: de Martyr: Polyc:*

§.2. Ille vir planè *Apostolicus*, καὶ ὑπὸ Ἀποστόλων καθαδεὶς εἰς τὸν Ἀσίας ἐν τῇ ἐν Σμύρνῃ ἐκκλησίᾳ ἐπίσκοπος (inquit ex * *Irenæo Eusebius*) ad *Philippenses*, *Ecclesiam*, ut diximus, *omnis Macedoniæ μελὸς primariam*, & *Metropoliticam*, sub quâ igitur plures *civitates* & *Episcopi* comprehendebantur, *Epistolam* scripsit, suo & τῶν σὺν αὐτῷ πρεσβυτέρων nomine συγγραφεῖς.

* l. III. c. 3.

§.3. Qui sunt hi in συγγραφῇ [πρεσβύτεροι σὺν αὐτῷ] seu *Ecclesiæ* istius *Smyrnensis*, quos hodiè dicimus, *Presbyteri*, seu aliarum *civitatum*, quæ itidem ad *Smyrnam*, ut ad μητρόπολιν pertinebant, *singulares Episcopi*, cum *Polycarpo Metropolitano*, (totius *Asiæ Principe*, * ait *D. Blondellus*) tanquam in *Synodo*, congregati, non est quòd hîc sollicitiùs disquiramus.

* *Apol:* p. 14.

§.4. Utut illud sit, *Divinus Præsul*, cùm in *Epistolâ* istâ ad pietatis, & disciplinæ regulas omnibus proponendas se accingat, primóque *fideles ἀδελφοὺς* promiscuè omnes; secundò, *viduas*; tertiò, *Diaconos*; quartò, τοὺς λοιπούς (ii sunt omnes *discipuli*, aut inferiores,

inferiores, à *Christo* communiter sic dicti, *Luc.* XXII. 26.) quintò, πρεσβυτέρους aggrediatur, Ναυτέρους jubet τοῖς πρεσβυτέροις, ἤγουν νεωτέροις, ὡς θεῷ, καὶ Χριστῷ ὑποτασσέσθω, ubi, ut per νεωτέρους, *fideles* omnes nullum in *Ecclesiâ* gradum sortiti intelligendi sunt, sic per πρεσβυτέρους, supremum in *Ecclesiâ* (*Episcoporum* scilicet) *ordinem*, *Patres* quippe, *Deo Patri* quodammodo comparatos, & per *Diaconos* inferiorem illum *Episcopis* adjunctorum, &, ut *Christus Patri*, inservientium βαθμὸν intelligendum esse, sequentia concludere videntur.

§. 5. De his enim πρεσβυτέρους sic statim orditur, Καὶ οἱ πρεσβύτεροι ἤτω ἐυσπλαγχνοι εἰς πάντας, ἀλεήμονες, ἐπιστρέφοντες τὰ ἀποπλανημένα, ἐπισκεπτόμενοι πάντας ἀσθενεῖς, μὴ ἀμελοῦντες χήρας, ἢ ὀρφανοῦ, ἢ πένητος, ἀλλὰ προνοοῦντες ἀεὶ τὸ καλὸν ἐνώπιον Θεοῦ, καὶ ἀνθρώπων, ἀπεχόμενοι πάσης ὀργῆς, προσωποληψίας, κρίσεως ἀδίκου, μακρὰν ἄντες πάσης φιλαργυρίας, μὴ ταχέως ἐπιδιδόντες χεῖρας ἐπὶ πνὶ, μὴ ἀποτόμοι ἐν κρίσει, &c. *Et Presbyteri sint misericordes ergà omnes, convertentes eos qui erraverint, visitantes omnes infirmos, viduam, orphanum, pauperem ne negligant, sed honestum semper procurent coram Deo & hominibus, abstineant ab irâ, personarum acceptatione, judicio injusto, ab omni avaritiâ procul absint, nec citò contra quempiam credant, ne sint severi, aut asperi in judicio, &c.*

§. 6. Ubi, ut multa sunt, quæ hunc *Episcopi*, seu *Præfecti*, ad quem *judicia* in *Ecclesiâ* pertingant, *characterem* fuisse arguunt, (κρίσεως scilicet, & ἀπολογίας ἐν κρίσει, προσωποληψίας, & ὀργῆς, & τῆς ταχέως ἐπιθέσεως χειρὸς, ut & *hæreticos* redarcendi, mentiones) sic &, quæ de *infirmorum visitatione*, curâque *viduæ*, *orphani*, & *egeni* (quorum omnium, ut ex *Justino* prædiximus, *Episcopus* καθ' ἡμᾶς *curator* dicitur) præmittuntur, singula itidem ad *Episcopi* munus referri videntur. Quâ in re si rectè calculos posuerimus, nulla ambigendi ratio superetit, quin etiam *Jacobo* per [πρεσβυτέρους ἐκκλησίας] in qualibet διασπορᾷ μείδι constituti *Episcopi* intelligantur.

§. 7. Unicum est, quod contra istam *Polycarpiani Commatis* interpretationem militare video; *Epistolam* nempe hanc post *Ignatianas* omnes scriptam esse, (earúmque distinctè meminisse) in istis verò vocem πρεσβυτέρων, ad *secundum* in *Ecclesiâ* gradum, eósque (quos hodiè dicimus) *Presbyteros* designandos, *Patres* usurpari, quidni igitur & apud *Polycarpum*?

§. 8. At facilis defensio, Hoc scilicet toto *secundo* vocem [πρεσβυτέρους] πολύσημον fuisse, aliquando ad *Episcopos*, aliquando ad

inferioris

inferioris gradus *Presbyteros* ubicunque tales essent, accommodatam, nec aliter, quàm ex locorum circumstantiis, distinguendam. Nec enim dubitandi causam subesse, quin ante hoc tempus, quo & *Polycarpus* & *Ignatius Epistolas* scripserunt, præter *Episcopos Presbyteri* in quibusdam civitatibus instituti fuerint, (Illud enim est ὅλας ἐκκλησίας ἁρμόζειν, quod de *Iohanne* ex * *Clemente Alexandrino* prædiximus) adeóque tres in *Ecclesiâ gradus*, his tribus Ἐπισκόπων, πρεσβυτέρων, διακόνων notissimis nominibus, dignoscendi, ideóque vocem hanc, cùm per se usurparetur, ambiguam, seu potiùs de *Episcopis* solis dictam, de *Presbyteris* tamen *secundariis* satis commodè usurpari, quotiescunque distincta singulorum enumeratio facienda erat.

* *Vide Euseb:* l. II. c. xγ'.

§. 9. Illud apud *Ignatium* ubiq; factum videmus, *Episcopis* πρεσβυτέριον, aut πρεσβυτέρες, πρεσβυτέροις διακόνους adjungentem, At secus apud *Polycarpum* in hâc *Epistolâ*, πρεσβυτέρων solummodo, aut πρεσβυτέρων, & διακόνων mentionem facientem.

§. 10. Sic & à *Papiâ* Ἰωάννης ἀκουστὴς, & Πολυκάρπου ἑταῖρος, *Hierapolitano* etiam in *Asiâ Episcopo*, vocem πρεσβυτέρους ita usurpari videas, ut aliquando *Apostolos* ipsos, & ab iis *constitutos Episcopos*, aliquando eorum γνωρίμους quoslibet significet; Videantur *fragmenta* ejus ab *Irenæo*, dein ab * *Eusebio* recitata; Εἰ δέ που, inquit, παρηκολουθηκώς τις τοῖς πρεσβυτέροις ἔλθοι, τοὺ τῶν πρεσβυτέρων ἀνέκρινον λόγους, τί Ἀνδρέας, ἢ τί Πέτρος εἶπε, ἢ τίς ἕτερος τῶν τοῦ Κυρίου μαθητῶν, ἅττε Ἀριστίων, καὶ ὁ Πρεσβύτερος Ἰωάννης, οἱ τοῦ Κυρίου μαθηταὶ λέγουσιν, *Si quando quis quam venisset qui seniores secutus esset, Seniorum sermones scisitabar, quid Andreas, vel quid Petrus dixit, vel quid quispiam alius discipulorum Domini, Aristion scilicet, & Senior Iohannes Domini discipuli dicunt.* Ubi πρεσβύτερος adeò clarè de *Apostolis* à *Papiâ* enuntiantur, ut [Ἀποστόλοις] & [Ἀποστόλων] legendum suspicati sint.

* *Hist:* l. III. c. λθ'.

§. 11. Sic postea de *Marco Evangelii* scriptore, Τοῦτ' ὁ πρεσβύτερος ἔλεγε Μαρκὸς, ἑρμηνευτὴς Πέτρου γενόμενος, *hoc Senior Marcus dixit Petri interpres.*

§. 12. Apud *Irenæum* verò p. 497. *Presbyteri, qui Iohannem viderant*, & l. II. c. 39. *Omnes seniores qui in Asiâ apud Iohannem Discipulum Domini convenerunt*, quod *Eusebius* ex *Græco* exemplari exscripsit, πάντες οἱ πρεσβύτεροι οἱ κατ' Ἀσίαν Ἰωάννῃ τῷ τοῦ Κυρίου μαθητῇ συμβεβληκότες, *omnes Seniores qui per Asiam cum Iohanne Domini discipulo versabantur*, quos quidem ipsos à *Clemente Alexandrino* indifferenter πρεσβυτέρους, & ὁμωνύμους dici statim monstrabimus.

§. 12.

§. 12. Imò, post *Papiam Irenæus* ipse, vir *Magnus*, idémque *Lugdunensis Episcopus*, quique ab *Apostolis* in *Ecclesiis* constitutos *Episcopos*, eorúmque *successores*, adnumerat, l. III. c. 3. hâc etiam πρεσβυτέρων voce ad *Episcopos* designandos utitur. *Traditio ab Apostolis per successionem Presbyterorum in Ecclesiis custoditur*, l. III. c. 2. Iis, qui in *Ecclesiâ* sunt, *Presbyteris* obedire oportet, statim enim sequitur, *His, qui successionem habent ab Apostolis, qui cum Episcopatus successione charisma veritatis — acceperunt*, l. IV. c. 43. *Qui crediti sunt à multis esse Presbyteri, serviunt autem suis voluptatibus*; sequitur iterum, *Et principalis consessionis* (πρωτοκαθεδρίας, sine dubio, *Episcopalis*) *tumore elati sunt*, l. IV. c. 44. & eodem capite, *Tales Presbyteros nutrit Ecclesia, de quibus propheta ait, Dabo Principes tuos in pace, & Episcopos in justitia*, pro quibus *Isaiæ* verbis, ἐπισκόπους καὶ διακόνους apud *Clementem Romanum* reponi videmus.

§. 13. Sic & de *Polycarpo ipso* (quem *Episcopum* fuisse satis clarâ voce * pronuntiat) in *Epistolâ* ad *Florinum*. Ἐκεῖνος ὁ μακάριος καὶ Ἀποστολικὸς πρεσβύτερος. Sic & in *Ep. ad Victorem*, οἱ πρεσβύτεροι οἱ πρὸ σοῦ τῆς ἐκκλησίας, ἧς νῦν ἀφηγῇ, Ἀνίκητος, Πίος, Ὑγῖνός τε, καὶ Τελέσφορος, &c. de *Romanis Episcopis singularibus* dictum. * *vid: Euseb:* l. IV. c. 15.

§. 14. Ubique patet vocem πρεσβύτερος de *Episcopis*, aut *singularibus Ecclesiarum Præpositis* usurpatam esse.

§. 15. Huic etiam *Clementem Alexandrinum* addamus, Qui, cùm tres istos in *Ecclesiâ* gradus distinctè agnoscat, * τὰς κατὰ τὸν ἐκκλησίαν τρεῖς πάς, ἐπισκόπων, πρεσβυτέρων, διακόνων, eósque tot ἀγγελικῆς δόξης μιμήματα, *Angelici honoris*, aut hierarchiæ *imitationes* pronuntiet, † alibi tamen, πρεσβύτερον appellat, ad quem πρωτοκαθεδρία pertineat. Videatur etiam ejusdem insignis apud * *Eusebium* locus, de *Juvene* à *Johanne*, τῷ ἐπισκόπῳ, *Episcopo* tradito; ἐλθὼν ἔν τινι τῶν πλησιοχώρων πόλεων, καὶ τινὰ μὲν καὶ ἀδελφοὺς, ὃν δὴ πάσι τῷ καθεστῶτι προβάλλεται ἐπισκόπῳ, νεανίσκον ἰδὼν, Τοῦτον, ἔφη, σοὶ παρατίθεμαι — ὁδὲ πρεσβύτερος ἀναλαβὼν οἶκαδε, καὶ παραδοθὲν νεανίσκον ἔθρεψε, — ἐφώτισε, καὶ μετὰ τοῦτο ὑφῆκε τῆς πλείονος ἐπιμελείας, καὶ ἀσφαλακῆς, ὡς τὸ τέλειον αὐτῷ φυλακήσειον ἐπιθεῖναι τὴν σφραγῖδα τῷ Κυρίῳ, *Veniens igitur ad civitatem quandam — Episcopum super omnibus fratribus constitutum conspiciens, Hunc, inquit, Juvenem fidei & curæ tuæ committo, Ille verò Senior juvenem sibi commissum accipiens* &c. Hîc idem planè *Senior*, seu πρεσβύτερος, & ἐπίσκοπος, ὁ ὅπη πάσι καθεστὼς. Posteà, ὦ ὅπη σοι τινὶ τῶν * *Strom: VI.* † *Ibid:* * l. III. c. 23.

παραδεδωκαμεν ὑμιν, inquit *Johannes*, ὡ ἐπίτροπε, ἡ ὁ Κυριος ἡμων παρεκελευσατο, δη ἡ ἐκκλησια, ἡς προεστηκας, μιμνησθω, *O Episcope, reddè nobis depositum, quod ego & Christus tibi tradidimus, Ecclesiâ, cui præsides, teste.* Palam est ἐπίτροπον (eum quidem propriè dictum *Episcopum*, adeóque omnibus in civitate *fratribus præpositum*, ad quem ἡ ἐπισκοπικη ἀρχη pertinebat, δη ἡ ἐκκλησιας προεστηκοτα, quique post *baptismum*, τελειον insuper φυλακτηριον, ἡ Χειροθεσια τε Κυριε ἐπηνωται, *sacramentum confirmationis*, soli *Episcopo* proprium, administrasse dicebatur) statim etiam τον πρεσβυτερον nuncupari.

§. 16. Idem etiam de *Tertulliano* dicendum est, quem *communi usu receptam ordinis in Episcopos, Presbyteros, & Diaconos distinctionem* apertè tueri * *D. Blondellus* agnoscit. Illi enim vox [*Seniores*] de *Episcopis* seu *Præsidentibus* quandoque usurpatur, *Præsident probati quique Seniores, Apol:* c. XXXIX. Sic & *majores natu*] (quod idem est, & *Græco* πρεσβυτεροις directè respondet) de *Romanorum Episcoporum* serie dicitur, l. V. *contra Marc:*

* *Apol:* p. 38.

§. 17. In istis diutiùs morati sumus, ut exinde appareat, quàm sine omni rationis prætextu, ex his, & talibus πρεσβυτερων, aut in *scripturis*, aut apud *Antiquos*, mentionibus, *D. Blondellus* causæ suæ patrocinium quæsiverit, cùm aliud nihil ex istis concludi palam sit, præter *promiscuam* voculæ unius usum, quam sanè πολυσημον esse, quandoque de *primo*, quandoque de *secundo Ecclesiæ* gradu antiquitùs (at nunquam, quod scimus, in scripturis) usurpatam, nos illi, sine omni probatione, lubentissimè largiemur, neque enim, cùm ipsæ *Christianæ Religionis* ἀκροπολεις latis acriter impetantur, nobis aut λογομαχειν, aut ἀερα δαιρειν, *umbratilem*, aut, quod idem est, *verbalem pugnam* cum quovis mortalium instituere vacabit.

§. 18. Et de vocis πρεσβυτερων in *novo Codice*, simúlque (ἐν παροδῳ) apud *Polycarpum*, & *Papiam*, *Irenæum* item, & *Clementem Alexandrinum*, & *Tertullianum*, usu, hæc dixisse sufficiat.

CAP.

CAP. XXIII.

Διακονεῖν, κονεῖν. Διάκονος *in Vet: Testam: & in Novo. Ro:* XIII. 4. II. *Cor:* VI. 4. *Apud profanos scriptores* διακονεῖν *vox convivalis.* διακονήματα. Ἐγκύκλια διακονήματα, (μαθήματα.) *Διάκονος qui mensis dispensant, Lu:* XII. 17. Ἀρχιδίκλινος, Οἰκονόμος *frangit,* διάκονος *distribuit, Mat.* XX. 28. διακονεῖσθαι, καλαχευθῆναι, καλεξυσθῆναι.

§. 1. DEnique ad *Diaconorum* appellationem progrediamur, Quid per διακονία primariò notetur, ex *Grammaticis* petendum est, Apud quos, κονεῖν] ut Ἀπὸ δίνης, πτέσσειν, sic & ἐκκονᾶν significat, (unde κονηΘ', διεκόνησε, & διάκονος, δοῦλος — *Hesychio*) à κονεῖν, inquit *Eustathius*, *Ionico* more deflexum, putarim potiùs à κόνις deductam, quòd *pedites*, & *in pulvere* versantes famulentur, Eâdem analogiâ, quâ in *Foro* nostro, to powder, i. e. *Pedem pulverizatum*, usurpatum dignoscimus. Unde [διακονεῖν] cuiquam *operam locare, ministrare, famulari.*

§. 2. Sic *Veteris Testam: Interpreti* διάκονοι, & διακόνησες, & λειτουργοὶ, pro iisdem sumuntur, & *Hebr.* מְשָׁרֵת respondent.

§. 3. Sic & in *Novo*, cùm Θεοῦ διάκονος *Rex* dicatur, *Ro:* XIII. 4. *Dei* hîc in terris *minister*, ut & (ad *Ecclesiastica* ministeria quod attinet) cùm Θεοῦ διακόνους *Apostoli* se nuncupent, II. *Cor:* VI. 4. I. *Thess:* III. 2. διάκονος Χριστοῦ, II. *Cor:* XI. 22. *Col:* I. 7. διάκονος ἐν Κυρίῳ, *Eph:* VI. 21. & ἀληθὴς διάκονος, *Col.* IV. 7. eodem planè modo usurpatos, ac cum δοῦλος, & Χριστοῦδοῦλος, vel simpliciter, *Col:* I. 7. vel adjectis Θεοῦ, Χριστοῦ, ἐν Κυρίῳ, repositos videmus.

§. 4. Ab hâc vulgari, & primariâ significatione ad alias duas deflecti vocem eam satis omnibus notum est, primam *scriptoribus* profanis æquè ac *sacris* familiarem, secundam *Ecclesiasticis scriptoribus* planè peculiarem.

§. 5. Apud *profanos scriptores* διακονεῖν, & διάκονοι inter *convivales* ritus usurpantur (quomodo διακονία apud *Athenæ*: l. V. (& I. *Mac:* XI. 58.) & διακονήματα, l. VI. *mensalem supellectilem* significant) sic ut ad munera *servorum* eorum qui *mensis ministrant* ἐδίως referantur, Ea *Aristoteli* ἐγκύκλια διακονήματα dicta sunt, *Pol:* l. I. c. 4. sic ut ἐγκύκλια μαθήματα *litteræ humaniores*, significant, *Grammaticam, Gymnasticam, Musicam*, (περὶ ἀναπαιδευσίαν καὶ φιλοσοφίαν, καὶ μαθημάτων) quas omnes liberaliter instituti tenebant) quod universis κοινῶς *famulis* competerent.

§. 6. Sic, cùm apud *Lucian:* in *Cronosol:* inter *leges Convivales* memorentur, [Οἱ διάκονοι περὶς χέρνιβα μυδέρι μὴ ἐν] palam est, διάκονος

κόνις eos esse, qui in *conviviis*, μοίρας, & μερίδας, aut τομὰς, *dimensum* convivæ cuilibet suum dispensant, sic enim apud *Luci:* sequitur μηδὲ τῷ μὲ ὁ μηρὸς, τῷ δ' ἡ γαστὴρ συὸς, ἀλλ' ἴσοτις ὅλη πᾶσιν.

§.7. Illud inter *ritus convivales* observatum videmus, ut διάκονοι μοίρας primò δεσπότῃ *convivatori*, dein *convivis* singulis singulas, vel ex præcepto ἀρχιβιάλινι, *principalis Festi dispensatoris*, vel ex lege ἰσότητος (μὴ τῷ μὲ μεγάλα, τῷ δ' κομιδῇ μικρὰ διανέμοντες) *distribuerent*. Videatur ubique *Lucianus* in *Cronosol:* Et *Ep: Saturn:* ubi de iniquis *ministris* verba faciens, Ἐσκομμάτου, inquit, συὸς, οἰκέτης διανέμων τῷ μὲ δεσπότῃ ἐμπίπτει τὸ ἥμισυ τομὸν ὅλον σὺν τῇ κεφαλῇ, τοῖς δ' ἄλλοις ὀστᾶ φέρει ἐγκαλυμμένα.

§.8. Juxta hunc διακόνων ritum, intelligendum est illud *Christi Lu:* XII. 17. de *Domino* famulos suos *convivio* excipiente, περιζώσει), καὶ ἀνακλινεῖ αὐτὲς, καὶ παρελθὼν διακονήσει, eodem planè modo, quo apud *Lucianum* τὲς οἰκέτας ὁ πλούσιος ἐυωχεῖ διακονᾶν, καὶ οἱ φίλοι σὺν αὐτῷ. Hoc, ut diximus, ἀρχιβιάλινι imprimis, aut οἰκονόμοις ζώων munus erat, cujus igitur speciem præ se ferens *Dominus* noster, cùm multitudinem exciperet, εὐχαριςήσας (ἔκλασε, inquit *Matthæus* XV. 36.) δέδωκε τοῖς μαθηταῖς αὐτῦ (ut ἀρχιβιάλινος, vel οἰκονόμος διακόνοις) οἱ δὲ μαθηταὶ τοῖς ἀνακειμένοις, *Io:* VI. 11. Sic ut ad διακόνους *distribuere* μερίδας, licèt ad οἰκονόμων *frangere*, aut *dividere* pertineat. Ex hoc ritu illud *Christi*, *Mat.* XX. 28. *Mar.* X. 45. rectè intelligi poterit, cùm de seipso pronuntiet, Ὁ υἱὸς τ ἀνθρώπυ ὐκ ἦλθε διακονηθῆναι, ἀλλὰ διακονῆσαι, *Venit filius hominis, non ut alii illi, sed ille* aliis omnibus *subministret*, liberales gratiæ suæ, & benignitatis μερίδας *distribuens*, &, ut sequitur [δῦναι τ ψυχὼ λύτρον ἀντὶ πολλῶν] *animam ipsius*, ut λύτρον, *multis*, imò *omnibus*, secundum leges *convivales*, ἐξ ἴσυ (ait *S.** *Maximus*) inter se dispertiendam, traditurus.

* χαρ: περὶ Ἀγάπ:

§.9. Neque enim huic loci istius interpretationi obsistit, quod immediatè præcesserat [καὶ ὃς ἂν θέλῃ ὑμῶν γενέσθαι πρῶτος, ἔσται πάντων δοῦλος] quasi ad *Præfectorum Ecclesiæ* pertineret hæc tota pertineret oratio. Duo enim sunt, quæ de *Gentilium principibus*, quatenus illis *Christiani Episcopi* contradistinguuntur, enuntiantur, *Primum*, eos καταξιοῦν *subjectis suis*, ut πλημμέλειαν δεσπότας, & ad *lucrum*, & *commodum* suum liberè abuti; (illud *Christo* est διακονῆσαι, * *Xenophonti* ὠφελεῖσθαι ὑπ' αὐτῶν) *Secundum*, κατεξουσιάζειν, *herilem* potestatem, aut authoritatem, i.e. ait *S. Petrus*, ἀναγκάζειν exercere.

* Præf: Κύριεύειν:

§.10. Horum utrique, futurorum in *Ecclesiâ Præfecturum*, officium

officium opponi *Christus* voluit, ita ut 1. illis *benefacere* & *prodesse*, 2. omnem erga illos *mansuetudinem*, & humilitatem exercere satagant, Quorum *primum* est διακονεῖν, *secundum* πᾶλιν γενέσθ.

Cap. XXIV.

*Jo:*II.9. *Septem Diaconi, Est:*I.10. *Diaconorum officium.* διακονία τραπέζων (& λόγε) *apud Julianum.* Ἐπιχορηγία. *Eph:*IV.11. Διακονία *ex alienis & ex suis.* Φοίβη γυνὴ ἀδελφὴ, I.*Cor.* IX. 9. κοινωνία διακονίας. *Procopii interpres notatus.*

§.1. AB hoc in conviviis διακόνων munere, ritúque, quem ex omni parte accuratum habemus *Jo:*II.9. (Ibi enim primò νύμφιος occurrit, γάμε i.e. *convivii nuptialis* ἀρχιτρίκλινος, *cibi vinique* primarius *dispensator*, dein διάκονοι, v. 5. vinum ἀντλοῦντες, & φέροντες ἀρχιτρικλίνῳ, v. 7.) septem primorum sub *Apostolis* in *Ecclesiâ Hierosolymitanâ* τῆς τραπέζης διακονούντων *officium*, leviter immutatum videmus (numero ipso ad ἑπτὰ ἐννύχους τὰς διακόνους *Est:* I. 10. fortean respiciente) qui toti quasi *familiæ Christi*, omnibúsque ad *mensam* ejus vocatis, μοίρας suas *distribuebant*, pauperibus primò omnibus in hoc *Cœnobio* victitantibus, prout unicuique opus esset, ex facultatibus *Ecclesiæ* (sub *Apostolis* OEconomis, aut primariis dispensatoribus) χορηγοῦντες, dein in *celebratione Eucharistiæ*, aut cœnæ *Dominicæ*, operas suas locantes, *panémque* quem illi εὐχαριστήσαντες ἔκλασαν, *vinúmque* itidem cum εὐλογίᾳ effusum *fratribus omnibus dispertientes.*

§.2. Ita ritum hunc *Apostolicum* à *Justino Martyre Apol:*II. delineatum cernimus, ubi *Episcopus* ut οἰκονόμος εὐχαριστεῖ, &c. p. 97. & καλύμβοι διάκονοι φιδόασιν ἑκάστῳ τῶν παρόντων μεταλαβεῖν, &c.

§.3. At ad *Pauperum* præcipuè *curam* hanc eorum operam destinatam esse *Lucas* monstrat, Ἐγένετο, inquit, γογγυσμὸς τῶν Ἑλλωιστῶν, ὅτι παρεθεωρεῖτο ἐν τῇ διακονίᾳ τῇ καθημερινῇ (in *quo idiauâ facultatum Ecclesiæ* distributione) αἱ χῆραι αὐτῶν. Hæc erat διακονία τραπέζων, v.2. (vel, ut * *Concilii* in *Trullo verbis* utar, ἡ ἐν τῇ χρείας τραπέζων ἐπιμέλεια) quatenus διακονία τε λόγε opponebatur, v.4. & ὅθεν χρείας ταύτης *instituti* διάκονοι, v. 3. * *Can:* XVI.

§.4. Sic de *Galilæis*, quos nuncupat, i. e. *Christianis*, ὁ φιλοσοφάτης *Julianus*, Apud eos, inquit, ἃ λεγομένω παῤ αὐτοῖς ἀγάπαις, *Fragm:* p. 558.

χὴ ξενοδοχῶν, χὴ διακονίαν, πραπίζων reperietis, *quibus*, inquit, *munus* ad *cultum suum* pelliciebant.

§. 5. Imò notissima est, & frequentissima διακονία, & ἡ διακονεῖν significatio pro χορηγία, (& χορηγεῖν) necessariorum quorumcunque *suppeditatione* quovismodo factâ, quam pari modo *Latinè administrationem*, vel *submini*ſ*trationem* dicimus. Sic διακονεῖν *Mat.* XXV. 44. & XXVII. 55. *Mar.* I. 13. II. *Tim.* I. 18. *Heb.* VI. 10. I. *Pet.* IV. 10. διακονία *Act.* XI. 49. I. *Cor.* XVI. 15. II *Cor.* VIII. 4. & IX. 1. & quidni *Eph.* IV. 11. ubi inter *cœtum Eccle*ſ*iasticorum* (καταρτισμὸν τῶν ἁγίων) *beneficia*, ἔργον διακονίας (ista omnium *Chri*ſ*tianorum*, *liberalitas*, κοινωνία, ϖεϱισϕοϱαὶ, χάϱεις, λογίαι, promiſcuè dicta, & v. 16. ἐπιχορηγία ἐκ πάσης ἁϕῆς, eáque in *ſacrario*, aut *gazophylacio*, aut, ut dicebatur, *diaconio*, primò ad *ſacrorum*, dein ad *indigentium* omnium *uſum* repoſita) numeratur.

§. 6. Illud tantummodo hîc addendum est, quoſdam quidem, ut alienæ ἐυϱγεσίας *miniſtros*, & ϖαϱϵπίτας, hoc feciſſe, ex facultatibus *Eccleſiæ*, neceſſitatibus pauperum *submini*ſ*traſſe*, verùm & alios *ex ſuis*, ἐκ τῶν ὑπαϱχόντων αὐτοῖς διακονῆσαι, *Lu.* VIII. Sic *Oneſiphorus* II. *Tim.* I. 18. qui *Paulum* ſæpiùs ἀνέψυξε, v. 16. πολλὰ διηκόνησε, v. 18. Sic *Phœbe* ἀδελφὴ ἡμῶν, inquit *Paulus*, *Ro.* XVI. 1. (alibi, ni fallor, γνωὴ ἀδελφὴ I. *Cor.* IX. 5. cujus benignitate, ſi uti voluiſſet *Apoſtolus*, ϕαγεῖν καὶ πεῖν potuiſſet, v. 4. & tamen μὴ ἐϱγάζεσθαι, v. 6.) & διακονία ἐκκλησίας ἡ ἐν Κεγχϱεαῖς, *Apoſtolis* ex ſuis facultatibus opitulata videtur, ideóque ϖϱοστάτις πολλῶν, v. 2. i. e. ϖϱοῖξεν nuncupatur.

§. 7. Hinc *Act.* XI. 29. εἰς διακονίαν πέμψαι, *ad Egenis opitulandum mittere*, ut & *Act.* XII. 25. Hinc II. *Cor.* VIII. 4. κοινωνία τῆς διακονίας εἰς τοὺς ἁγίους, *liberalitas adminiſtrationis erga ſanctos*, & I. *Pet.* IV. 10. ἁπλῶς, διακονεῖν (ut & v. 11.) de *ſublevandis* egenis.

* *Schol: in* I. *Sam.* IX.

§. 8. Nec igitur cùm apud * *Procopium*, ἀποστόλων διακονημένων mentio fiat, rectè *Interpres* repoſuit [*Apoſtolorum miniſtrantium*] Reddendum ſine dubio [*adminiſtratione*, aut *liberalitate aliorum utentium*] cùm ſtatim ex *S. Paulo* adjiciatur, ὡς εἰς χϱείαν μὴ ἐπιμϕαῖς.

CAP.

Cap. XXV.

Διάκονοι. *Eorum munus, Fidei prædicatio, non solùm* βαπτίζειν διακονία. Ro. XV. 8. *Act.* VI. 4. Ὀρθοτομία λόγου I. *Tim.* III. 15. *Eph.* III. 7. Διάκονος *refertur ad* οἰκονομίαν, II. *Cor.* III. 6. *Gal.* II. 17.

§. 1. Istis de primâ διακονίας acceptione sic prælibatis, primò notandum est, Ipsam διακόνου vocem (si unicam *Phœbes* τῆς ἐν Κεγχρεαῖς ἐκκλησίας διακόνου mentionem excipias) nullibi aut in *Veteri*, aut in *Novo Testam:* usurpari ad denotandum eum, qui aut τραπέζης, aut χρείας *subministraverit.*

§. 2. Nec igitur rationem constare, cur διακόνου *munus* in primis vagientis *Ecclesiæ* incunabulis, his tam arctis carceribus finiatur, præsertim cùm ex *septem* illis ad τραπέζων διακονίαν allectis, *Act.* VI. 5. non solùm *Stephanus* v. 8. Sed & *Philippus* c. VIII. *verbum Dei* prædicaverit, universam *Samariam* ad *fidem*, & *baptismum* receperit. Videatur *Hilarius*, aut quisquis ille sit (*D. Blondello* præcharus) sub *Ambrosii* nomine in *Paulinas Epistolas Commentarii Author. Quamvis*, inquit, *non sint sacerdotes, evangelizare possunt sine Cathedrâ, quemadmodum Stephanus & Philippus, in Ep:* IV.

§. 3. *Secundò*, διάκονον quandoque sic in novo *Codice* usurpari, ut levi quâdam mutatione ab hoc sensu deflexisse videatur. Sic cum ὁ Χριστὸς τῆς περιτομῆς (*Judæorum*) διάκονος dicatur, *Ro.* XV. 8. eâ φράσει significatur *Christum* eum esse, qui omnem operam suam navaverit, ut *Judæis*, veritatem *Dei* iis annuntiando, *benefaceret*, eos ad *fidem* vocaret, & ἐπαγγελίας τῶν πατέρων his *Abrahami* filiis βεβαιώσῃ. Sic & I. *Cor.* III. 5. Cùm *Paulus* & *Apollos* διάκονοι, δι' ὧν ἐπιστεύσατε *Corinthii*, appellentur, ex immediatè sequentibus apparet, ad hanc *Evangelii*, tanquam animarum *cibarii*, *distributionem*, διακονίαν λόγου *Act.* VI. 4. (quam igitur ὀρθοτομίαν λόγου Θεοῦ, I. *Tim.* II. 15. verbi *Dei* ut in πυμὰς & μερίδας (sic ut cuiquam *dimensum* suum assignetur) *distributionem* appellat) pertinere; [κ' ἐμέτρῳ, inquit, ὡς ὁ Κύριος ἔδωκεν] *Prout unicuique* διακόνου *summus* ille οἰκονόμος, aut ἀρχιδίκλινος *divisit*, sic & nos *convivis* omnibus *administramus.*

§. 4. Sic *Eph.* III. 7. (ut & *Col.* I. 23.) cùm *Evangelii* διάκονον se *Paulus* appellet, statim sequitur κατὰ τὴν δωρεὰν τῆς χάριτος τοῦ Θεοῦ, ipsum quippe, ut à *Christo* summo *OEconomo* acceperat, sic & aliis *distribuere* divinam hanc *Evangelii gratiam.*

§. 5. Sic cùm *Col.* I. 25. ἐκκλησίας διάκονος dicatur, Sequitur enim:

enim κατ' ἀποκονομίαν τοῦ Θεοῦ τοῦ δοθεῖσάν μοι εἰς ὑμᾶς, *verbum* quippe *Dei*, à magno *Oeconomo*, aut dispensatore *Christo*, *Paulo*, gentibus distribuendum, committebatur.

§. 6. Sic cum iidem *Apostoli* II. *Cor.* III. 6. διάκονοι τῆς καινῆς διαθήκης nuncupentur, quatenus ab iis τὸ πνεῦμα ζωοποιῶν (κράμματι ἀποκλείονται oppositum) διακονεῖδς, *suppeditari*, aut fidelibus omnibus *distribui* dicatur, palam est, ad hanc primam διακόνου acceptionem spectari.

§. 7. Sic *Gal:* II. 17. διάκονοι ἁμαρτίας] designat eum qui *Gentilismo* favet, (cujus institutis qui inhærent, eo ipso versu, & ubique in hoc codice, ἁμαρτωλοὶ dicuntur) qui fovendo & *sublevando Gentilismo* operam collocat, & ita quasi subministrat.

Cap. XXVI.

Secunda διακόνου *significatio*, *Phil.* I. 1. & I. *Tim.* III. 8. 12. *Ministri Judicum*, *Deut.* XVI. 18. שטרים, חזנים. Ἀζανίν. Γαζοφύλακες. Ἐπιμεληταί. *Grotius à Riveto sine ratione notatus.* Προϊστάμενοι, *Act.* VI. 1. Τροφεῖς διακονοι. Καλῶς διακονήσαντες I. *Tim.* III. 13. καλὸς βαθμός, *Episcopis inserviebant diaconi. Cur nulla Presbyterorum mentio. Phil.* I. 1. I. *Tim.* III.

§. 1. PErgamus nunc ad secundam vocis hujus acceptionem, eam quidem *scriptoribus sacris*, & postmodum *Ecclesiasticis* peculiarem, adeóque inter *Codicis sacri* τεχνολογήματα numerandam. Sic tribus præcipuè in locis usurpatam reperies, *Phil.* I. 1. I. *Tim.* III. 8. & 12. & διακονήσαντες v. 13.) in quibus singulis, cùm *Episcopis* primariis *Ecclesiæ Præfectis Diaconi* adjungantur, ad peculiarem aliquem in *Ecclesiâ* καθοδὸν, seu gradum pertinere censendi sunt. Quibus autem officiis designati, jam pauculis disquiremus.

§. 2. A *Judæis* sine dubio hujus rei (ut aliorum plerunque in *Ecclesiâ rituum*) origo petenda est.

§. 3. Apud eos, *ministri Judicibus* in qualibet *civitate* adjuncti, *Deut.* XVI. 18. qui ipsis in *Consistoriis inserviebant*, in *scripturis* שטרים, à *Rabbinis* חזנים *ministri*, & חזנים תכנסת *ministri Synagogæ* vocantur. *Juniores*, inquit *Maimonides*, qui ad *ætatem Doctoris* nondum pervenerant.

* *Hær: Ebion:* §. 4. Hos* *Epiphanius*, leviter ab *Hebræo* deflexâ voce, Ἀζανῖται appellat, iisque in *Ecclesiâ* ἐν Γαλιλαίᾳ *Diaconos* (ut & Ἀρχισυναγώγοις *Episcopos*, *Senioribus Presbyteros*) respondere affirmat. Hos ait *Philo* Γαζοφύλακας fuisse, & διακονικὰς χρείας ἐπιτελῆσαι,

τελῶσαι, *Josephus* ἐπιμελητὰς χρεοφυλακούντων, *Curatores per manuum* aut *elevationem* electos, aut *impositionem ordinatos.*

§. 5. Nec est, quod hâc in re * *Andreas Rivetus Hugonis Grotii* manibus litem intenderet, ex eo tantùm, quòd productis tabulis non probaverit, Ἀζανίτας *in Synagogis, Præfectos esse ut ministrarent mensis,* cùm illud oculatis omnibus palàm sit, διακονία τραπεζῶν *Act.* VI. 1. nihil aliud quàm χηρῶν, *viduarum, & indigentium omnium* ἐπιμέλειαν indigitari, adeoque ipsum ταμιοφυλάκων *manus,* quod in *Corbanæ custodiâ,* & alendi pauperes curâ, ἰδίως versabatur. Quibus & illud fortassis addendum erit, eo ipso *Actorum* loco voce [προσευχῆς] ad *Judæorum* חזנים respici, quos à radice חזה *vidit,* sic dictos scimus, eámque per προσευχὴν non semel redditam esse.

* *Grot: discuss: παλ: p.* 472.

§ 6. De his *Hebræorum* חזנים notabile (inter alia multa) illud *Judæorum* dictum, sub ἀλώσεως, aut *cædis Hierosolymitanæ* tempore, *Sapientum* (i.e. *Doctorum*) *eruditionem in eam quæ Azanitis, Azanitarum verò in eam quæ Notariis competebat, degenerasse.* Ubi, ut in *Synagogâ Archisynagogis Doctores,* sic *Doctoribus* חזנים immediatè subordinari, iisque demum *Scribas* aut *Notarios* apparet, ut & in *Ecclesiâ, Episcopis Presbyteri, Presbyteris Diaconi,* & *Diaconis* etiam ὑποδιάκονοι adjungebantur.

§. 7. Ex his constat, quid de *Diaconis,* cùm post *Episcopos* & *Presbyteros,* tertio demum loco subsistentes reperiantur (quod in *Scripturis sacris* nunquam factum) censendum sit; Quid verò, cùm *Episcopis* immediatè subnectantur, adhuc dubitari potest.

§. 8. Et primò, illud in comperto est, quod ex *Epiphanio* notavimus, νέα ὄντα κηρύγματα, in primâ *Evangelii* prædicatione, ἅτε τῆς ἐκκλησίας λαβούσης τὰ πληρώματα τῆς οἰκονομίας, vel cùm *Ecclesia* εἰς ἴδιον μέτρον nondum perveniisset, *idoneos* ubique *repertos non esse,* qui ad *secundarii Presbyteratus* officium, citra omnem præcipuè necessitatem (paucis adhuc ad *Fidem* conversis) admitterentur, ideóque *Episcopo* in qualibet civitate contentos fuisse, ei *Diacono* tantùm, aut *unico,* aut *pluribus* adjunctis, διὰ τὴν ὑπηρεσίαν, qui illi *ministrarent,* aut inservirent, ἀνὰ ὃν διάκοπον ἀδύνατον ἦν), *sine quibus Episcopus esse nequibat.*

§. 9. Tales autem infimi gradus *ministri,* inter hos mediocritatis terminos se per spatium aliquod continentes, tandem, cùm probè hoc munere defuncti fuerint, (καλῶς διακονήσαντες, inquit *Apostolus,* I. *Tim.* III. 13.) ταχέως δὴ τὰ ἀγαθέρω ἐλάσσονι, inquiunt *Scholiastæ,* καλὸν ἑαυτοῖς, inquit *Apostolus,* βαθμὸν περιποιοῦνται,

bonum sibi, i. e. *excelsiorem*, vel *Episcopalem* in *Ecclesiâ gradum* (sic *Clemens* Πίστευ διάκονε, ei in *Cathedrâ Episcopali Romæ* successit) acquisituri erant, (interea in hoc infimi *ordinis Ecclesiastici* gradu, *Episcopis* inservituri.) Quò & illud spectat, quùm addatur [καὶ πολλὴν παῤῥησίαν ἐν πίστει] Παῤῥησία enim inter alia ἐξουσίαν notari affirmat *Hesychius*, ideóque hic à *Theophylacto* explicatur per ἐνδοξοτέρους γενέσθαι, & ἐκκλησίᾳ λάμπειν, ἐν πρεσβυτερικῷ βαθμῷ καὶ ἐπισκοπικῷ, *honoratiores fieri, & in Ecclesiâ splendere, in Presbyterano, & Episcopali gradu.*

§. 10. Et ita quidem de isto ad *Philipp:* loco pronunciandum esse prædiximus. De altero verò ad *Timotheum* multò magis. Ubi cùm de *Episcopo* & *Diacono leges* aut *regulæ Timotheo* ferantur, qualiter imbutos esse oportuit, qui ad duos istos *gradus* promovendi erant, nihilq; de *Presbyteris* hac in re adjiciatur, (cùm tamen in omnibus ad *Ecclesiam* pertinentibus se eum instituendum curasse affirmaverit, I. *Tim.* III. 15.) commodissima facti ratio cuivis constat, nullos quippe adhuc, scribente *Apostolo*, *Presbyteros* medioxumos institutos fuisse.

Cap. XXVII.

Πρεσβύτης, πρεσβύτιδες, *Tit:* I & II. *cum* I. *Tim.* III. *comparatæ.* Πρεσβύτης *non de senibus simpliciter intelligendi, sed de Ecclesiasticis.* Κατάστημα, κλῆσεις, καθέλογος, ἐν κανόνι, Ἱερεὺς, Ἱερομνήμων, Ἱερατεία. *Pseud-Ambrosius notatus,* Περιγραφὴ μέμφεται ἐν Ἐκκλησίᾳ. Σωφρονιστὰι. Ἀρμόσυνοι. *Canonis Laodiceni explicatio.* Χήρα θεσίας *duo genera. Viduarum duo gradus. Diaconissæ.*

§. 1. His de *Diaconis* sic propositis, adjicienda videntur, quæ in *Epistolâ* ad *Titum* de πρεσβύτοις dicuntur, simúlque, ut γυναικῶν ad *Timotheum*, sic πρεσβυτίδων ad *Titum* mentio, factâ breviter inter I. *Tim.* III. & *Tit.* I. & II. comparatione, elucidanda.

§. 2. Quæ de *Episcopo* constituendo ad *Timotheum* dicebantur, oportere eum ἀνεπίληπτον εἶναι, μιᾶς γυναικὸς ἄνδρα, &c. I. *Tim.* III. 1, 2, 3, 4, 5, 6, 7. ea planè omnia ad *Titum* iisdem ferè verbis posita reperimus. Δεῖ γὰρ ἐπίσκοπον ἀνέγκλητον εἶναι, &c. *Tit.* I. 6, 7, 8, 9. Eodem ferè modo, quo de instituendis *Israëlitarum præfectis Moses* à *socero* instruitur, *Ex.* XVIII. 21.

§. 3. Pari itidem modo, quod ad *Timotheum* de *Diaconis* præcipitur, v. 8. Διακόνους ὡσαύτως σεμνὰς, μὴ διλόγους, μὴ οἴνῳ πολλῷ προσέχοντας,

περισχοίνας, μὴ ἀνέχεσθαι δεῖς, ἔχοντας τὸ μυστήριον τῆς πίστεως ἐν καθαρᾷ συνειδήσει, idem ferè ad *Tit.* c. II. 2. de πρεσβύτης mandatur, πρεσβύτας νηφαλίους εἶναι, σεμνὺς, σώφρονας, ὑγιαίνοντας τῇ πίστει, τῇ ἀγάπῃ, τῇ ὑπομονῇ. Tandemq; quòd περὶ γυναικῶν ad *Tim.* v. 11. γυναῖκας ὡσαύτως σεμνὰς, μὴ διαβόλους, νηφαλίους, πιστὰς ἐν πᾶσι, idem etiam περὶ πρεσβυτίδων, πρεσβύτιδας ὡσαύτως ἱεροπρεπεῖς, μὴ διαβόλους, μὴ οἴνῳ πολλῷ δεδουλωμένας, καλοδιδασκάλους, ἵνα σωφρονίζωσι τὰς νέας, &c.

§. 4. Hîc illud unicum cavendum est, ne (quod quibusdam placuisse video) aut πρεσβύ de *senibus quibuscunque*, aut γυναῖκας de διακόνων *uxoribus*, aut πρεσβύτιδες de *vetulis* promiscuè omnibus (& νέας oppositis) intelligendi censeantur.

§. 5. Quod ad πρεσβύτας attinet, manifestum est eos intelligi, qui aliquod *Ecclesiasticum* ordinabantur, quorum igitur approbandorum & constituendorum regulas easdem, quas *Timotheo Asiæ Præposito*, hîc itidem *Tito* (ad id *Cretæ* relicto c. I. 5.) proponit *Apostolus*, (cùm de *Junioribus*, i.e. *fratribus*, vel fidelibus *Laicis*, hoc tantùm adjiciat, *monendos* à *Tito* esse, ut *sobrios* se præstent, v. 6.) Sic in *Commentariis* sub *Hieronymi* nomine, *Senes*, inquit, *ætate et ordine possunt intelligi, Ecclesia præcipuè Seniores.*

§. 6. Illud etiam ab ipso πρεσβυτῶν nomine fortassis colligendum erat. Πρεσβύτης enim in *positivo*, ad *comparativum* πρεσβύτερος, v. 5. ut *inferior* ad *superiorem* gradum referri putandus est.

§. 7. Illud clariùs eluceseet, si ad (iis adjunctas) πρεσβύτιδας accedamus, quas ab *Antiquorum* non nemine *Presbyteras* dictas esse *Baronius* memorat.

§. 8. Has hîc à *Paulo* disertè πρεσβύτιδας ἐν καταστήματι nuncupatas videmus.

§. 9. Quid sit κατάστημα, ex voce καθίστημι, de *Episcoporum*, & *Diaconorum ordinationibus* usurpatâ, *Tit.* I. 5. *Act.* VI. 3. unde *Suidæ* κατασὰς (sensu *passivo*, *constitutus*, *creatus*, ut apud * *Polycratem*, Πόπλιος κατασὰς ἐπίσκοπος, *Publius Episcopus creatus*) περιχαρεὶς redditur, & καθίστατο, ἐπιμελεῖτο, ἐφορίζειν de *curâ* aut *officio* cuivis commisso) petendum videtur; sic ut à καλαλέγειν, de *Electionibus Ecclesiasticis* usurpato, καλάλογος ἁπλῶς sumptus, & quandoque ἱερὸς καλάλογος *Ecclesiasticum album* aut *Matriculam* denotat.

* *Euseb: Eccl: Hist:* l. IV. c. xv.

§. 10. Quidni igitur [πρεσβύτιδας ἐν καταστήματι] idem sonet, quod οἱ, aut αἱ ἐν κανόνι; quâ φράσει *sacris ordinibus imbutos* quoslibet significari omnes norunt.

§. 11. At, si ista cuivis non arriserint, si, ut apud *Ignatium* ad

Tvall: Episcopi κατάστημα *habitum* σεμνὸν significare videtur, sic & hîc definiendum videatur de γυναικῶν καταστήματι, Eadem nihilominus conclusio ex sequenti [ἱεροπρεπῆς] firmabitur, quam (iidem qui κατάστημα ἀμφίασιν, *indumentum* reddunt) per [τῆς ἱερᾶς πρεπούσης ὑπηρεσίας] exponunt *scholiastæ*; ἱερὸς enim de *Ecclesiasticis* dici solet, nec de *sanctitate* quavis, sed de *separatione* ad *officia*, aut usus *sacros*, quemadmodum ἱερομάρτυς *Clerico-Martyr*, non tantùm à μεγαλομάρτυς *Heroe*, καλλιμάρτυς *virgine*, sed & ab ἀγιομάρτυς quovis de plebe *fidelium martyre* distinguitur, ideóque, quibus ἱεροπρέπεια præcipitur, ex *ordinibus sacris* initiatæ censendæ sunt.

§. 12. Sic in *Commentariis Pseudo-Ambrosii*, *Anus*, inquit, *in statu religione digno*] malè quidem, quod ἱεροπρεπῆ in *tertio*, pro ἱεροπρεπεῖς in *quarto* casu legendum putaverit, at rectè, quòd ἱεροπρεπὴς *Religione dignum* reddiderit, *religione functionem sacram* denotante.

* *Ad quam sedem eliguntur Tertull: de Veland: Virgin: quia scilicet certam sedem haberent in Ecclesiâ.*

§. 13. Sic & *Canon* XI. *Concilii Laodiceni*, Μὴ δεῖν τὰς λεγομένας πρεσβύτιδας, ἤτοι * πρεσκαθημένας ἐν ἐκκλησίᾳ, καθίζειν. Ubi πρεσκαθήμεναι ἐν ἐκκλησίᾳ] *Ecclesiastici muneris Character* est, imò *Præfecturæ* cujusdam *titulus* (qualiter apud *Athenienses* σωφρονισταὶ, *Ἀρχοντες χειροτονητοὶ, inquit *Phavorinus*, ἐπιμελέμενοι τῆ ἐφήβων σωφροσύνης, ut & apud *Lacedæmonios* Ἀγωνόμοι) quatenus ad eas pertineret † σωφρονίζειν τὰς νέας, v. 4.

† *Viduæ vel sanctimoniales, quæ ad baptizandarum mulierum ministerium eliguntur, tam ad officium instructæ sint, ut possint apto & sano sermone docere imperitas & rusticas mulieres, quo tempore baptizandæ sunt, qualiter baptizatori respondeant, & accepto baptismate vivant. Con: Carth:* IV. XII.

§. 14. Cùm verò de his, isto *Laodiceno* canone, statuatur, μὴ δεῖν καθίζειν, *eas ordinandas non esse*, sic sine dubio intelligendus est *Canon*, ut solennis, quæ aliis insignioribus in *Ecclesiâ* gradibus competat, *per manuum impositionem ordinatio*, iis non competeret, Duo enim χειροθεσίας genera fuisse ait * *Tharasius*, εὐλογίας, & χειροτονίας, seu καθιερώσεως, has per εὐλογίαν, non per χειροτονίαν, *per benedictionem Episcopi*, non per *ordinationem*, aut *consecrationem* constitutas esse.

* *Concil: Nic: II. Can: I.*

§. 15. Quâ de re *Concilii Epaunensis Canon* XXI. *Viduarum consecrationem, quas Diaconas vocant, penitus abrogamus, solùm eis pœnitentiæ benedictionem imponendo.* Quod contra *Cataphrygarum hæresin* cautum erat, qui, ut *Montani Prophetissis faverent*, mulieres, ad prædicandum, & docendum in *Ecclesiâ*, ordinari

nari, & consecrari voluerunt, De quibus *Commentarii Ambrosio* adscripti in I. *Tim.* III. *Cataphrygæ erroris occasionem captantes, propter quod Diaconas mulieres alloquitur, & ipsas Diaconas ordinari debere defendunt, &c. sed Apostoli verbis contra sensum utuntur Apostoli, ut cùm ille mulierem in Ecclesiâ in silentio esse debere præcipiat, illi è contrà, etiam authoritatem vindicent in Ecclesia ministerii.*

§. 16. Ex quibus patet, illud solum *canonibus* istis vetitum esse, ne *mulieribus* his ἐν καλαςήμαλι ὕσαις, (ἐν κανόνι ἐξεταζομέναις, ait *Canon Nicenus* XIX. & quibus διακονία Θεῦ ἐπιβέπλο, inquit *Theodosius Imp: Constit:*) *ministrandi*, i.e. *prædicandi* in *Ecclesia* authoritas (*Paulino* tacendi præcepto è diametro opposita) multo minus *sacramenta administrandi* (ἱερελδίν ait * *Epiphanius*) *cœnam Dominicam consecrandi* facultas permitteretur, & exinde ne per χιροτονίαν (qualiter ii, quibus hæc munera competebant) in *Ecclesiam* admitterentur. * *Hær:* LXXIX.

§. 17. De his πρεσβύτις apertè * *Epiphanius*, Παραληπτέον ὃ ὅτι ἔχει διακονισσῶν τὸ ἐκκλησιαςικὸν ἐπιδεήδη τάγμα, χήρας τε ἀνόμαζε, καὶ τύτων τὰς ἐπ χαοτέρας πρεσβύτιδας. Ubi hunc πρεσβυτίδων *ordinem, viduis* (de quibus alibi *Apostolus*) *superiorem* esse pronuntiat. Duos quippe *viduarum* (τῶ ἐν χήραις ἐξεταζομένων, *earum quæ in habitu numerantur, Concil: Nicen: Can:* XIX.) *gradus* fuisse, *juniorum*, quæ simpliciter χήραι, χαοτέρων, quæ ἰδίως πρεσβύτιδες nuncupabantur. * *Ib.*

§. 17. Sic & de *mulieribus* ad *Tim:* affirmant *Commentarii* * *Hieronymo adscripti, Similiter eas, ut Diaconos eligi jubet; unde intelligitur, quòd de his dicat, quas adhuc hodiè Diaconissas in oriente appellant.* * *in* I. *Tim.* III. 11.

§. 18. Quod & de πρεσβύτις, aliis visum esse fatetur, qui aliter ipse sentiebat, * *Theophylactus*, Τινὲς τὰς ἐν ἐκκλησίᾳ διακόνυς φασὶν, ἃς ἀπ' ἀυτῆς τ ἀμφιδσίως ἀπαιτεῖ φαίνεδ ἱεροπρεπεῖς, τυτέσι, τ ἱερᾶς πρεπόυσας ἀναφοράς, *Diaconissas in Ecclesiâ aliqui hîc intelligi dicunt, quas ipso amictu ad sanctitatem composito, tali scilicet, qui sacris ministrantes deceat, uti jubet Apostolus.* Et de istis hactenus. * *in Tit:* II. 3.

DISSERTATIO QUINTA,

De omnibus *Clementis Romani*, aliorumque primi ævi Scriptorum locis, quæ ad Regiminis Ecclesiæ formam pertinent.

Cap. I.

Clemens Romanus quis fuerit. Romanorum Episcoporum series ad Irenæi tempora. Hegesippi, & Hieronymi testimonium; Quæstio an primus, an tertius, an quartus post Petrum Clemens, Epiphanii testimonium. Paulus & Petrus Romanam Ecclesiam fundabant. Testimonium Gaii, Dionysii. Duo Romæ cœtus, Judæorum & Gentilium. Petro Clemens, Paulo Linus successit. Idem Antiochiæ factum. Evodius & Ignatius. Ignatius ab Apostolis constitutus Episcopus. Idem Ephesi, Johannes & Timotheus. Idem Corinthi, Paulus & Cephas. Constitutio de uno in civitate Episcopo post nato. Idem fortè Hierosolymis. Quindecim Episcoporum successiones, à Christo ad Adriani obsidionem. Hugonis Grotii testimonium de duobus Hierosolymæ conventibus.

§. 1. POst omnes *Sacri Codicis periochas*, quæ ad hanc materiam pertinere videntur, leviter perlustratas, Ad primi ævi scriptores, adeóque primo loco ad *Clementis Romani* ad *Corinthios Epistolam* accedamus, De ipso imprimis paucula præfati.

§. 2. Hunc *Pauli* συνεργὸν, διάκονον *Petri*, tandémque *Episcopum Romanum* fuisse ex 1. *Paulo*, 2. *Ignatio*, 3. *Irenæo*, & *Antiquorum* omnium constanti affirmatione discimus. Ideóque 4. *Apostolicum* virum, 5. *Apostolorum Comitem*, imò 6. *Apostolum* nuncupatum esse prædiximus.

§. 3. De eo, & hâc ejus *Epistolâ* à 7. *Romanâ Ecclesiâ* ad *Corinthios*, ad acerrimam 8. στάσιν inter ipsos sedandam missâ, loquatur præ aliis 9. *Irenæus* qui simul *Romanorum Episcoporum* seriem ad ipsius tempora ab *Apostolis* deducit, Θεμελιώσαντες, inquit,

1. *Phil.* IV. 3. 2. *Ep: ad Trall:* 3. l. III. c. 3. *Eus:* l. V. c. 6. *Hieron: Catal: & in Is:* LII. 4. *Hier: in Is:* LII. 5. *Hier: in Interp: Com: Orig: in Ep: ad Rom:* 6. *Clem: Al: Strom:* l. IV. 7. ὡς ἀπὸ τῶν Ῥωμαίων ἐκκλησίας τῇ Κορινθίων διετυπώσατο Κλήμης, *Euseb:* l. III. c. 15'. 8. *de hac* στάσει *Hegesip: Eus:* l. III. c. 15'. l. IV. c. 22'. 9. LIII. c. 3. *Eus:* IV. c. 6.

καὶ οἰκοδομήσαντες οἱ μακάριοι Ἀπόστολοι τὴν ἐκκλησίαν, Λίνῳ τὴν τῆς ἐπισκοπῆς λειτουργίαν ἐνεχείρησε, διαδέχεται αὐτὸν 10 Ἀνέγκλητος, μετὰ τούτων τρίτῳ ἀπὸ τῶν Ἀποστόλων ἡ ἐπισκοπὴν κληροῖ Κλήμης, ὁ καὶ ἐωρακὼς τοὺς μακαρίους Ἀποστόλους, καὶ συμβεβληκὼς αὐτοῖς, καὶ ἔτι ἔναυλον τὸ κήρυγμα τῶν Ἀποστόλων, καὶ τὴν παράδοσιν οὐκ ὀφθαλμοῖς ἔχων ἐμόνον· ἔτι γὰρ πολλοὶ ὑπελείποντο τότε Ἀποστόλων διδασκαλίαν· ἐπὶ τούτου οὖν τοῦ Κλήμεντος γάσεως οὐκ ὀλίγης τοῖς ἐν Κορίνθῳ γενομένης ἀδελφοῖς, ἐπέστειλεν ἡ ἐν Ῥώμῃ ἐκκλησία ἱκανωτάτην γραφὴν τοῖς Κορινθίοις, εἰς εἰρήνην συμβιβάζουσα αὐτούς, καὶ ἀνανεοῦσα τὴν πίστιν αὐτῶν, καὶ ἣν νεωστὶ ἀπὸ τῶν Ἀποστόλων παράδοσιν εἰλήφει. Τούτου Κλήμεντος τοῦτον διαδέχεται Εὐάρεστος, καὶ τὸν Εὐάρεστον Ἀλέξανδρος, εἶτ' ὄντως ἕκτος ἀπὸ τῶν Ἀποστόλων κατέστη Ξύστος, μεθ' ὃν Τελεσφόρος, ὃς καὶ ἐνδόξως ἐμαρτύρησεν, ἔπειτα Ὑγῖνος, εἶτα Πίος, μεθ' ὃν Ἀνίκητος, διαδεξαμένου τὸν Ἀνίκητον Σωτῆρος, νῦν δωδεκάτῳ τόπῳ τὸν τῆς ἐπισκοπῆς ἀπὸ τῶν Ἀποστόλων κατέχει κλῆρον Ἐλεύθερος, &c. Clariſſima, & illuſtriſſima ſingularium *Epiſcoporum* ſeries, ab *Apoſtolis* fundatoribus, per *Linum*, *Cletum*, (vel *Anacletum*) *Clementem*, *Evareſtum*, *Alexandrum*, *Xyſtum*, *Teleſphorum*, *Hyginum*, *Pium*, *Anicetum*, *Soterem* ad duodecimum *Eleutherium*, *Irenæi* ætate ſuperſtitem, deducta.

10. *Epiphanio aliiſque* Κλῆς *vocatus.*

§. 4. Eadem etiam ab *Hegeſippo*, hoc ipſo tempore hiſtoriam ſuam adornante, &, ut ait *Euſebius*, ἐπὶ τῆς αὐτῆς τῶν Ἀποστόλων ἡμῶν διαδοχῆς, *ſub primâ Apoſtolorum ſucceſſione vivente, à Novatorum* omnium calumniis vindicatur. * Τεγεσίππος, inquit, ἐν Ῥώμῃ διαδοχὴν ἐποιησάμην μέχρι Ἀνικήτου, οὗ διάκονος ἦν Ἐλεύθερος, καὶ ἀφ' Ἀνικήτου διαδέχεται Σωτῆρ, μεθ' ὃν Ἐλεύθερος &c. quod idem ἐν ἑκάστῃ διαδοχῇ, καὶ ἐν ἑκάστῃ πόλει ὕτως ἔχειν, in *unaquaque civitate*, & *Epiſcoporum ſucceſſione*, eodem modo ſe habere confirmat, & exinde τὰς τῶν αἱρέσεων ἀρχὰς, *hæreſium omnium origines*, quatenus his *Apoſtolicæ* doctrinæ propagatoribus ſe oppoſuerint, deducit.

* l. II. c. xx'.

* *Euſ:* l. IV. c. xβ'.

§. 5. Idem etiam ab *Hieronymo* didiciſſe non gravabitur, quiſquis *Hieronymo Authore Presbyteranam* ἱστορίαν amplexus eſt, *Clemens*, * inquit ille, *quartus poſt Petrum Romanus Epiſcopus, ſiquidem Linus ſecundus fuit, tertius Anacletus, tametſi plerique Latinorum, ſecundum poſt Petrum putent fuiſſe Clementem.*

* *Catal: Eccl: ſcript:*

§. 6. De re ipſâ mirus omnium conſenſus, *Clementem Romæ Epiſcopum* fuiſſe, eúmq; ſingularem, at quo ordine aut loco ſucceſſerit, ſeu *ſecundo*, ſeu *quarto* poſt *Petrum*, ſeu demum τρίτῳ

τόπῳ

τύπῳ ἀπὸ Ἀποστόλων, magnis, ut videtur, authoribus diversa placuere
* *De præscr:* Ab *Hieronymo quartus*, ab *Irenæo tertius*, à *Latinis*, i.e. * *Tertulliano*, & reliquo satis prolixo comitatu, *secundus* illi assignatur, ut & ab authore Constitutionum.

§.7. In hac tantâ scriptorum antiquorum varietate, non dicam inconstantiâ, non gravabimur hic quædam, licèt extra orbitam, breviter proponere, rémque non ita omnibus notatam paucis dilucidare, facto initio ab *Epiphanii* verbis, quatenus ea cum *Irenæo* satis pulchrè concordant, ei itidem lucem non minimam allatura, l.1. *adversʃ: Carpocra:* Ἐν Ῥώμῃ, inquit, γεγόνασι Πέτρος καὶ Παῦλος, οἱ Ἀπόστολοι αὐτοὶ, καὶ ἐπίσκοποι, εἶτα Κλητὸς, εἶτα Κλήμης. Hic quod ab *Irenæo* de *beatis Apostolis*, illud ab *Epiphanio* de *Petro*, *Paulóque*, disertè *Apostolis* & *Episcopis* dictis, affirmatum videmus, ab *utroque* scilicet θεμελιωθεῖς, καὶ οἰκοδομηθεῖσαν, *fundatam Ecclesiam Romanam*, & *ædificatam* esse.

§.8. Magna quidem non ita pridem inter doctos viros orta & in utramque partem disceptata controversia est, an *Petrus* & *Paulus unum* idémque *Ecclesiæ Romanæ caput* constituerint, cui *Episcopus Romanus* postmodum successerit, (μονάμπυξ συναείδη) an demum uni *Petro Primatus* & *Cathedra* imputanda, & vindicanda sit. Nolo me liti isti immiscere, paucis tantummodo intercessurus, quæ omnem litigantibus materiam, omnem antiquorum scriptis ἐναγλιοφάνειαν præripiant.

§.9. *Utrosque*, *Paulum* & *Petrum*, *Apostolos*, *Romæ* fidem *Christi* inseviſſe, & sanguine suo obsignasse, præter prædicta *Irenæi*, & *Epiphanii* suffragia, præter ipsam κοιμητηείων θεόρησιν, *in-*
* *Euſ: hiſt: Ec:* l.II. κεφ.κε'. *ſcriptionem in cœmeteriis* ipsorum, εἰς τὸ δεῦρο, inquit * *Eusebius*, κρατήσασαν, *ad ipsius adhuc tempora permanentem*, his duobus testimoniis extra dubium ponetur.

§.10. Primò Γαΐου ἐκκλησιαστικὸς ἀνὴρ satis antiquus, *Zephyrini Episcopi* σύγχρονος apud *Eusebium*, l.II. c. κε'. de *Pauli* & *Petri monumentis* verba faciens, ea τρόπαια τῶν τοιούτων ἱδρυμένων
* *ibid.* ἐκκλησίαν appellat. Sic & secundò * *Dionysius Corinthiorum Episcopus*, annis post ipsorum exitum c.XX. in *Ep: ad Rom: Romanam* æquè ac *Corinthiorum Ecclesiam* τῶν ἀπὸ Πέτρου καὶ Παύλου φυτείαν ἡνωμένους affirmat. Hæc verò ab illis non incommodè, sed, secundum rei gestæ Historiam, exactissimè affirmata esse constabit illicò, si unicum illud recolatur, non *Gentiles* tantùm, sed *Judæos Romæ* fuisse, Eos quidem satis inter se dissitos, ante fidei prædicationem, nec subitò in eundem *cœtum* compingendos. Eo-

dem

dem igitur tempore, quo *Petrus* (ὁ πρωτόμυστ Ἀποστολος) *Judæis*, *Paulus* etiam (ἀκροβυστίας Ἀποστολος) *Gentilibus* ἐν ἰδίῳ μισθωμαλι *Romæ* prædicabat, ἱεποροδιαμένους εἰς αὐτὸν ἀπολεχόμενος, *Act.* XXVIII. 30. postquam *Judæorum* maxima pars ab eo discesserant, v. 29.

§. 11. Hoc uno prælibato, Illud statim sequitur, quod ex * *Ignatio* laudat *Walo*, *Linum Paulo*, *Clementem Petro* seorsim adjunctos *Diaconos* fuisse, qui, cùm per aliquod tempus κατὰς διανόνους, *Apostolis* tandem in *Episcopatu* succedebant, *Linúsque Gentilium Romæ* fidelium, *Clemens Judæorum Episcopus* creabatur. * *Ep: ad Trall.*

§. 12. Exhinc prima ista *scriptorum* varietas exorta est, dum alii *Petro*, alii *Paulo Romanæ Ecclesiæ Originem* imputaverint, sed utrique eorum rectissimè *Epiphanius*.

§. 13. Exhinc secunda varietas, dum alii *Linum*, alii *Clementem*, *primum* post *Apostolos Romæ Episcopum* statuerint, singuli quidem id quod res est affirmantibus, sed diverso respectu (& sic ut nobis rerum gestarum ignaris, erroris quandoque ansam porrexerint) *Lino* quidem *Paulo*, *Clemente Petro* succedente, tandémque post *Lini* & *Anacleti* (vel *Cleti*) exitum, sublato omni discrimine, atque in unum *Ecclesiæ* consessum coalescentibus *Judæis* & *Gentilibus*, *Clemente* simul omnes pascente.

§. 14. Exhinc & tertia varietas de hoc uno *Clemente*, aliis cum *Petro* primum, * *authore Constitutionum*, post *Linum*, *secundum*, aliis post *Linum Cletúmque*, *tertium*, & inclusivè loquendo, (quod feciisse *Hieronymum* constat) sic ut *Apostolis* ipsis primæ deferrentur, etiam *quartum* successisse affirmantibus. * l. VII. 45. Κλήμης μὲν ὁ Λίνῳ δεύτερον ἐπὶ τῷ Πέτρῳ δευτερῶ κεχειροτονημένος.

§. 15. Quod de *Romanâ* diximus, idem & in *Antiochenâ* evenisse apparet. In *Epistolâ* ad *Magnesios* (licèt in *Laurentiano* codice non compareat) *Antiochena Ecclesia* à *Petro* & *Paulo* πεθμελιωμένη fundata dicitur, & in *Epistolâ* ad *Antiochenos* satis antiquâ, & à *Walone* sub *Ignatii* nomine laudatâ, *Vos*, inquit, *Antiocheni* Πέτρου καὶ Παύλου μαθηταὶ γεγόνατε, quod & alii non semel affirmarunt. Id verò sic intelligi debet, ut, quemadmodum *Petrus Judæorum Antiochensium*, ita *Paulus Gentilium*, *Apostolus* fuisse statuatur. Nam *Ecclesiæ*, vel *cœtus Gentilium Antiochensium* (sub *Paulo* ad fidem perductorum) diserta mentio est, *Act.* XV. 23. ubi *Decretalis Epistola Concilii Hierosolymitani*, [τοῖς κατὰ τὴν Ἀντιόχειαν, καὶ Συρίαν, καὶ Κιλικίαν ἀδελφοῖς, τοῖς ἐξ ἐθνῶν] inscripta, hunc ἰδίως *Gentilium cœtum* indigitat.

§.16. Quod ex *Gal.* II. 9. satis clarè monstrari potest; Ibi enim *junxisse dextras Apostoli* dicuntur, & pactum iniisse, ut *Paulus* cum *Barnabâ* εἰς τὰ ἔθνη, ut ad *provinciam* ipsorum, *Petrus* verò (ut & *Jacobus Hierosolymorum Episcopus*, &, ut statim dicetur, *Joannes*) *ad Judæos*, i. e. cùm in unâ aut civitate aut provincia, ubi & *Judæi* & *Gentiles* essent, fidem *Christi* prædicarent, hi ad *Gentium Synagogas*, illi ad *Gentilium* ædes privatas se reciperent.

§.17. Quod ad hanc *Antiochiæ* civitatem ἰδίας pertinere videmus, v. 11. Ubi *Petro Antiochiam* venienti, & (ut *Judæis Hierosolymitanis*, legis *Mosaicæ* æmulis, licèt ad fidem conversis, gratum faceret, & à se proculcatæ legis scandalum procul arceret) se à *Gentilium* consortio *subtrahenti*, v. 12. idémque reliquis *Judæorum Antiochensium* fidelibus facientibus, *Paulus* itidem præsens, se κατὰ πρόσωπον *in faciem*, i.e. *coram*, & *publicè obstitisse* profitetur.

§.18. Postquam verò & *Petrus*, & *Paulus Antiochiâ* abscesserant, ad alias *Apostolicæ* sollicitudinis suæ partes profecti, quid mirum, si, quod *Apost: Const:* scriptor asserit, *Evodius* simulac *Ignatius*, alter *Petro* (in *Ecclesia Judæorum*) alter *Paulo* (in parte *Gentilium*) succederet, utrisque tandem cœtibus, dirutâ divinitùs macerià omni, sub *Ignatio* fœliciter coalescentibus, qui igitur * *Origeni* & † *Eusebio secundus*, *Hieronymo* (iterum inclusivè *Apostolos* complexo) *tertius Antiochiæ Episcopus* dicitur, || *Athanasio* itidem μετὰ τοὺς Ἀποστόλους καθιερωθεὶς ἐπίσκοπος, *post Apostolos* (non unum sed *plures*) *constitutus Episcopus*. Quod & * *Chrysostomus* sic effert, Αἱ τῶν μακαρίων Ἀποστόλων χεῖρες &c. *eum ab Apostolis* (in *plurali*) *creatum Episcopum* fuisse, cùm tamen *Theodoretus* τῆς μεγάλης Πέτρου δεξιᾶς &c. *à magni Petri dextrâ* ἀρχιερωσύνης χάριν κατακλίδας, *summi sacerdotii*, i. e. *Episcopatus gratiam accepisse* pronunciet.

§.19. Idem etiam *Ephesi* obtinuisse videtur, ubi præter *Gentiles* à *Paulo* conversos, & in manus *Timothei* traditos, alios postea è *Judæis*, sub *Sancto Johanne Apostolo* (cujus provincia *Judæi* ex pacto erant, *Gal.* II. 9. & illi quidem per *Asiam*, ut ex * *Eusebio* ubique patet, universam, præcipuè verò *Ephesi*, † ubi *diem* obiit, degentes) post ejus ab exilio reditum, in sacros cœtus collectos fuisse constabit, si adeatur *Eusebius* l. III. c. κγ'. Idque ex antiquâ ἀρχαιότητι affirmat constitutionum author, τῆς ἐν Ἐφέσῳ Τιμοθέου ὑπὸ Παύλου, Ἰωάννης ὁ ἐμὸς Ἰωάννου χειροτονηθείς.

* *Hom:* IV. *in Luc:*
† l. II. c. κβ'.
‖ *de Syn: Arim: & Seleuc:*
* *Ign: Encom:*

* τὰς αὐτόθι διέπειν ἐκκλησίας, l. III. c. κγ'.
† *Vid:* Polycratem *ap:* Eusеb: l. III. c. λα'.

Ephesi

Epheſi quidem Timotheus à Paulo, Johannes verò à Johanne Epiſcopus ordinatus eſt.

§. 20. Idem ferè de *Corintho* credendum ſuadet, *Dionyſii*, antiquiſſimi *Corinthiorum Epiſcopi*, priùs laudatum teſtimonium, qui *Corinthum*, æquè ac *Romam*, non *Pauli* tantùm, ſed & *Petri φυτείαν plantationem* fuiſſe affirmat. *Paulus* nempe *Gentiles Corinthi* repertos (tales *Criſpus, Gaius, Stephanæ* integra *familia*) ad fidem vocatos baptizavit, I. *Cor.* I. 15, 16. *Judæos* itidem nonnullos ἔπηξε *Act.* XVIII. 4. qui tamen (ex potiori eorum parte) ἀντέλεγον καὶ *obſiſtebant, & blaſphemabant*, v. 6. & exinde *Paulus* ſe ad *Gentiles* ſolos recipiebat. *Judæis* verò *Cephas*, i. e. *Petrus Evangelium* prædicavit, ut patet I. *Cor.* I. 12. & III. 23. & hæc duplex φυτεία, ſtatim (licèt non in diverſos cœtus ſub diverſis *Epiſcopis*, tamen) in partes perquam diffitas μεριζομένη diſceſſit, c. I. 13. & ex hac ipſâ duplici *plantatione* (uno dicente, *Ego ſum Pauli*, c. III. 6. & altero eſſe ſe ex parte *Cephæ* affirmante, v. 22.) omnes illæ notiſſimæ αἱρέσεις, & διχοστασίαι, inter fideles ortæ ſunt. Quod quum à proximis *Apoſtolorum* ſucceſſoribus, idem ubique docente experientiâ, ſatis animadverſum eſſet, *tunc* demum *toto orbe decretum eſt, ut ad unum* ubique in ſingulis civitatibus *Epiſcopum* res tota deferretur, Quod iis quidem quæ ad *Hieronymi* ſententiam dicenda putavimus, ſatis commodè addi poſſet, ſi iis jam vacaremus.

§. 21. Tunc certè *conſtitutioni* iſti locus fuit (quam *tacito primùm conſenſu firmatam, dein Canonibus ſancitam* eſſe veriſſimè pronunciavit **D. Blondellus*) ἕνα ἐπίσκοπον δεῖν εἶ ἐν καθολικῇ ἐκκλησίᾳ. Illis enim verbis hunc ſenſum ineſſe [*in eâdem civitate unicum Epiſcopum eſſe oportere, ad quem omnes convenirent, Judæi, Gentéſque*] vox [καθολικῇ] mihi perſuaſit, quâ, ſub iſtis temporibus, *Gentilium*, & *Judæorum* in *Eccleſiâ Chriſti* amicam conjunctionem, intelligi, *Apoſtolorum Symbolum* confirmat, ideóque *Polycarpum* τῆς ἐν Σμύρνῃ καθολικῆς ἐκκλησίας ἐπίσκοπον dici videmus, in *Epiſt: Eccl: Smyrn:* apud *Euſeb:* Hoc certè, ante ea à *Cornelio* prolata verba, *tacito conſenſu* jamdiu invaluiſſe *D. Blondello* elargiemur, Tandémque *Niceno* * *Canone*, contra *Novatianos* in univerſum decretum eſſe, μὴ ἐν τῇ πόλει δύο ἐπίσκοποι ὦσιν, *in qualibet civitate unicum tantùm*, non *plures Epiſcopos admittendos* eſſe. Quam ad rem qui plura cupit, adeat *Notas* in *Cod: Can: Eccleſiæ Univerſæ*, p. 146. eadémque apud *D. Blondellum* relegat, *Apol:* p. 189.

* *Apol:* p. 188.

* *Can:* VIII.

§. 22. Hæc certè de *Româ*, *Epheso*, *Antiochiâ*, *Corintho* satis manifesta, si etiam *Hierosolymis* locum habere possent, exinde lucem aliquam tenebris istis, quæ περὶ τῶν ἐν Ἱεροσολύμοις ἐπισκόπων χρόνων occupasse dicuntur, exorituram sperarem. *Episcoporum* enim *Hierosolyma* primorum (post *Jacobum*, & *Simeonem* usque ad *Marcum*) tempora σκοτόμαινα nequaquam se reperisse fatetur *Eusebius*, id tantum ἐξ ἱστορίων accepisse, A *Christo* ad obsidionem *Judæorum ab Adriano factam*, quindecim *Episcoporum* successiones fuisse, quos, inquit, omnes *Hebræos* fuisse affirmabatur, *Jacobum* scilicet, *Simeonem*, *Justum*, *Zacchæum*, *Tobiam*, *Benjaminum*, *Joannem*, *Matthiam*, *Philippum*, *Senecam*, *Justum*, *Levi*, *Ephramum*, *Josephum*, *Judam*, post quem primus è *Gentibus Marcus* sedere cœpit.

* l. IV. c. 5'.

§. 23. Ex hâc βραχυβίων, ut *Eusebio* visum est, historiâ, mirum est quam sibi prolixas tragœdias exordiendi occasionem arripuerit *D. Blondellus*, ut sic παιδάσει suæ de περιοχῇ ἐπισκόπων περισπασίᾳ inserviret. Ex quidem tanti non sunt, ut hic *Lectori* extra orbitam, & ad nauseam proponam. Verùm si conjecturæ (in re obscurâ) non adeò improbabili locus, aut venia sperari posset, non gravarer ego ἔμπαλιν, aut *symbolam* meam hic adjicere; sc. licet ut alibi, sic & *Hierosolymis*, post excidii saltem sub *Tito tempora*, *Gentilibus* jam tum non paucis civitatem occupantibus, & ad *fidem* demum *Christi* conversis, suum à *Judæis* disterminatum cœtum fuisse, cui licèt, ad *Marci* illius tempora, *Hebræi Episcopi* præsiderent (eodem planè exemplo, quo & *Paulus*, *Hebræus* ipse ex *Hebræis*, *Romæ*, *Antiochiæ*, *Corinthi*, *Ephesi*, *Gentiles* ad fidem à se vocatos aliquandiu gubernabat, & quo *Timotheus*, circumcisus & ipse, *Gentilibus Ephesinis* præponebatur) poterant tamen *Hebræi* fideles ut aliis multis, sic & ipsâ, quâ utebantur, *linguâ* ab *alienigenis* disjuncti, (præsertim cùm ab ipsis *Hellenistis*, i. e. *Græcè* loquentibus *Judæis* quadantenus divisi essent, *Act.* VI 1.) suum etiam cœtum separatum, atque à *Gentium* fidelibus distinctum, sub *Episcopo* suo usque servare.

* *Præf.* p. 14.

§ 24. Quâ in re, conjecturæ nostræ suffragium suum tulisse *Hugonem Grotium*, τὸν πάνυ, ex annotationibus posthumis ad *Apoc.* XI. 3. nuper editis, & postquam hæc omnia *Typographo* transmissa essent, cursim perlectis edoctus gratulor. Sic enim ille, de *duobus testibus*. *Duo Christianorum genera ex multitudine Æliam deductâ exstiterunt, ex Judæis orta & alienigenis, Qui cum diversâ linguâ loquerentur, Judæi Hebraicâ, alienigenæ Græcâ,*

Græcâ, necessario & duos fecere conventus, sive Ecclesias. Hîc duo illi conventus (putarim potius *Episcopi* horum conventuum) *vocantur testes duo, quia illustre Deo testimonium præbebant. Et quia facti ex Judæis Christiani opponebunt se aliorum Judæorum vitiis, sicut olim Moses fecerat, ideò Mosi comparantur, & quia vocati ex Gentibus idololatriam oppugnabant, ideò Eliæ comparantur, qui Idololatriam & olim destruxerat. Tempus autem hîc expressum terminatur, in principio motus Judaici, qui fuit sub Adriano.* Atque inde futurum erit, ut quindecim isti à *Christo* ad *Adrianeum* excidium *Episcopi* non in uno *Judæorum* omnes, sed divisim alii in *Judæorum*, alii in *Gentilium* cœtu, aut *Ecclesiâ* (i. e. in *cathedra* non unâ, sed geminâ) præsederint. Neque nobis opus erit, ut aut ad *Eusebii* βραχυβιβλα, aut ad perpetuam *D. Blondelli* seniorum præsidentiam confugiamus; Judicent viri docti. Nos interim in orbitam redeamus.

Cap. II.

Epistola ad universum Corinthi παροικίαν *scripta. Corinthus Achaiæ Metropolis, Act.* XVIII. 12. *Pauli Epistolæ Corinthiis inscriptæ, ad omnes Achaiæ fideles missæ sunt,* I. Cor. I. 1, 2. ἐν παντὶ τόπῳ, I. Cor. XVI. 15. c. III. 6. *Act.* XVIII. 27. *Ro.* XVI. 16. & v. 1. & 5. *Ro.* XV. 26. II. Cor. IX. 2. & XI. 8. *Episcopi singulares Clementis tempore aliquando* πρεσβύτεροι *dicti. Per singulas Civitates & Regiones Episcopi constituti.*

§. 1. ISTis de *Authore* ipso præmissis, ita ut ab eo, qui tantæ *Civitatis singularis Episcopus* fuerit, causæ nostræ valdè timendum non sit, Quædam deinceps de hâc ejus *Epistolâ* præmonenda sunt.

§. 2. *Primò*, Eam ad *Corinthios* scriptam esse, aut ad *Ecclesiam Dei* παροικοῦσαν Κόρινθον; Eâ φράσει idem sine dubio significatur, quod, cùm à *Polycarpo* cum *dativo*, usurpetur, παροικία ἐκκλησία, aut, cùm apud *Ignatium* τίνα χωρεῖν Ῥωμαίων, aut hîc ἐκκλησίας Θεοῦ παροικούσης Ῥώμην mentio fiat, sic ut ubique πόλις simul, & χώρα significetur, cùm *urbe Regio* integra (*territorium Corintho* adjacens) quæ ab *Antiquis* παροικία dicebatur, & apud *Eusebium*, cùm de *Dionysio Corinthiorum Episcopo* loquatur, ἡ ἐν Κορίνθῳ παροικία. *l. IV. c. xx.

§. 3. *Secundo*, Hanc *Corinthiorum civitatem, Achaiæ*, i. e. *Græciæ*, (Ἀχαΐαν & Ἑλλάδα καλεῖ) *metropolim* fuisse, In quâ siquidem, ut in *civitate*, πολλῷ πλούτῳ καὶ σοφίᾳ, *multâ opulentiâ & sapientiâ*

ſapientiâ ſuperbiente, *Achaiæ Proconſul* ſedem ſuam figebat, *Act.* XVIII. 12. *Judicia* exercebat, v. 15.

§. 4. *Tertiò*, Ex his conſectaneum eſſe, ut quæ hîc *Eccleſiæ* περιεχόσῃ κόσμον dabatur, *Epiſtola*, non ad unius civitatis *Eccleſiam*, ſed ad omnes *totius Achaiæ Chriſtianos*, per ſingulas *civitates*, & *regiones*, ſub *Epiſcopis*, aut *Præfectis* ſuis, ubique collocatas miſſa exiſtimetur.

§. 5. Hoc de *Pauli* ad *Corinthios Epiſtolis* omnino pronuntiandum eſſe, nobiſcum ſtatuet, quiſquis eas vel leviter degustaverit, (nec igitur de hâc *Clementis* ambigi poterit, qui ad eos ipſos, quibus à *Paulo Epiſtolam* receperant, ſe jam ſcribere affirmavit.) De poſteriori earum, *Clariſſima Apoſtoli* verba ſunt, II. *Cor.* I. 1. τῇ ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ τῇ οὔσῃ ἐν Κορίνθῳ, σὺν τοῖς ἁγίοις τοῖς οὖσιν ἐν ὅλῃ τῇ Ἀχαΐᾳ, Ad *Achaicos nempe univerſos, ſub unius Corinthi nomine miſſam eſſe*; Et in eandem fortè ſententiam explicanda eſt φράσις iſta I. *Cor.* I. 2. [πᾶσιν ἐπικαλουμένοις τὸ ὄνομα Χριστοῦ ἐν παντὶ τόπῳ] *omnibus Chriſtianis in omni loco*, (non in omni, per univerſum *orbem* ſimpliciter, loco, nec enim *Catholicam* ſcripſiſſe *Epiſtolam* cenſebitur, nec *inceſtuoſos concubitus Individuo*, ut loquuntur, *vago* objeciſſe, I. *Cor.* V. 1. nec ab *univerſâ* per omnes mundi plagas ſparſâ *Eccleſiâ* literas, quibus hîc reſponſum adornaret, c. VII. 1. accepiſſe, ſed) ἐν παντὶ τόπῳ *in totâ* demum *regione*, quatenus illa uni *Corinthi civitati* opponitur, & πᾶσι τοῖς κλίμασι τῆς Ἀχαΐας, *omnibus Achaiæ oris æquipollet*; A quibus *Stephanas*, totius *Achaiæ* ἀπαρχὴ, I. *Cor.* XVI. 15. (quod cùm eodem modo de *Epæneto* affirmetur, *Ro.* XVI. 5. vel de diverſis *Achaiæ civitatibus* explicandum videbitur, ſic ut in unâ *Stephanas*, in aliâ *Epænetus* fidem *Chriſti primus* amplexus ſit, vel quòd *Epænetus* omnium primus, *Stephanæ familia*, prima *familia*,) ſimúlque *Fortunatus*, & *Achaicus* v. 17. omnium in *Achaiâ Eccleſiarum* nomine (ὑστέρημα, inquit *Paulus*, τῶν ὑμετέρων ἀναπληρώσαντες, & ἀναγκάσαντες αὐτῷ ἐκεῖ τῆς διχοστασίας καὶ τῶν ἄλλων ἁμαρτημάτων, inquiunt *Graci ſcholiaſtæ*, *contentionem*, aliáque non pauca, quæ ab eo corripienda erant, flagitia annuntiaturi) ad *Apoſtolum* iter ſuſceperant.

§. 6. Sic, quod apud *Corinthios* feciſſe *Apollos* dicitur, [Ἀπόλλως ἐπόησεν ὑμᾶς] I. *Cor.* III. 6. illud ad totius *Achaiæ Chriſtianos* ſpectaſſe, rei geſtæ *Hiſtoria* monſtrat, *Act.* XVIII. 27. Βουλομένου αὐτοῦ διελθεῖν εἰς τὴν Ἀχαΐαν, cùm in *Achaiam profectionem inſtitueret*, *ſcripſerunt fratres diſcipulis* (non *Corinthi* tantummodo,

modo, sed per *universam* denuò *Achaiam*) ut *eum* alacriter *reciperent*, Ὃς παραγενόμενος, *qui cùm veniret* (in *Achaiam* sine dubio, quam statuebat διελθεῖν) πολὺ συνεβάλετο τοῖς πεπιστευκόσι, *iis qui credebant* (per universam iterum *Achaiam*) multùm contulit, inquit *Lucas*, ἐπότισε, inquit *Paulus*, *glebas* omnes, quibus *fides* priùs inseminata est, *irrigavit*.

§. 7. Sic in *Epistolâ* ad *Romanos*, ἀπὸ Κορίνθου scriptâ, *salutant*, inquit, *vos*, *in plurali* (non quæ *Corinthi* tantùm erat) ἐκκλησίαι τοῦ Χριστοῦ, c. XVI. 16. Sic & τὴν ἐν Κεγχρεαῖς ἐκκλησίαν, cujus *Phœbe* διάκονος, mentio est, *Rom.* XVI. 1. (ne γλῶσσαν τινὰ ἔλεγεν ἐκείνων (i. e. *Priscillæ & Aquilæ*) ἐκκλησίαν, v. 5. adjicere opus fit.)

§. 8. Sic quod in *Epistolis* ad *Corinthios* de *collectâ* in *Judæam* mittendâ scribit *Apostolus*, I. *Cor.* XVI. 1. II *Cor.* VIII. & IX. *ad totam Achaiam* pertinuisse apparet, *Ro.* XV. 26. Εὐδόκησε Μακεδονία καὶ Ἀχαΐα κοινωνίαν τινὰ ποιήσασθαι, & II. *Cor.* IX. 2. οἶδα τὴν προθυμίαν ὑμῶν, *Novi alacritatem vestram*, ὅτι Ἀχαΐα παρασκευάζεται ἀπὸ πέρυσι, *Achaia enim jamdiu parata est*; Palam est ὑμᾶς, i. e. *Corinthios*, (ad quos *Epistola* scripta est) & *Achaiam* idem significare.

§. 9. Sic quod c. XI. 8. dicitur [πρὸς ὑμᾶς, καὶ ὑστερηθεὶς οὐ κατενάρκησα οὐδενός] ad *Corinthum*, unicam *civitatem*, restringendum non esse, sed ad universam *Achaia Ecclesiam* spectare, monstratur, v. 10. οὐ καύχησις αὕτη ἡ φραγήσεται εἰς ἐμὲ ἐν τοῖς κλίμασι τῆς Ἀχαΐας. In re manifestâ pluribus opus non est.

§. 10. *Quartò* igitur, ex his præmissis patet, cùm in universâ *Achaiâ*, pluribus civitatibus ad fidem *Christi* conversis, plures itidem ab *Apostolis Episcopi* præficerentur, cúmq; *Episcopi singulares*, & ante, & sub, & post *Clementis Romani* tempora, πρεσβύτεροι etiam nuncuparentur, nihil causæ nostræ officere, si plurium in *Epistola* ista πρεσβυτέρων mentio reperiatur, nec enim ex ea consequi, quod * *D. Blondellus* concludendum putavit, [*Episcopos qui fraternitati per singulas urbes præfecti sunt, una plures, illósque Presbyteros fuisse*,] sed illud tantùm per *plures civitates*, *plures Episcopos*, seu in *singulis civitatibus singulos*, totidem διακόνους, aut πρεσβυτέρους *singulares Præfectos*, ab *Apostolis* constitutos esse. Illud diserte verbis affirmante *Clemente*, κατὰ χώρας δὲ καὶ πόλεις (quod enim de *Chorepiscopis* hinc colligit *D. Blondellus* jamdudum ad examen revocavimus) κηρύσσοντες Ἀποστόλους καθίστανον τὰς ἀπαρχὰς αὐτῶν, δοκιμάσαντες τῷ πνεύματι, εἰς ἐπισκόπους, &c. eósq; sic *constituunt*, quandoq; πρεσβυτέρους, quandoq; & frequentiùs ἐπισκόπων titulo donatos esse.

* *Apol.* p. 121.

CAP.

Cap. III.

Occasio Epistolæ. Seditio secunda, à pauculis nullam in Ecclesia dignitatem adeptis, contra Episcopos, eos à sede suâ deturbans. Clementis Interpretatio semel emendata. Contentio hæc in forum erupit. Ἡγουμένοις pro civilibus Magistratibus. Οἰκονομία πόλεως. Clementis verba sine causâ à D. Blondello mutata. Σχίσις hæc pejor erat, quæ Pauli tempore præcesserat.

§. 1. ISti sic prælibatis, pauca etiam de occasione hujus *Epistolæ* subjicienda sunt.

§. 2. Et primò notissimum est, *seditionem* in *Ecclesiâ* seu *Corinthiacâ*, seu, rectiùs, *Achaicâ*, *secundò* obortam, hanc nunc *Clementi*, ut *priùs Paulo*, *Epistolam* extorsisse.

§. 3. *Secundò*, *seditionem* hanc *à pauculis*, iisque nullam in *Ecclesiâ* dignitatem adeptis, contra *Episcopos*, aut *Ecclesiarum Præfectos*, excitatam esse, & in tantum profectisse, ut *Episcopos* ipsos sedibus suis deturbaverit.

§. 4. Hæc singula ex ipsius *Epistolæ* verbis clarissima redduntur.

a pag. 2. *A pauculis*] sic enim *Clemens* [a] Μιᾶς γάρ, ἣν ὀλίγα πρόσωπα προσεῖλῆ καὶ αὐθάδη ἐξάγαγε, &c. &, [b] διὰ τοῦτο, ἀγαπητοί, δι' ἓν ἢ δύο πρόσωπα σαίνειν *Nullam in Ecclesiâ dignitatem adeptis*] [c] ἐπιγέγραπται, inquit, οἱ ἄρχοντες, οἱ νέοι &c. & [d] postea, καλαγνώσεσθε, πῶς ὑμεῖς ἠθετήσατε— *Contra Episcopos, aut Ecclesiarum Præfectos*] [e] ὅτι πολὺ ἐνδίμιος, inquit, & ὅτι πολὺ πρεσβύτερος. *Episcopos* denique *à sedibus suis deturbatos esse.*] [f] πῶς, inquit, καλασεσίλας ὑπ' ἐκείνων, (i. e. Ἀποστόλων] ἢ μεταξὺ ὑφ' ἑτέρων ἐλλογίμων ἀνδρῶν— καὶ λειτουργήσαντας ἀμέμπτως τῷ ποιμνίῳ τοῦ Χριστοῦ— τούτους ἀδίκως νομίζομεν ἀποβεβλῆσθαι τῆς λειτουργίας, *Ab Apostolis, & postea ab aliis illustribus viris* (*Apostolis* nempe *secundariis*) *constitutos, & inculpatè ovili Christi inservientes, non existimamus ministerio suo justè deturbari*, & [g] iterum, ἀμαρτία ἡμῖν ἔσται, ἐὰν πῶς ἀμέμπτως καὶ ὁσίως προσενέγκοντας δῶρα, τῆς ἐπισκοπῆς ἀποβαλώμεν, ubi quod priùs dicebatur [ἀποβάλλεσθαι τῆς λειτουργίας] jam explicatiùs dicitur [ἀποβαλώμεν τῆς ἐπισκοπῆς] quod ideò hic intelligendum, non ut [τῆς ἐπισκοπῆς] cum [δῶρα] nectatur, reddatúrque [*Episcopatus munera offerunt*] (quod doctissimo *Clementis Interpreti*, quomodocunque excideri, jam certè non placet) sed ut cum verbo [ἀποβαλώμεν] conjunctum, in hanc sententiam dilucidè conspiret, *Inculpatos, & pios Ecclesiarum Præpositos, Episcopatu dejectos, & deturbatos esse.* Et iterum, Ὁρᾶτε γὰρ ὅτι ἐνίους ὑμεῖς μετηλάξατε καλῶς πολιτευομένους ἀπὸ τῆς ἀμέμπτως ἀνειλημμένης λειτουργίας.

b pag. 61.

c pag. 4.

d pag. 61.

e p. 4. & 61.

f pag. 59.

g ibid.

§. 5.

§. 5. *Tertiò, Procellam hanc in Ecclesiâ ortam, etiam in forum erupisse*, ipsúmque *civilem* statum sollicitâsse. Hinc est, quòd non solum * ζῆλος καὶ ἔρις, sed & στάσις καὶ διαγμὸς, καὶ ἀκαλαστασίας eos inculet. Hinc *obedientiæ* τοῖς ἡγουμένοις debitæ mentio; Ubi per ἡγουμένους *Magistratus civiles*, à *Præfectis Ecclesiasticis* distinctos, (ἡγουμένους ὑμῶν dictos, cùm illi παρ' ὑμῖν *inter vos*, in *Ecclesiâ* vestrâ προϊστῶτες dicerentur) ipsos fortassis *ad fidem conversos* (qualis *Erastus ipsius Pauli* tempore, οἰκονόμος τῆς πόλεως, I. *Cor.* XVI. 23. i.e. ὁ ταμιοῦχος καὶ διοικητὴς Κορίνθου, πλούτῳ καὶ ἀξιώματι, *opibus & dignitate præcellens*, inquit *Theophylactus*) intelligendos esse (contrà quàm [h] *D. Blondellus* censet) quamplurima demonstrant. Ut, cùm de *Paulo* dicatur, quòd [i] μαζυρήσας διὰ τὴν ἡμῶν ἀπολλάγη τὸν κόσμον, cùm de *Jacobo*, quòd ab eo orti [k] βασιλεῖς, καὶ ἄρχοντες, καὶ ἡγούμενοι, cùm de *Chiliarchis*, quòd [l] χαλδίου τοῖς ἡγουμένοις, cùm *Pharaoni* adjungantur [m] πάντες ἡγούμενοι Αἰγύπτου, cùm simul ponantur [n] πολλοὶ βασιλεῖς καὶ ἡγούμενοι, & jubeantur βασιλεῦσι τὰ ὑποτασσόμενα ὑπὸ τὸν βασιλέως, καὶ τῶν ἡγουμένων.

* pag. 4.

h *Apol:* p. 12.
i pag. 8.
k pag. 4.
l pag. 48.
m pag. 67.
n pag. 70.

§. 6. Quæ omnia hîc recitanda erant, ne quis *Ecclesiarum Præfectos*, quos *Heb.* XIII. 7. sic appellatos videmus, hîc etiam hâc voce intelligendos esse suspicaretur. Quod ut faceret *D. Blondellus*, duplici molimine illi opus erat, 1. προϊστῶτες (illis postpositi, p. 2.) *Seniores*, i.e. *ætate graves* reddendi erant; dein textus *Clementis* sollicitandus, & pro iis, quæ in vulgato *codice* sic legimus [ἐν τοῖς νόμοις τοῦ Θεοῦ ὑποτάσσεσθε, ὑποτασσόμενοι τοῖς ἡγουμένοις ὑμῶν, καὶ τιμῶντες καθήκως ἀπονέμοντες τοῖς παρ' ὑμῖν προϊστῶσι, νέοις τε μέτρια, καὶ σωφρονεῖν ἐπιβάλλοντες] (contra totam contextus seriem, & sine quâvis exemplaris emendationis σκιᾷ) substituenda [ἀπονέμειν ἐπιβάλλοντες] Adeò nihil non liberè tentabitur, quod servire quovismodo videatur.

§. 7. *Quartò, Stilum hanc eodem ferè fundamento nixam esse, quo ea quæ Sancti Pauli tempore se prodiderat*, cùm se *Pauli unus, alter Apollo, alter Cephæ* discipulum, & *sectatorem* venditaret; Eâ tamen multò turpiorem (ut & magis cruentam) quòd tunc, inquit *Clemens*, *Apostolis testatissimis viris*, *Petro*, & *Paulo*, & ἀνδρὶ παρ' αὐτοῖς δεδοκιμασμένῳ, *Apollo* scilicet, περισκλήτοις, *nunc verò à duobus, aut tribus vilibus mancipiis*, qui sine omni *missione* se ad *clavum Ecclesiæ* sistebant, abriperentur.

Cap. IV.

Primum Clementis testimonium. Secundum. Episcopi ab Apostolis, ut illi à Christo, Christus à Deo. Iis soli Diaconi adjuncti. Apostoli πνεύματι δοκιμάζοντες eos quos ordinabant. Revelationes Apostolis datæ. Nemo tunc sine Spiritus dictamine promotus. Matthias, Paulus, Timotheus, I.*Tim.* IV. 14. & I. 18. *προφητεία. Act.* XX. 28. *Asiæ Episcopi.*

§. 1. TAndem igitur opportunum erit, *Clementem* ex professo loquentem, & quibus demum argumentis hæc illis ferocia minuenda erat, monstrantem, audire, simúlque suffragio tanti viri & *testimoniis* uti, singulis certè ad stabiliendam thesin nostram, non ad destruendam gnaviter operam daturis.

* pag. 2. §. 2. *Primum testimonium,* * Ἐν τοῖς νόμοις τῆ Θεῦ πορεύεσθε, ὑποτασσόμενοι τοῖς ἡγυμένοις ὑμῶν, καὶ τοῖς παρ' ὑμῶν πρεσβυτέροις τιμὴν ἀπονέμοντες—— Hìc, ut *obedientia* ἡγυμένοις, ita *debitus honor* πρεσβυτέροις, *Ecclesiarum Præfectis*, præstandus, inter *Dei leges* numeratur. Sic & posteà, *Timori isti*, qui *Domino Jesu Christo, reverentiæ*, quæ *magistratibus* debetur, τῶν πρεσβυτέρων τιμὴν immediatè subjiciendum curavit; * Τὸν Κύριον Ἰησῦν Χριστὸν ἐντραπῶμεν, τοὺς προηγυμένους ὑμῶν αἰδεσθῶμεν, τοὺς πρεσβυτέρους ὑμῶν τιμήσωμεν.

* pag. 3.

§. 3. *Secundum testimonium,* Ἐξεπέμφθη, inquit, ὁ Χριστὸς ἀπὸ Θεῦ, καὶ οἱ Ἀπόστολοι ἀπὸ τῦ Χριστῦ, illi verò ὡρμήθησαν εὐαγγελιζόμενοι, καὶ κηρύσσοντες ἐν ταῖς πόλεσι καὶ χώραις, καὶ κατέστησαν τὰς ἀπαρχὰς αὐτῶν, δοκιμάσαντες τῷ πνεύματι, εἰς ἐπισκόπους καὶ διακόνους τῶν μελλόντων πιστεύειν. Hìc ut *Christus* (*magnus Apostolus* noster) à *Patre*, sic *Apostoli* à *Christo*, *Episcopi* ab *Apostolis missi* dicuntur, iisque hoc primo *Evangelii* mane, soli *Diaconi* adjuncti. His stipati *Episcopi*, ut olim *Levitis* Ἀρχιερεῖς, quamprimùm in *regione* aut *civitate* quâvis *fides* reciperetur, ubique *constituebantur*, *Ecclesias* nondum natas, sed ad partum (bonis *Dei* auspiciis) festinantes, brachiis atque ulnis suis *susceptur*i, & *administraturi*.

§. 4. Hæc quàm pulchrè cum iis, quæ ad *Phil.* I. 1. notavimus, & βαδυτάτοις, quas laudavit *Epiphanius*, ἐκκλησίαις conveniant,* priùs dictum est.

* Diss. IV. c. 10.

§. 5. In hoc *secundo testimonio*, Illud etiam notandum est, *Apostolos*, cùm *Episcopos* ordinarent, eos τῷ πνεύματι δοκιμάσαι, *Spiritu examinasse*, & *probasse*, i. e. *revelationibus* edoctos esse, quibus demum hæc dignitas communicanda esset (quod & posteà non semel innuitur, cùm *Apostoli* προγνῶσιν, *præcognitionem*, i. e. *revelationem*

revelationem ἐπληρώσε τελείαν, hos *constituisse*, & ὕστερον δεδοκιμασμένοι, eodem *Spiritu approbati*, his succeſſiſſe dicantur. Quod & *Moſis* exemplo illuſtrat, qui προείπω, inquit, *Deo revelante*, præſcivit, *Aaroni Sacerdotium obventurum* eſſe, &c.) Nec igitur quempiam ſine ipſius *Divini Spiritus* dictamine ad *dignitatem* iſtam promoviſſe.

§. 6. Illud de *Matthiâ* 1um, *Act.* I. 24. dein de *Paulo* & *Barnabâ* factum novimus, *Spiritum* quippe *ſanctum* diſertè edixiſſe, ἀφορίσατέ μοι, *ſeparate mihi Paulum & Barnabam ad opus*, &c. *Act.* XIII. 2. Sic *Timotheo* χάρισμα illud *Epiſcopalis authoritatis* διὰ προφητείας ἐδόθη, I. *Tim.* IV. 14. & χεὶρ τῆς πρεσβυτερίου ἐπ' αὐτῷ προφητείας, c. I. 18. *per prophetiam*, vel *prophetias* dabatur: quibus rei *præſentis* (non ſolùm futuræ) *revelationem* ſignificari monſtrat *Paulus*, I. *Cor.* XIV. ubi quod [προφητεύειν] eſt v. 24. & 31. v. 30. per [ἀποκαλυφθῆναι αὐτῷ τι] explicatur. Videatur *Chryſoſtomus*, & *Theophylactus* ad illa *Apoſtoli* ad *Timotheum*, I. *Ep.* c. IV. 14. verba: Τὸ δὲ διὰ προφητείας μετὰ ἐπιθέσεως τῆς χειρὸς τοῦ πρεσβυτερίου ἐδόθη σοι τῆς θείας δωρεᾶς, ἔφη, ὥστε τὸ ἀξίωμα διὰ τοῦτο μείζονα ἔχειν, τὸ διὰ προφητείας γενόμενον οἱ ἱερεῖς, τετύπωνται, ἀπὸ τοῦ πνεύματος ἁγίου, ὅπερ ὁ Τιμόθεος ἠρνήθη ὅτι τὸ ἱερωσύνη.

§. 7. Imò non de *Timotheo* ſolo *adoleſcente* (ad *Epiſcopatum* evecto) ſed de omnibus *Aſiæ Epiſcopis* affirmatum videmus, *Spiritum ſanctum eos gregi ipſorum præfeciſſe*, *Act.* XX. 28. Ita quidem de *Johanne Apoſtolo Clemens Alexandrinus* apud * *Euſebium*, ad *vicinas gentium regiones rogatum iviſſe*, Ὅπου ἐπισκόπους καταστήσοντα — ὅπου δέ γε κλῆρον ἕνα πνὰ κληρώσοντα, τοῦτ' ἔστι τὸ πνεῦμα τοῦτο σημανομένων. * l. III. c. xxy.

§. 8. Nihil, ad *Primorum Epiſcoporum Authoritatem* magis vindicandam, & *Apoſtolis* ipſis μικρῷ δεῖν æquandam, ab *Apoſtolico* viro, & *Epiſcopo*, dici potuit.

Cap. V.

Prima Blondelli conclusio ex hoc secundo Testimonio deducta, examinatur. Tota Blondelli spes de πρεσβυτέρων cum διακόνων concidit. Jacobus & Simeon promoti, ut Christi ἀνεψιοὶ. Sic Diaconi non ætate, sed merito electi. Καθιστᾶν quid. Act. VI. 3. 6. Blondelli inventum de πρεσβυτέρων & διακόνων soli Pseudo-Ambrosio innixum. Scripturæ adductæ nihil probant, Act. I. 21. Andreas primus ad Christum accessit, Philippus πρωτόκλητος, & tamen πρῶτος Simon. Sortes πρωτοκλησίαι non indicant. Centilia frustra advocata, ut & ἀπαρχῶν mentiones in Scripturâ.

§. 1. EX hoc *secundo Clementis testimonio* quid de *Chorepiscoperum* antiquitate concludi voluit *D. Blondellus*, * prius perpendimus; At & alia itidem tria sunt, quæ (in rem & commodum suum futura) hinc colligenda putavit *vir Doctissimus.*

* *Diss.* III. c. 3. §. 17. *&c.*

§. 2. 1. *Apostolos primitiis suis*, i. e. *primis ad fidem vocatis* (*si modò probabiles essent*) *Ecclesiastica munera demandare solitos.*

2. *Binos tantùm Clerì gradus, Episcoporum scilicet, & Diaconorum, hîc recenseri, in Episcopis autem Presbyteros fuisse.*

3. *Apostolos binorum istorum graduum institutores, non Moysis Septuaginta Seniores cooptantis exemplo, non Synagogæ sacrarii ministros, in Pontificem, Sacerdotes, Levitas distinguentis præscripto, non Christi septuaginta discipulos Apostolis succenturiantis mandato, sed solâ Oraculi prophetici authoritate permotos fuisse.*

§. 3. Hæc *tria* quàm rectè hinc concluſa, & quàm commodè dicta sint, libet paucis disquirere.

§. 4. Ad *primum* quod attinet, 1. Verum est, & quod *Clementis* testimonio firmatum agnoscimus, *Apostolos*, ἀπαρχαῖς, i. e. *Primis ad fidem vocatis*, & *conversis*, *Ecclesiastica munera demandâsse.*

§. 5. Verùm 2do, & illud statim à *Clemente*, ad modum *restrictionis*, adjectum est [δοκιμάσαντες τῷ πνεύματι] Ex hoc igitur æquè concludi debuit, cùm *plures primò conversi* fuerint, aliquos tantùm eorum, ex sententiâ *Clementis*, non *omnes*, eósque *illos* qui à *S. Spiritu probati* essent, non qui (minutias temporis æstimando) *primi* omnium primorum crediderant, aut *baptizati* fuerant, solâ *Ordinis*, nullâ *meriti*, aut *approbationis divinæ* ratione habitâ, *Episcopos*, & *Diaconos constitutos* esse.

§. 6. Illud quodammodo agnoscit *D. Blondellus*, cùm *parenthesi* istâ [*si modò probabiles essent*] *thesin* suam emollire cogeretur.

retur. Quod tamen illud ipsum est, quod postea in *Ecclesiam invectum* sæpius conqueritur, *merito scilicet, non ætate creatos esse.*

§. 7. At quid demùm ex hâc observatione lucraturus erat *D. Blondellus*? Illud in his ad *Clementem* scholiis nondum elocutus est, sed cùm p. 52. ex *Pseud-Ambrosio* notasset [*nascente primùm Christianismo, ubicunque Presbyterorum aggregari collegium cœpit, Presbyterum inter collegas antiquissimum, consessus totius caput, & πρωτῶτα, jure quodam πολιτείας factum esse*] id (ne ex unâ tam belli *scriptoris* auctoritate pendere videretur) *ex intimo remotissimæ Antiquitatis sinu repetitis argumentis undique muniendum* suscepit, & tunc statim, [*scripserat*, inquit, *Clemens ex Romanæ Ecclesiæ Personâ, Primitiis suis Episcopatum ab Apostolis ubique concreditum.*]

§. 8. Videmus jam quare hoc *Clementis* testimonium in tantum *D. Blondello* placebat, nimirum, ut ex eo, *Apostolica Presbyterorum paritas, inter quos πολιτείαν*, inquit, *præsidentia*, aut *primatus obtigit*, confirmata putaretur.

§. 9. At piget dicere, quàm nihil hoc *Clementis* dictum, ad hunc omnis spei *Blondellianæ* fundum pertinuerit.

Primò enim, Nullus hîc de aggregando *Presbyterorum collegio Clementi* sermo instituebatur, sed de eo tantùm *nascentis Ecclesiæ statu*, in quo *plures fideles nondum essent*, ideóque sine dubio, nec *Presbyteri* instituerentur. Tunc, inquit *Clemens*, οἱ μέλλοντες πεδίον, tantæ *Apostolis* curæ fuerunt, ut *Episcopum in qualibet civitate*, solo *Diacono* accinctum, *constituendum* putarent. Nec igitur quicquam hîc in voce [ἀπεχαῖς,] quod πολυχειροτονίαν, aut πολιτείαν, i.e. *antiquissimo Presbytero* competat, sed de *primis* solummodo *ad fidem conversis*, πολιτείαν, (quibus iccirco præ aliis *fidelibus*, si quiresset, non præ aliis *Presbyteris*, qui omnino nulli erant, πρωτεῖα, aut *primatus* competebat) sermo omnis nectebatur. Et sic ilico in auras evanuit unicum illud, quod *D. Blondello* usui futurum erat, testimonium.

§. 10. *Secundò*, Quod de ἀπεχαῖς hîc dicit *Clemens*, æquè ad *Diaconos*, ac ad *Episcopos* pertinebat, [in *Diaconos* nimirum *primitias* istas *constituisse Apostolos.*]

§. 11. Imò *Tertiò*, Nec uni illi, qui inter conversos simpliciter *primus* fuit, hanc πρωτεῖαν contigisse affirmat *Clemens*, tunc enim nullus τῇ τῶ πεδίου λειμῶν locus esset, sed inter eos qui *primi conversi* sunt, quotuscunque illorum numerus esset, aliquos

in variis *provinciis*, & *civitatibus*, in *Episcopos ordinatos* fuisse, (quos scilicet *Spiritus sanctus* tali munere dignos pronuntiaverat) alios itidem ubique in *Diaconos*; Illud unum est, quod hîc *Clemens* pronuntiat.

§. 12. Nec igitur αὐτοκλησία, sed *S. Spiritus revelationi*, & *approbationi* imputandum esse, quod quispiam in *Episcopum constitueretur*.

§. 13. Hoc in *Matthiæ* ad *Apostolatum* surrogatione satis patet. Patet etiam in *Jacobo*, primo *Hierosolymorum Episcopo*, ejúsque successore *Simeone*, nulla αὐτοκλησίας prærogativâ ad *Clavum* istum evectis, sed (præter meriti præstantiam) ex eo potiùs, quòd *Christi ἀνέψιοι*, aut *fratres* vulgò dicti essent, ad eam dignitatem *assumptis*. Sic enim *Hegesippus* apud * *Eusebium*. Μετὰ τὸ μαρτυρῆσαι Ἰάκωβον τὸν Δίκαιον, πάλιν Συμεὼν ὁ τοῦ Κλωπᾶ καθίσταται ὃν προέθεντο πάντες ὅντα ἀνέψιον τοῦ Κυρίου δεύτερον, *Post Jacobi Justi Martyrium, iterum Symeon filius Cleophæ Episcopus constituitur, quem secundum Domini consobrinum existentem, aliis omnibus unanimi consensu omnes præposuerunt*. Quod & fusiùs ab *Eusebio* narratur, l. III. c. ια'. *Fama*, inquit, *est Apostolos & discipulos Domini, qui adhuc supererant, unâ cum his, quibus cum Domino secundum carnem cognatio intercessit, consilium inivisse, τὸν ἀπὸ τῆς κυριακῆς διαδοχῆς ἐπιγράψαι ἄξιον, quisnam dignus censendus esset, qui Jacobo succederet* (nullâ hîc ordinis, qui sic apud *Pseud-Ambrosium*, *D. Blondello* allubescebat; sed tantùm ἀξίας seu *meriti* mentio) ᾧ δὴ ἀπὸ μιᾶς γνώμης πάντας Συμεῶνα τὸν τῆς αὐτοῦ παροικίας θρόνου ἄξιον εἶναι δοκιμάσαι, ἀνέψιον, ὥς γε φασὶ, γεγονότα τοῦ Σωτῆρος, *Omnes ergo uno consensu Simeonem Ecclesiæ illius throno dignum esse existimarunt, Consobrinum quippe Servatoris existentem*.

* *Hist.* l. IV. c. xiβ'.

§. 14. Ubi itidem *electionis* per *suffragia factæ* mentio toto cœlo distermìnatur ab eo, quod ex *Clemente*, *D. Blondellus* colligendum putavit.

§. 15. Consulatur itidem *Clementis* dictum *hypotyp.* l. VI. apud *Eusebium* l. II. c. α'. *Petrum* nempe, *Jacobum* & *Johannem* (*Zebedæi filios*, μὴ διαπαλαίσαντας δόξης, ἀλλ' Ἰάκωβον τὸν Δίκαιον ἐπίσκοπον Ἱεροσολύμων ἑλέσθαι, *de gloriâ* (i. e. honore *Hierosolymitani Episcopatus*) *non contendisse, sed Jacobum Justum Episcopum Hierosolymitanum elegisse*. Apertissimum testimonium, quo ex *electione*, non ex *primogenituræ privilegio* his primis temporibus *Episcopum* constitutum esse apparet.

§. 16.

§.16. Idem etiam de *Diaconis* dici posset, *Act.* VI. quos ad illud munus nullâ, solius προτολαίας ratione habitâ, sed quatenus μαρτυρούμενοι ἄνδρες, πλήρεις πνεύματος καὶ σοφίας, evectos legimus, v.3.

§.17. *Quartò* igitur & illud notandum est, Hos ipsos, qui ex *primorum conversorum* numero *Episcopi* fiebant, *probatos* priùs, dein *constitutos* ab *Apostolis* fuisse, Καθίστανον Ἀποστόλοι εἰς ἐπισκόπους, inquit *Clemens* (quid verò sit καθιστάνειν priùs diximus, & ex comparatione 3tii & 6ti versus *sexti* capitis *Actorum* clariùs patet, ubi quod [καθιστάνειν εἰς πᾶσης χρείας] dicitur, v.3. est [προσδέξασθαι ἐπιθῆναι αὐτοῖς τὰς χεῖρας] v. 6.) Quod unum si advertisset *D. Blondellus*, has scilicet *Apostolorum primitias*, seu eos qui *fidem primi receperint*, post λοιμασίαν πάσματος, per χειροτονίαν demum *Apostolorum* in *Episcopos*, &, quod minus est, *Diacones* constitutos esse, certè fabrica omnis, quam huic *ex intimo remotissima antiquitatis sinu petito testimonio* superstruendam optavit, i.e. totius *Blondelliana* sententiæ, & causæ *tibicen*, & *columna* in terram ilico concidisset.

§.18. Et quoniam in istis nunc sumus, licèt causa nostra istis suppetiis non indigeat, (Quid enim nostri interest, an προτολαίνται, an alium quemvis in *Christo post-natum Apostoli* in *Episcopum* constituerint?) videbimus paucis, ecquod aliud magis idoneum firmamentum, cui *hypothesis* ista inniti posset, ex *remotissimâ Antiquitatis sinu D. Blondella* suppetat. Certè, præter unicum illum sub *Ambrosii* larvâ in *Ep. Paul. comm. scriptorem*, nullum.

§.19. Quæ enim de *Scripturis* peti voluit, ea nihil probant: *Primò* enim *Christum* ait, eos, quos primos ἐμαθήτευσεν, ad *Apostolicum fastigium* evexisse. At 1. nullibi illud constat, Hos singulos *duodecim discipulos* omnium mortalium primos fuisse, qui *Christi fidem* amplexi sunt; Hos ab eo constitutos affirmat *Marcus*, c.III. 14. ἵνα ὦσι μετ' αὐτοῦ, καὶ κηρύσσειν, &c. at præter eos alij sine dubio non pauci eo tempore *Christo* nomina dederant.

§.20. Imò cum *Iosepho*, & *Matthia*, alios multos, ἐν παντὶ χρόνῳ, ἐν ᾧ εἰσῆλθε καὶ ἐξῆλθεν ἐφ' ἡμᾶς ὁ Κύριος, ἀρξάμενος ἀπὸ τοῦ βαπτίσματος Ἰωάννου, *discipulis* his *consociatos* fuisse, *Petrus* ipse pronuntiat, *Act.* I. 21.

§.21. Secundò, De his ipsis *Christi* duodecim *Discipulis*, & *Apostolis*, illud utique notandum est, *Andream*, & cum eo alterum innominatum (*Iohannem*, crediderim, historiæ illius scriptorem) à *Baptistâ* primùm *Io.* I. 36. dein ab ipso *Christo* v. 40. edoctos,

edoctos, fidem *Christi* primos accepisse, ut patet v 42. Post hos, *Simonem* dein ad *Christum* ab *Andreâ* deductum esse v.43. *Philippum* interim omnium *primum*, ad *discipulatum*, vel famulitium *Christi*, admissum esse, illi primò omnium mortalium dictum esse, ἀκολούθει μοι v.44. *Philippo* dein alios accensèri c. II. (*Nathanielem*, uti videtur, c.I. 51. aliósque) quibus accinctus *Canam* v.2. *Capernaumum* v. 12. post & *Hierosolymas* v.13. profectus est; Dein *Judæam* peragravit, c.III. 22. *Jesus*, & μαθηταὶ αὐτοῦ, καὶ διέτριβε μετ' αὐτῶν, καὶ ἐβάπτιζον, (non *ipse* tamen, sed *discipuli* ejus c.IV. 2) & hæc omnia perfecit, cùm *Johannes Baptista* ἦν Αἰνὼν βαπτίζων, v.23. nondum *custodiæ traderetur* v.34. nec igitur adhuc *Andreas*, & *Simon*, *Mat.*IV. 19. ut nec *Jacobus*, & *Johannes*, v. 20. ad discipulatum assumerentur, quod ex *Mat.* IV. 12. *Mar.* I. 14. manifestum redditur, *Audito enim quòd Johannes tradebatur*, *divertit* (jam secundò) *Christus in Galilæam*, & ibi demum eos *vocavit*. Hoc certè, nec *Andream*, qui primus *accessit*, nec *Philippum*, qui primus *vocatus*, primus etiam *Christum* secutus est (cui igitur πρωτοκλησία planè contigit) quâvis inter compares πρωτοσία, quavis præ aliis collegis *primogenitura* prærogativâ gaudentem, videmus, πρῶτος Σίμων, inquit *Matthæus* c.X.2. qui & apud *Marcum primo* loco reponebatur.

§.22. At & tertiò, de *Episcopis* ab *Apostolis*, non de *Apostolis* à *Christo constitutis*, *hypothesis D. Blondelli* procedit, nec igitur *fundamento* isti (satis quidem invalidò) inniti debuit.

§.23. *Secundò*, ex *Petri* verbis *Act.*I.21. illud probari existimat. At *Petri* verba sic sonant, "Ενα τούτων, *Unum eorum, qui omni tempore à baptismo Johannis ad diem ascensionis Christi* συνῆλθον ἡμῖν, in defuncti *Traditoris* loco surrogandum esse, tandémque ex horum numero ἴσης δύο, *Josephum*, & *Matthiam*, neutrum, in quantum sciamus, πρωτοκλησίας *prærogativâ* utentem; Et denique (ne quid unquam in hac causâ *D. Blondello* prosperè successisse putaretur) ad *sortes* deventum est, quæ πρωτοκλησίαν à *post-nato* non distinguunt, sed tantummodo *propositi* divini decretum nobis indicant.

§.24. At *tertiò*, inquit *D. Blondellus*, *Gentium magister Paulus* (ille sine dubio nullo *primogenitura* jure gaudens) I.*Tim.*III. 16.V.22.& ex eo *Laodicena Synodus Can:*III. *Nicena*, *Can:*II. *Sardic:*c.X. *Syricius*, *Ep:*III.c.III. *Concilium Arelat:*II.*Can:*I. (Quid verò hæc tanta nomina *decreverunt? primogenitum Collegis omnibus præsidere?* Imò post tantum conatum, illud tantùm)

tùm) *Neophytum ab Ecclesiæ regimine arcendum, conceptis verbis sanxerunt.*

§.25. Verùm advertisse debuit *D. Blondellus*, æquè *primogenitum*, quamprimum *nascatur*, ac *post-natum*, νεόφυτον esse, nec igitur concludi posse, hunc *post-natum* non esse, qui *novitius* non fuerit, aut illum *novitium* non esse, qui *primogenitus* fuit.

§.26. *Quartò*, *Erant*, inquit, *summo inter pios omnes in pretio* οἱ πρωτοπλούσιοι, *nequis miretur, Andronicum, & Junium, in Apostolis nobiles, quia ante Paulum fuerant in Christo. Epænetum, Stephanámque, hoc ab Apostolo nomine commendatos, qui* ἀπαρχὴ τῆς Ἀχαΐας, *cui se Corinthii subdere tenerentur.*

§.27. Verùm non omnes, qui ante *Paulum* in *Christo* fuerunt, cujusvis *civitatis*, aut *regionis primitiæ* fuerunt, ut nec, qui *summo inter pios omnes in pretio* est, qui *in Apostolis nobiles*, ii statim singuli *Presbyterorum collegiis* præficiebantur. Quod unicum *hypothesi* ejus profuturum erat. Si verò *Epænetum* æquè, *Stephanámque Achaici* cujusvis *Presbyterii* πρωτοκλήτους fuisse existimet, *bicipitem* planè *Parnassum* in cognominem *Presbyterorum consessum* migrantem, somniasse par erit.

§.28. Interea, si *Stephanæ* familiæ (ea enim ἀπαρχὴ Ἀχαΐας, I. *Cor.* XVI. 18. dicebatur) *Corinthii* se subdere tenerentur, non tamen *Epæneto* tenebantur, *Ro.* XVI. 5. imò nec *integræ familiæ* inter πρωτοπλουσίας πρωτασία attribuenda erit.

§.29. Denique de *Stephanæ familiâ* dicitur, τάξαν ἑαυτοὺς εἰς διακονίαν τοῖς ἁγίοις, & ob id demum, reverentiam aliquam, & ὑποταγὴν iis deberi, non ideò tantùm, quòd ἀπαρχὴ essent.

§.30. *Quintò*, Illud *ad elogium ob fidem dispersorum Judæorum feciſſe* affirmat *D. Blondellus*, *quòd eos à Deo ad verbum veritatis genitos* εἰς τὸ εἶναί) ἀπαρχήν τινα τῶν αὐτοῦ κτισμάτων *scripsit Iacobus*, c. I. 18. *Eorúmque* 14. *Myriadas primitias Deo Agnóque sacratos dixit Iohannes.*

§.31. At verò, nec istos omnes *Iudeorum fideles* apud *Iacobum*, nec 14. *Myriadas* apud *Iohannem*, totidem *Presbyterorum consessibus præsedisse*, putavit *D. Blondellus*, nimis certè lusorius in re seriâ.

§.32. Unicum adhuc supereſt, quo obiter uti *D. Blondellus* voluit, ex antiquitate petitum testimonium, *Canon* scil: 4^{tus} *Nicenus*, quo, ut illi videtur, *mos* hic *immutatus* perhibetur. Sic enim in recensendis *Pseud-Ambrosii* verbis [*immutata est ratio, prospiciente concilio, ut non ordo, sed meritum crearet Episcopum*]

ad vocem [*concilio*] *Nicen. Can.* 4. in margine apponendum
* *Apol:* p. 49. *duxit. Idem à *Cl: Salmasio*, in *Apparatu*, prolixiùs factum est.

§. 33. At piget dicere, quàm sine omni rationis specie, *Canone* isto *mos* ille *immutatus* dicatur. Videatur *Canon.* Ἐπίσκοπον μετοικίσει μαλιστὰ μὴ ὑπὸ πάντων γε ἐν τῇ ἐπαρχίᾳ καθισθῆναι, &c. *Integer Canon* illud unum curat, ne *Episcopus sine tribus* ad minimum *Episcopis, cum consensu omnium totius Provinciæ Episcoporum ordinetur.* At 1mo. quid illud μετοικίσει, quid ad hujus *moris immutationem* pertinet? Certè vix potuit longiùs abesse.

§. 34. Secundò *Episcoporum per Provincias Episcopos Ordinationes* omnes, quarum ante *Concilium Nicenum* satis crebra mentio est, hoc ab illis deridiculo confictum esse monstrant. Imò *tertiò*, ne plura in re manifestâ accumulem, cùm *Concilium Nicenum An. Chi.* CCCXXV. hæc decreverit, *mos* verò iste, ipso
* *Præf:* p. 11. * *D. Blondello* fatente, *An. Chi.* CXXXV. *immutatus* sit, quæ demum hæc temporum confusio erit, si *Canone* isto *mos* ille *immutatus* dicatur?

§. 35. Et sic tandem experti sumus, quid sit [*ex intimo antiquitatis sinu argumenta petere.*]

Cap. VI.

Secunda, & Tertia Blondelli conclusio. Differentia inter Episcoporum, & graduum constitutionem.

§. 1. Quod verò secundo loco ex hoc *Clementis* commate concluſit *D. Blondellus*, illud ex parte verum est, *binos tantum Cleri gradus illic recenseri, Episcoporum, & Diaconorum.* At in *Episcopis Presbyteros fuisse*, cùm tale nihil apud *Clementem* reperiatur, illud ex propriis mentis suæ *ideis* exscripsisse putandus est *D. Blondellus.*

§. 2. Denique, quod ad *tertium D. Blondelli corollarium* attinet, mirum est, quòd vel sic sibi, aut à se aliis, imponi permitteret: Ubinam, quæso, illud *Clemens* affirmavit? *Apostolos, binorum illorum graduum institutores, solâ oraculi prophetici authoritate permotos fuisse?* Ait certè, *Apostolos*, aliquos in *Episcopos*, alios in *Diaconos constituisse*, διακρίνας τοὺς μέλλοντας.

§. 3. At 1. hoc erat *personas constituere*, non *instituere* ipsos *gradus.* De eâ *graduum institutione*, nihil hoc loco *Clemens*, nisi quod in priori *periodi* parte dictum fuit, ut *Christum à Deo*, sic *Apostolos à Christo*, & *Episcopos* demum ab *Apostolis* missos, &
consti-

constituti esse, &, quod præterea dicendum non est, non ad *constitutionem graduum*, sed ad *dijudicationem personarum*, an *idonei*, vel minùs *idonei* essent, ista *ordinationi & jurisdictioni* pertinebat.

§. 4. Imò 2do. Si *oraculi prophetici authoritas*, ad hos etiam *gradus* instituendos, eos permoverit, nihil tamen impedit, quin & cum *authoritate oraculi prophetici*, alii etiam *Veteris Testamenti ritus*, & *exemplaria* pulcherrimè consentiant, quæ tamen *Clementem* hic memorare nulla necessitas cogebat; satis omnes novimus, quàm nihil concludat *Argumentum* à *testimonio negativum*.

At & 3^tio. Quis adeò *vecors* unquam fuit, ut hic, ubi *solorum Episcoporum*, & *Diaconorum* sine *Presbyteris* mentio à *Clemente* facta est, *exemplum Mosis Septuaginta Seniores cooptantis*, aut *Synagogæ Ministros in Pontificem, Sacerdotes, Levitas distinguentis*, aut *Christi Septuaginta discipulos duodecim Apostolis succenturiantis*, *Lectoribus* suis tam inficetè obtrudat, atque ad rem istam rectè accommodari somniet? Certè ea singulæ *trium*, non *duorum Ecclesiæ graduum*, imagines & umbræ censendæ sunt, nec sine *dementiâ* quâdam, *binorum* mentioni coaptari, aut adjici potuerunt. Quod igitur factum non esse; *Clementi* neutiquam imputamus, sed *D. Blondello* dicam hanc justissimè inscribimus, quod, talibus observationibus testimoniisque per vim ad suas partes pertractis, librum, heu nimis immensescentem, ampliandum existimaverit. Diutiùs certè, quàm par fuit, istis immorati sumus, non sic denuò molestiam nobis, lectori tædium adaucturi.

CAP. VII.

Tertium testimonium. Episcopi ex Isaiâ הפקדתיך. VII. *Judaicarum forensium rituum ad Ecclesiasticos Christianorum accommodatio. Excusatus Clemens. Quartum testimonium. Forma hæc Regiminis, à præcepto divino. Quintum Testimonium. Μεταξὺ. Επτομὴ. Immediato spiritus impulsu Episcopi in Achaia constituti, & successores assignati. Populi acceptatio à Blondello ficta. Παρατήρησις δ^a. Blondelli duæ sententiæ infimæ. Quatuor aliæ à nobis concessæ.*

§. 1. TErtium Testimonium: Ἔστιν οὖν, inquit *Clemens*, χεῖρον ἐγγεγραμμένον περὶ Ἐπισκόπων, καὶ Διακόνων, Καλῶς τοῦ ὄντως αὐτῶν ἐν ἐπιγνώσει, καὶ περὶ Διακόνων αὐτῶν ἐν πίστει, *A multis temporibus scriptum est de Episcopis & Diaconis. Constituam Episcopos eorum in justitiâ, & Diaconos in fide.*

§. 2. Hic quàm idoneè *vir Apostolicus* ἐπισκόπων & διακόνων mentionem, ex *Graco* * *Isaiæ Interprete* petitam, ad propositum suum accommodaverit, paucis dispiciemus.

* Isa. c. LX. 17.

§. 3. Et primò illud agnosci debet, verba, quæ *Clemens* ex *Isaiâ* laudaverat, in codicibus nostris *Græcis* hodiè non reperiri, ut nec apud *Irenæum*, l. III. c. 44. sed eorum vice reposita esse, [καὶ δώσω τὰς ἀρχὰς σου ἐν εἰρήνῃ, καὶ τοὺς ἐπισκόπους σου ἐν δικαιοσύνῃ] *Clementinam* interim lectionem, *antiquiorem*, & ex codice, quo *Apostoli* utebantur, vetustissimo petitam, ideóque hodiernæ nostræ longè præferendam, *Hebræus*, si consulatur, satis monstrat. In eo sic legimus וְשַׂמְתִּי פְקֻדָּתֵךְ שָׁלוֹם . וְנֹגְשַׂיִךְ צְדָקָה, ubi licet פְּקֻדָּה per ἀρχὴν reddi satis fœlicitèr posset, cùm alibi, ut prius diximus, ἐπισκοπὴ, & κωμάρχης reddatur, neutiquàm tamen נוֹגֵשׂ per ἐπίσκοπον reddi potuit, at è contra & פְּקֻדָּה per ὑπήκοον, novem vicibus redditur, ideóque hoc decimo loco sic reddi debuit, & נוֹגֵשׂ per ἡγούμενον & φορολόγον, & μεγίστους (inferiorum officiorum nomina) subindè vertitur, imò cum ἐπισκόπῳ *Præfectus* semel reddatur *Ex.* V. 14. pro *operarum exactore*, qui, cùm *Israëlitis* præficeretur, *Pharaoni* tamen subjiciebatur, clarissimè sumitur.

§. 4. Secundò itidem statuendum est, *Isaiæ* verba sic intelligenda esse, ut, primariò ad *Judices Judæorum*, & ipsorum *ministros* pertineant, quales in *omnibus civitatibus*, jussu *Domini*, *constituti* videmus, *Deut.* XVI. 18. *Judices*, inquit, *& officiarios constitues tibi in omnibus portis*; Quo tamen non obstante,

§. 5. *Tertiò*, æquissimum erit & *sacrorum Scriptorum* genio valdè consentaneum, ut, quod primariò in *Judæorum fora* locum habuerit, *secundariò* ad *Christi Ecclesiam* accommodetur. Illud ab *Apostolis* ipsis & *Evangeliorum scriptoribus* non rarò factum videmus, nec igitur *Clementi* neganda libertas ista, qui voculas illas duas *Christianâ* civitate jam (ante scriptam hanc *Epistolam*) donatas, & à *Paulo* simul positas, *Phil.* I. 1. apud *Græcum Isaiæ Interpretem*, cujus authoritas, apud *Hellenistas*, ipsósque, ad quos scribebat, *Corinthios*, multùm valebat, repererat.

§. 6. *Quartò* igitur, Licèt huic *Isaiæ vaticinio*, ut columnæ, aut tibicini suo, singularis in *Ecclesiâ Episcopatus* non innitatur, verè tamen à *Clemente* dici potuit, τὸν ἐξ ἀρχῆς, *nihil ab Apostolis novitium* fieri, qui *Episcopos*, & *Diáconos* in *Ecclesiis* quibusque constituebant, cùm *Judices* & *officiarii* à *Deo* ipso per *Mosem* inter *Judæos* in omnibus *civitatibus* creati (viva hujus regiminis *Ecclesiastici* imago) his ipsis nominibus jamdiu insignirentur.

§. 7.

§. 7. *Quarum teſtimonium,* Καὶ τί θαυμαστὸν, οἱ ἐν τῷ Χριστῷ πεδοθέντες ὑπὸ Θεοῦ ἔργον ἔσχον, καθίσαι τοὺς προειρημένους; *Et quid mirum, ſi quibus opus hoc à Deo in Chriſto concreditum eſt, ii conſtituerint prædictos?* Hoc igitur, *Præpoſitos,* & *Miniſtros Eccleſiæ conſtituendi* opus *Apoſtolis* à *Deo* in *Chriſto* concreditum fuit, Ex quo ſequetur, Hanc in *Epiſcopis,* & *Diaconis* fundatam *regiminis* formam, *præcepto divino* non minùs adſcribendam eſſe, quàm ſi in *ſingulis civitatibus Epiſcopos* & *Diaconos Chriſtus* ipſe conſtituiſſet.

§. 8. *Quintum,* (& illud ſanè illuſtriſſimum, *teſtimonium*) ſic ſe habet, Οἱ Ἀπόστολοι ἡμῶν ἔγνωσαν διὰ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὅτι ἔρις ἔσται ἐπὶ τῷ ὀνόματι τῆς ἐπισκοπῆς. Διὰ ταύτην οὖν τὴν αἰτίαν, προγνωσιν εἰληφότες τελείαν, κατέστησαν τοὺς προειρημένους, (ſcil. ἐπισκόπους καὶ διακόνους τῶν μελλόντων πιστεύειν) καὶ μεταξὺ ἐπινομὴν ἔδωκαν, ὅπως, ἐὰν κοιμηθῶσι, διαδέξωνται ἕτεροι δεδοκιμασμένοι ἄνδρες (i. e. quos ut prædixerat τῷ πνεύματι ἐδοκίμασε) τὴν λειτουργίαν αὐτῶν. *Apoſtoli noſtri per Jeſum Chriſtum dominum noſtrum cognoverant* (*Chriſto* ipſo, ut videtur, prædicente) *contentionem de Epiſcopatus nomine orituram eſſe* (ſcilicet aut de *dignitate* (ut ὄνομα ſignificat ἀξίωμα) & *authoritate Epiſcopali* in *Eccleſiâ*, aut de *re* ipſâ, adcóque de *nomine* rem ipſam, *ſuperioritatem* & *præfecturam* denotante.) *Ob hanc igitur cauſam, cùm perfectam præcognitionem* (à *Chriſto* ſcilicet prænonente) *accepiſſent* (talem nempe futuram eſſe de *Epiſcopatu* ἔριν, ſeu ad ejiciendum ex *Eccleſiâ Sacerrimum Ordinem*, ſeu ad illud, quod jam conſtituebatur, quoviſmodo immutandum, aut intervertendum.) ut venienti malo occurrerent, *prædictos* (Epiſcopos & Diaconos.) *conſtituerunt*, & *poſtea* (ſic enim μεταξὺ in verbis proximè ſequentibus, ut & in *Epiſtolâ Barnabæ*, cum *Jacob* λαὸν τὸν μεταξὺ *populi poſt futuri* typus dicitur, §. 10. & *Act.* XIII. 42. explicatiùs [εἰς τὸ μεταξὺ] ſignificat) aut * *ſeriem*, aut *modum ſucceſſionis*, aut *catalogum*, aut *diſtributionem*, aut fortè *ordinationem* dederunt, *ut*, *cùm illi*

* Vox ἐπινομὴ alibi apud authores non reperitur, poteſt apud Heſychium ſignificare) ſic ut ex ſequentibus explicari poſſit. ὅπως διαδέξωνται ἕτεροι, *ut alii ſuccedant* &c. Poteſt iſtius ſucceſſionis jus, ac modum, ὅπως ut, vel quemadmodum alii de natis ſuccedant, ſcilicet ut διαδεξάμενοι ἄνδρες perpetuâ ſucceſſionis ſerie ordinarentur; Poteſt & Catalogum, Album, matriculam, ἐγγραφὴν καταστὰσιν denotare; Poteſt & diſtributionem (ab ἐπινέμω diſtribuo) i. e. diſtribuendorum ad ſingula, aut Epiſcoporum, aut Diaconorum munera deſcriptionem ſignificare, ſic ut Heſychio ἐπινέμησις ἐπιμερισμὸς redditur. At & non incredibile eſt νόμιμον & διάταγμα, ordinationem, vel conſtitutionem eâ notari.

fortaſſis Ordinandorum ſerium, ſucceſſionem, διαδοχὴν *ſignificare (quomodo* ἐπίτροποι κληρονόμοι *dicuntur, cui conſentaneum eſt ut* ἐπινομὴ κληρονομίαν *ex ſequentibus explicari poſſit.* ὅπως διαδέξωνται ἕτεροι, *ut alii ſuccedant* &c. Poteſt iſtius ſucceſſionis jus, ac modum, ὅπως ut, vel quemadmodum alii de natis ſuccedant, ſcilicet ut διαδεξάμενοι ἄνδρες perpetuâ ſucceſſionis ſerie ordinarentur; Poteſt & Catalogum, Album, matriculam, ἐγγραφὴν καταστὰσιν denotare; Poteſt & diſtributionem (ab ἐπινέμω diſtribuo) i.e. diſtribuendorum ad ſingula, aut Epiſcoporum, aut Diaconorum munera deſcriptionem ſignificare, ſic ut Heſychio ἐπινέμησις ἐπιμερισμὸς redditur. At & non incredibile eſt νόμιμον & διάταγμα, ordinationem, vel conſtitutionem eâ notari.

vitâ excederent, alii probati viri (quos scilicet eodem *prophetico*, quem prædixerat, *spiritu approbaverant*) *huic ministerio*, aut officio *succederent*.

§. 9. Patet hîc immediatò *Spiritus Divini impulsu* in *singulis Ecclesiis*, adeóque *Corinthi*, & in reliquis *Achaiæ civitatibus Episcopos constitutos* esse, (solis *Diaconis* iis adjunctis) eodémque *prophetiæ*, aut *revelationis divinæ* jussu, *successores* illis post *discessum* ipsorum, assignatos esse, sic scilicet *Ecclesiæ paci* consulente, & præcavente *Christo*, ne *Episcopalis dignitas* ad *unitatem Ecclesiæ* conservandam instituta, *ambitiosorum & æmulorum* oculos ad se trahens, μᾶλλον ἔρεις & quovismodo fieret.

§. 10. Ex hoc *Episcoporum constituendorum* ritu ab *Apostolis* & *Apostolicis* viris hactenus observato, σφοδρῶν *molimina* fortiter retundit *Clemens* in sequentibus, Τὰς ἐν καταστάσει ὑπ' ἐκείνων, ἢ μεταξὺ ὑφ' ἑτέρων ἐλλογίμων ἀνδρῶν, συνευδοκησάσης τ ἐκκλησίας πάσης, καὶ λειτουργήσαντας ἀμέμπτως τῷ ποιμνίῳ τῦ Χριστῦ μετὰ ταπεινοφροσύνης, ἡσύχως καὶ ἀβασανίστως, μεμαρτυρημένους τε πολλοις χρόνοις ὑπὸ πάντων, τύτυς οὐ δικαίως νομίζομεν ἀποβάλλεσθαι τῆς λειτουργίας: *Ab illis igitur* (i. e. ab *Apostolis* ipsis) *vel postea ab aliis illustribus* (i. e. *Apostolicis*, & *Spiritu Dei approbatis*) *viris constitutos applaudente, aut congratulante tota Ecclesiâ* (nihil hîc de *acceptatione totius Ecclesiæ*, sine quâ *Episcopos* & *Diaconos* ab *Apostolis* & *Apostolicis viris constitutos non esse* ex hoc loco concludit * *D. Blandellus*, quasi qui ex *Dei jussu*, & *approbatione constituebantur*, *populi* etiam *acceptatione* indigere putandi essent) *quique jam Christi gregi inculpatè, quietè, & ingenuè inservierint, & ab omnibus jamdiu testimonium & laudem reportaverint, hos non justè* (imò *injustissimè*) *officio aut ministerio suo deturbari putamus*. Ἁμαρτία γὰρ ἡμῖν ἔσται, ἐὰν τὰς ἀμέμπτως καὶ ὁσίως προσενεγκούσας δῶρα, τ ἐπισκοπὴν ἀποβάλωμεν, *scelus enim non exiguum nobis erit, si inculpatè sanctéque dona* (i. e. *sacrificia Christiana*, quæ solus, inquit *Justinus*, πανταχῦ Θεῦ προσφέρει) *offerentes, ab Episcopatu dejiciamus*. Omnia iterum clarissima, & quæ omnem in *Ecclesiâ Dei authoritatem*, in *Episcopi* manus traditam fuisse confirment.

* *Apol:* p. 11.

§. 11. Quò itidem & sequentia spectant, Μακάριοι, inquit, οἱ προοδοιπορήσαντες πρεσβύτεροι, *Beati Seniores* (seu *Episcopi* qui ante has procellas pacatè *obdormiverant*) *qui, emenso vitæ stadio, ante has σφοδρῶν turbas excesserunt*, οἵτινες ἔγνωσαν καὶ τελείαν ἔλαβον τ ἀνάλυσιν, *quotquot* * *perfectam & fructuosam dissolutionem consequebantur*,

* *Cum Martyrio, istâ Christi athletarum τελειώσει, conjunctam.*

ſequebantur, ὑ δὲ εὐλαβῶν, μὴ τὸς αὐτὸς μεταϛήσῃ ἀπὸ τ ἱδρυμένυ αὐτοῖς τόπυ, Illis enim metuendum non eſt, ne quis eos loco aut ſede, in quâ locati ſunt, deturbet.

§. 12. Quàm probè hinc *octo* corollaria concinnaverit *D. Blondellus*, quibus artibus falſa veris intertexenda curaverit, facilè ex prædictis æſtimabitur; In illis quartum eſt, *Epiſcopos qui fraternitati* (at cur non *Eccleſiæ?*) *per ſingulas urbes præfecti ſunt unâ plures fuiſſe*, Sextum, *Presbyteros quoſque dona obtuliſſe, Epiſcopatu functos, adeòque veri nominis Epiſcopos fuiſſe.* *Apol:* p. 11.

§. 13. At monendus eſt vir oculatiſſimus, qui me monitore non indiguit, nec *plures* illos totius *Achaiæ Epiſcopos*, unius ſtatim *urbis Præfectos* dicendos eſſe, Nec ex πρεσβυτέρων (voculæ πολυσήμυ) pro *Epiſcopis ſingularibus* uſu, ad *Epiſcoporum*, & *Preſbyterorum*, quos nunc dicimus, ἰσοσήμιαν, valere argumentum.

§. 14. Cætera verò, quæ ex hoc loco rectè concluſa ſunt, 1. *Eccleſiaſtici regiminis formam nuſquam ab Apoſtolis immutatam eſſe*, 2. *Toto eorum tempore*, & (*poſtquam conſummati ſunt*) *intermedio, ſub eorum diſcipulis, Eccleſiæ cujuſq; regimen penes Epiſcopos & Diaconos in commune fuiſſe* (modò per illud ſuum [*in commune*] *Clementi* obtruſum, nullam ſive *ordinis*, ſive *authoritatis* paritatem ipſe intelligat, & nobis per *Epiſcopos*, aut *plures* ſucceſſivè in eadem civitate, aut *plurium* quidem *civitatum* in eâdem *Provinciâ* ſimul *plures* intelligendi licentiam permittat) 3. *Presbyteros eoſdem miniſterio ritè functos nequaquam deturbandos fuiſſe*, (imò nec ad *populi arbitrium*, ſi minus rectè *officio* functi iis videantur) 4. *Corinthios hoc nomine violatæ fraternitatis* (licèt ejus rei nulla in *Clementis* verbis mentio occurrat, ſed tantùm, ὁ ἕκαϛος fieri dicatur, i.e. *Eccleſiæ* ſine dubio violatæ) *reos, quòd aliquos ex adminiſtratione tranſduxiſſent* (ſic ille [μεταγαγὼν λειτυργίας, i.e. *miniſterio moviſtis*] reddendum maluit) *D. Blondello* lubentiſſimè largimur, nec quicquam cauſæ noſtræ decreſcere opinamur, ſi hæc omnia ex *tripode* protuliſſe *virum doctiſſimum* agnoſcamus. De *tertio* interim, quod unicum reſtat, [*Epiſcopos & Diaconos ab Apoſtolis Apoſtolicíſque viris nunquam, niſi totâ acceptante Eccleſiâ, conſtitutos*] quid ſentiendum ſit, * prædiximus.

* §. 10.

CAP.

Cap. VIII.

Plures πρεσβυτέρων pro Episcopis Achaiæ mentiones. Potestas plebis circa sacra, sine omni rationis specie à Blondello asserta.

§. 1. PLura adhuc apud *Clementem* supersunt, in quibus πρεσβυτέρων (quos nos totius *Achaiæ Episcopos* fuisse jam antè monstravimus) mentio facta est, quæ hîc etiam apponenda erunt. *Primò*, Ἀισχὲ, inquit, ϗ λίαν ἀισχὲ τῷ βεβαιοτάτῳ ϗ ἀρχαίαν Κορινθίων ἐκκλησίαν, δι' ἓν ἢ δύο πρόσωπα ταζιδίζειν πρὸς τοὺς πρεσβυτέρους. *Turpe, imò valdè turpe est, firmissimam & antiquam* * l. IV. c. xβ'. *Corinthiorum Ecclesiam* (de quâ αὐτόπτης *Hegesippus* apud * *Eusebium*, ἐπιμεῖναι ἡ ἐκκλησία τῶν Κορινθίων ἐν τῷ ὀρθῷ λόγῳ μεχρὶ Πρίμου ἐπισκοπεύοντος ἐν Κορίνθῳ) *propter unam aut alteram personam adversus seniores seditionem concitare*, Illud est ταζιδίζειν, quod priùs per [καταστάσεις ὑπὸ Ἀποστόλων &c. λειτουργίας, & ἐπισκοπῆς ἀποβάλλειν, ut & per τεταγμένους λειτουργίας μεταγαγεῖν] edixerat.

§. 2. Hîc interim more suo *D. Blondellus* vera falsis immiscens, quatuor itidem nobis cudit *corollaria*, quibus, cùm *incognitum tunc temporis Episcopum fuisse*, & *Presbyterorum in commune ministrantium regimini subditam fraternitatem*, sine omni probationis specie, ex verbis illis elici cupiat, non est quòd nos *aerem* aut *umbram* feriamus.

§. 3. *Secundò*, Εἴ τις ἐν ὑμῖν γνωτὸς, ἔυσπλαγχνος, &c. εἰπάτω, εἰ δι' ἐμὲ ταῦτα, ϗ ἔξω, ϗ χίσματα, ἐκχωρῶ, ἄπειμι, ἔιὰν βούλησθε, ϗ ποιῶ τὸ προσταττόμενον ὑπὸ τῆς πόλεως, μόνον τὸ ποίμνιον Χριστοῦ εἰρηνευέτω μετ' ἐπισκόπων τῶν καθεσταμένων πρεσβυτέρων. Πολλοὶ ἐξεχώρησαν ἰδίων πόλεων, ἵνα μὴ ταζιδίζωσιν ὅλη πόλει, *Siquis inter vos* (quorum gratiâ seditio contra *Episcopos* orta est) *generosus, aut misericors, aut Christianâ charitate imbutus est, populum tumultuantem sic alloquatur*; *Si mei causâ seditio, contentio, schismata concitata sunt, excedo, abeo quocunque me abire vultis, quicquid multitudo præceperit, facturus, modò unum illud curetur, ut ovile Christi cum senioribus* (*Episcopis* illis ab *Apostolis*, *Apostolicísque* viris) *constitutis, pace fruatur. Multi quidem* (qui ipsorum causâ quietem publicam sollicitari, aut moveri experti sunt) *ex civitatibus suis ultrò excesserunt, ut ulterioris seditionis ansa & occasio omnis partium studiosis præscinderetur.*

§. 4. Ad hæc verba, *Prodigii* instar est, quod notandum duxit *D. Blondellus*, [*potestatem plebis circa sacra*] (de quâ tandem integram

integram dissertationem elucubravit) artificiis quibuscunque asserturus. *Hîc*,* inquit, *nos monet Clemens, fideles etiam de Episcopatu aut Presbyterio contendentes, non ab Episcopi singularis* κεφαλονίῳ *nutu, sed à multitudinis præceptis pependisse.* * *Apoll:* p. 12.

§. 5. Certè, si seriò rem egerit *D. Blondellus*, de *Presbyteris* suis (non de *Episcopis* nostris) actum planè & triumphatum erit, nec enim ab *universo* aliquo *Presbyterorum Collegio*, quod ille tam efflictim ardet, sed à *multitudinis* solius arbitrio tum *contendentes* de *Presbyterio*, tum *fideles* omnes *Corinthios* pependisse æquè concludendum erit.

§. 6. At quis, sodes, à *fidelibus* de *Episcopatu*, ut ais, (contra ipsos ab *Apostolis* constitutos) *Episcopos contendentibus*, quis à *populo* contra *principem* suum tumultus ciente, quis à verbis ad retundendam *seditionem* ad *plebem* factis, argumenta ad *authoritatem* populo adjudicandam, principi derogandam, duci posse existimaverit?

§. 7. Imò adhuc *Clementis* manibus iniquior es, *D. Blondelle*. Ille φιλοστοργίαν, siqua sit *pietatem, generositatem, charitatem* appellat, ut si quovismodò (licet summo cum damno suo) insanam *plebem*, ad debitum *Episcopis* suis obsequium revocare possint, incumbant sedulò, séque *licita* omnia ipsorum gratiâ facere paratos affirment, ultroneas aut *peregrinationes*, aut *exilia* suscepturi, modò ad *pacem Ecclesiæ Christi* redire permittatur, modò *Episcopis* à *Christo* ipso *Ecclesiis* præpositis, sua dignitas sarta tecta conservetur. Tu verò, *D. Blondelle*, suaviſſimam hanc, & in solorum *Episcoporum* gratiam, efficiam oratiunculam, perspicillis, nescio quibus, perlustrans, serio quidem & constanti vultu, *omnia à multitudinis præceptis, non ab Episcopi singularis nutu pependisse concludis*. Quid verò est, si hoc non sit, adversus *Clementem* ex *Clemente* militare, ne dicam contra apertissimam lucem æcutire? Imò, quod adhuc magis dolendum, & stupendum est,* *D. *Blondellus*, quasi post unius paginæ breviculum intervallum sui planè oblitus esset, sic tandem è sententiâ *Clementis* concludit, *Eosdem, qui communi concilio Ecclesiam regebant, Presbyteros, nihil ἀκεφαλίτως attentasse, sed multitudinis dicto audientes fuisse.* At meminisse debuit *vir Doctissimus*, non de *Presbyteris*, aut *Episcopis* veris, sed de *fratribus*, aut *fidelibus* (i.e. *Christianis* ad *Clerum* nondum evectis) de *Episcopatu*, aut *Presbyterio* contendentibus, *Clementis* verba, ipso *D. Blondello* arbitro, intelligenda fuisse. * p. 13.

§.8. Concludit tandem *Clemens* (& cum hoc testimonio *Clementina* hæc nostra dissertatiuncula finienda est) Ὑμεῖς οὖν οἱ τῆς στάσεως θεμέλιον τὸ φρόνημα πεποιηκότες, ὑποτάγητε τοῖς πρεσβυτέροις, καὶ παιδευθέντες εἰς μετανοίαν, *Vos igitur qui seditionis fundamentum feciſtis, ſenioribus* (i. e. *Epiſcopis* in qualibet *Eccleſiâ*) *veſtris ſubjicimini, & ad reſipiſcentiam erudimini.*

§.9. Ex quibus omnibus ſatis pateſcit, quâm ſine omni veritatis ſpecie concluſerit * *D. Blondellus, nominale tantùm inter Epiſcopos & Presbyteros fuiſſe diſcrimen, reale nullum,* Cùm revera ſolorum (cum *Diaconis*) *Epiſcoporum,* καθ' πόλεις ſingulas conſtitutorum mentio reperiatur, quandoque ſub ἐπισκόπων, quandoque ſub πρεσβυτέρων titulo, nullo planè *Presbyterorum*, quos hodiè dicimus, nedum *plurium* in eadem *Civitate, Epiſcopo* ſuo comparium, aut ἰσοστίμων, indicio, aut veſtigio comparente. * p.13.

§.10. Et de *Clemente*, & ex divinâ *Epiſtola* ejus (*Epiſcopalis* ordinis firmiſſima *columnâ*) productis teſtimoniis, hactenus dictum eſto.

Cap IX.

Syllabus diſtinguendus. Hermas. Ejus Ceuſura. Teſtimonia ex Herma quatuor nihil Blondellum juvant.

§.1. POſt *Clementem Romanum* ſequuntur apud *D. Blondellum Polycarpus, Hermas, Pius Papa, Eccleſiaſtici regiminis forma, quo tempore Romam advenit Marcion*, Tandemque *Juſtinus, Papias, Eccleſiæ Gallicanæ teſtimonium*, & *Irenæus*. Hos omnes cauſæ ſuæ favere *D. Blondellus* ſibi fortiter perſuadet.

§.2. *Polycarpi* teſtimonia obiter ſe nobis offerentia * jamdudum perluſtrata ſunt, ut & *Papiæ*, & *Irenæi*, & † alibi etiam *Juſtini*. Reliqua jam pauciſſimis perſtringenda ſunt. * *Diſſert:* IV. c.22. † c.XVI. XVII.

§.3. De *Hermâ*, ſeu libri, qui *Paſtor* inſcribitur, *Authore*, mirum eſt quàm ſine omni lucri, aut mercedis intuitu, moleſtiam ſibi creaverit * *vir Doctiſſimus*. Scripta quidem ejus, *Larvati Prophetæ ſomnia*, ipſum *Scriptorem impurum Dogmatiſten, Novatianorum, & Pelagianorum fontem, Montaniſticarum ſuperſtitionum gurgitem*, diſertè † appellat, &, cùm ſic fecerit, ejus *patrocinio* ſtatim utitur, *Nobis*, inquit, *hoc unum propoſitum eſt antiquiſſimum ſcriptorem* (certè quem *larvatum* dixerat, jam tamen verè *antiquiſſimum*) *de Eccleſiarum ſui temporis ſtatu loquentem audire, impurum* (ante duas lineas) *dogmatiſten*, jam tamen *dignum* ut *audiatur*, & *teſtimonium ferat*. * *Apol:* p.16. † p.17.

§.4

§.4. Non hîc lector perspicillis meis indigebit, ut statuat quid in hâc, aut quâvis demum lite ditimendâ, ab iis expectandum sit, qui sub inani φιλοχαλοπίᾳ specie, omnia, quæ ad partes ipsorum quovis artificio trahi possunt, ex trivio (ne cum *D. Blondello* dicam, ipsâ *impuritatum* sentinâ) corradunt, quæ verò ex purissimis intemeratæ *Ecclesiæ* fontibus petita contra ipsos militant, ea aut non advertunt, aut uno statim fastidientis stomachi, calami obelisco conficienda, uno flatu, uno [**Quid tum?*] dissipanda existimant. *Deus pacis & veritatis, Christianissimum puræ & illibatæ Antiquitatis amorem non calamis, sed intimis mentibus nostris indere dignetur.*

* *vid: Diss:* II, c.24.

§.5. Verùm, ut *D. Blondello* rem gratam faciamus (ut & *Waloni*, qui hunc *impurum dogmatistem*, *larvatum prophetam*, ut **Pauli discipulum* seriò laudat, & eadem omnia, quæ *Blondellus* testimonia ex eo solenniter producit) per nos licet, *Hermas* loquatur, & *de sui*, quodcunq; illud fuerit, *temporis statu* liberè testetur.

* *Wal: Mess:* p.250.

§.6. *Primum testimonium* l.I. *Vis:*2. Κλήμης πεμψει εἰς τὰς ἔξω πόλεις, οὗ ἐπιτέτραπται ἡ ἀναγγελεῖς τοῖς προεστῶσιν ἐκκλησίας.

§.7. *Respondeo*, 1mo. Quid si in *Ecclesiâ Presbyteri* tunc fuerint? Fuerunt itidem & *Episcopi*, Talis *Romæ Clemens*, cujus istic in prioribus mentio est.

§.8. 2do. Quid si *universæ Ecclesiæ*, aut plurium civitatum ad unam *Metropolim* pertinentium, *Episcopi*, hîc, ex more sæculi istius, quo *Episcopis* συνεδρίων nomen tribuimus concedimus, Πρεσβύτεροι τῆς Ἐκκλησίας dicantur? Certè si utrumvis statuatur (utrumque verò statuendum esse eo ævo, quo iste, quisquis erat, *dogmatizaverit*, parum dubitamus) satis causæ nostræ consultum putabimus.

§.9. *Secundum testimonium* l.II. *Mand:* 8. *Inter Christiani officia recenset, Majores natu colere, fraternitatem conservare.*

§.10. Ita quidem. Sed quid inde? Ergóne jam iidem sunt *Episcopi* & *Presbyteri*? Nos certè *Hieratici*, *natu majores*, quicunque illi sunt, seu *Episcopi*, seu *Presbyteri*, seu demum *Laici* canicie venerandi, *colendos*, itémque *fraternitatem*, seu cum *fratribus unionem* omnem, *conservandam* putamus, sed ex eo nihil contra superioritatem *Episcoporum* concludi posse confidimus.

§.11. At *ubique*, inquit *D. Blondellus*, *communi Seniorum Concilio Romæ regi solitam fraternitatem insinuat.*

§.12. *Insinuat*, sed quibus demum verborum involucris? Dicatur apertè, certè non his, quæ à *D. Blondello* apponuntur, nec

quidem aliis usquam, Siqua etiam summæ diligentiæ viro spes talis affulserat, stylicum sui non adeò parcum novimus, ut lectori suo ea invisurus fuisset. At 2do. si illud concedatur (quod tamen nullatenus concedendum nobis persuasit, aut *Pastor*, aut *Blondellus*) nihil tamen nobis, *commune Seniorum consilium* officiet, quamdiu *Clemens singularis Romæ Episcopus*, qui ad regendam *Ecclesiam* hoc *consilio* uti potuit, nobis ereptus non fuerit.

§. 13. *Tertium testimonium Visi*: III. *hæc*, inquit, *habet. Lapides quadrati & albi* &c. *sunt Apostoli & Episcopi & Doctores & Ministri, qui ingressi sunt in Clementiâ Dei, & Episcopatum gesserunt & docuerunt & ministraverunt*, Et l. III. *sim*: 9. *Tales sunt qui crediderunt quidem Episcopi*, i.e. *Præsides Ecclesiarum, alii vero*, &c. Et deinde, *qui Præsides sunt ministeriorum*. Hîc *utroque*, inquit *Blondellus, loco Cleri, post Apostolos, duos tantùm gradus facit, Episcoporum, qui Ecclesiis, Diaconorum, qui ministeriis præsunt*.

§. 14. Liberè igitur *D. Blondellus* hujus testimonii beneficio fruatur, sibique prolixè gratuletur, Certè siquid exinde *Presbyteris* ipsius minùs fausti obvenerit, quorum nulla planè hîc mentio est, *Blondello* sic jubenti imputandum erit. Nobis interim *Episcopi* incolumes manent, iisque *Ecclesiarum Præsides*, nec unius *Ecclesiæ plures* compares, sed *singulis Ecclesiis* accommodati *singuli Episcopi, Episcopatum* gessisse permittuntur; Nihil causæ nostræ optatius dici potuit, nihil *Clementis Romani* dicto de constitutis ab *Apostolis* καὶ πάλιν *Episcopis* & *Diaconis* convenientius.

§. 15. *Quartum. Idem*, inquit l. II. *Mand*: 12. *Quem Spiritus terrestris, vacuus, & fatuus, non habens virtutem, agit, his notis dignosci vult, Exaltat se, & vult primam cathedram habere*, &c. Et l. III. *Sim*: 8. *Qui virides quidem virgas & sciissuras habentes tradiderunt, fideles semper fuerunt, & boni, sed habentes inter se quandam invidiam, & contentionem de Principatu & dignitate, Verùm omnes hi insipientes sunt, & fatui, qui habent inter se æmulationem de principatu*, &c. *Vita etiam eorum, qui custodiunt mandata Domini, in mandatis consistit, non in principatu, aut aliquâ dignitate, per patientiam enim & humilitatem animæ, vitam homines consequuntur, per seditiones verò & contemptum legis, mortem sibi acquirunt*.

§. 16. Certè hoc tanto conatu nihil adhuc *novum*, aut quod *Prælaticis* minùs faveat, productum videmus. Omnia contra *contentionem, æmulationem, ambitionem*, φιλοπρωτείαν satis sobriè prolata,

prolata, nec, ut ab *impuro dogmatiſte* expectandum erat, nihil contra *Epiſcopalis ordinis*, aut *officii dignitatem*, quam potius ſub *Primæ cathedræ*, *Principatus*, *dignitatis* mentione aſſertam videmus, & ab hoc ipſo *larvato prophetâ* confirmatam.

§. 17. Quæ verò de *Diotrephis φιλοπρωτείᾳ* * ſuſe diſſeruimus, omnia ad hanc rem ſatis commodè reponi poſſent, ſi iſtis vacaremus. * *Diſſert.* 3. c. 13.

Cap. X.

Pii Papæ teſtimonia nihil Blondello proſunt. Προσδιαγώγιον *jus. Blondelli ſyllogiſmus in ipſum retorquetur. Præfectus Eccleſiæ, Chriſti tamen ſervus.*

§. 1. Succedit *Pius Papa: anno*, inquit, *Domini* 146. *in Hygini locum ſuffectus, anno* 150. *Martyrium paſſus* (qui ideò & ipſe *Epiſcopus Romæ decimus* fuit, & poſt *Blondellianam aram* ſcripſit, qua, ipſo fatente, *caput extulerat Epiſcopatus*) Et certè ſi ab illo contra *Epiſcoporum ſuperioritatem* teſtimonia *Blondello* ſuppetant, quid eſt, quod de eo non ſperent, qui patrocinio ejus utuntur, quid nos *Prælatici* non metuamus?

§. 2. Hic, inquit, *Pius Hygino poſt* 4. *annorum vacationem ſuffectus eſt.* Illud veréne an ſecus dictum ſit, cauſæ noſtræ non intereſt, Nec igitur de talibus litigamus; At *hujus*, inquit, *tempore, ἐγένοντο δὲ πλείους ἐπισκοπαὶ προρογατίνα, quæ paſſim antiquiſſimo inter Presbyteros jure quodam naturæ, reſervata fuerat, in alios jure electionis ac ſuffragiorum transferri cœpit.* Itidem in re iſtâ nos neminî litem moturos pollicebamur, verùm ſi 1mo. certum fuerit, *Hyginum clerum compoſuiſſe, gradúſque primum diſtribuiſſe*; ſi 2do. (ut *Juſtus Vienne à fratribus conſtitutus, & Collobio Epiſcoporum veſtitus à Pio dicitur, ideóque Presbyteri & Diaconi eum obſervare jubentur*, ſic) ipſe *Pius ſuffragiis Eccleſiæ communibus ad Epiſcopatum aut Præfecturam electus fuerit* (quæ duo *D. Blondellum* fatentem habemus) ſequetur illud, *Pium* quidem ex *primogenitura jure Hygino non ſucceſſiſſe*, ideóque aut talem in *Eccleſia ſuccedendi morem* nunquam viguiſſe (quod ſatis in prioribus manifeſtum redditum eſt) aut ante *Pii* ſcriptam *Epiſtolam* immutatam eſſe.

§. 3. At quicquid hâc in re, aut affirmetur, aut negetur, *Pius* ſine dubio *Epiſcopus* fuit, *Juſtúſque* ſic *ſupra Presbyteros*, ipſâ *Epiſcopalis ordinis* prærogativâ, *efferri* ab eo dictus, ut eum *Presbyteri obſervare jubeantur*. Et quid, quæſo, lucelli ex hoc tam

importuno molimine *D. Blondello* accreviſſe putandum eſt? Certè in contrarium luculenter omnia. Ne quis tamen *Epiſcopali gradu, & priſtino jure, ob inſtitutum &c. præpoſitum, dejectos Presbyteros putet, Apoſtolicos*, inquit, *viros, quotquot ad ſua tempora gregem paverant, generali Presbyterorum nomine, more majorum nuncupat. Presbyteri illi*, inquit, *qui ab Apoſtolis educati uſque ad nos pervenerunt*, &c. & *Ep:* II. *Presbyteri & Diaconi non ut majorem, ſed ut miniſtrum Chriſti te obſervent.*

§. 4. Ex his *Pii* dictis *ſyllogiſmum* ſtatim ovans nectit *D. Blondellus*, *Quiſquis à Presbyteris Epiſcopum ut majorem obſervandum negat, is revera Presbyteris parem—— agnoſcit, At Pius à Presbyteris Viennenſibus Juſtum Epiſcopum ut majorem obſervandum negat, Ergo——*

§. 5. Quiſnámne verò hoc ferìò à *D. Blondello* factum putabit? Si putaverit, recordetur, quæſo, quæ hîc de *Presbyterorum*, eadem etiam de *Diaconorum* obſervantiâ dici; *Presbyteri*, inquit, *& Diaconi te obſervent.* Eâdem igitur ratione, eódem *medio Epiſcopum Viennenſem*, adeóque ipſos *Blondellianos Presbyteros Diaconis* exæquatos ex *Pii* verbis concluſuri ſumus. *Quiſquis à Diaconis Epiſcopum ut majorem obſervandum negat, is revera Diaconis parem agnoſcit. At Pius à Diaconis Viennenſibus Juſtum Epiſcopum, ut majorem, obſervandum negat, Ergo Pius Diaconis parem Epiſcopum agnoviſſe putandus eſt.* Vides, *Lector*, quid ſit γαμψώνυξ πυκλδίειν, nec curare quibus demum *ictibus* ipſi pateamus, modò nos alios feriiſſe videamur.

§. 6. Verùm 2do. Nihil ex hoc *Pii* dicto ſeu *Epiſcopis* ſeu *Preſbyteris* metuendum eſt. *Epiſcopus* certè *Presbyteris* & *Diaconis major* fuit, at & ipſe *Chriſti miniſter*, eóque magis ab *inferioribus obſervandus*, quòd ipſe *Chriſto*, quàm, quòd illi *inferiores inſerviant.* Ipſe quippe *Chriſtus diſcipulis* ſuis *major*, idem ſe κύριον *Dominum* eſſe affirmat, & ita ab illis appellari, & ut *Dominum obſervari* permiſit, cùm tamen & ipſe illis *miniſtraverit, pedes laverit*, illis *Epiſcopalis* non *faſtus*, ſed *humilitatis, charitatis, modeſtiæ* ὑπόδειγμαν exhibens. Ideóque, quiſquis ἐν ὑμῖν μείζων, in *Eccleſiâ Chriſti* aliis *major* fuerit, *Lu.* XXII. 26. quiſquis ἡγούμενος *præfectus*, γινέσθω ὡς νεώτερος, ὡς ὁ διακονῶν, *fiat ut junior, & ut qui miniſtrat*, Et ſic certè *Epiſcopis* locutum *Chriſtum* nos *Prælatici* fatemur, nec quenquam ad *Chriſti exemplar* efformaſſe vitam cenſemus, qui non *obſervantiam* omnem ſibi, non ut *majori*, ſed ut *miniſtro Chriſti* præſtari expectet.

§. 7.

§.7. At rursus *Pius adversus eos qui Ecclesias communi Presbyterii totius consilio regendas non putant, longè alium Patrum fuisse morem docet*, hac *salutationis* formulâ, *Salutat te Senatus pauper Christi apud Romam constitutus, &c.*

§.8. Piget talibus immorari, crambénque toties recoctam *Lectori* porrigere. Concedimus *Senatum sub Pio Romæ*, eúmque, ut *D. Blondello* adblandiamur, *pauperem* fuisse, Et hunc quidem *Presbyterorum* fortassis (nam in *principalibus civitatibus* quandoque *Episcoporum*, totidem *urbium singularium Præfectorum, Senatus* fuisse, in prioribus satis monstratum est.) Hos verò *soli divino Christi Monocratoris* imperio subfuisse, & ab iis *communi ipsorum consilio Ecclesiam* gubernatam fuisse, sic ut *nec Presbyteris Episcopus, nec Episcopis demum Metropolitanus præponeretur*, illud quidem ex nudâ *pauperis Christi Senatus* mentione (probatione certè perquam exili, liceat dixisse *pauperimâ*, & conclusionem planè *emendicante*) nemo nobis persuasurus est. Multò minus (quo claudi hanc rem omnem *D. Blondellus* voluit) *Pium præpositum servum, non Dominum fuisse*. Certè, qui *fratrum*, qui *Presbyterorum præpositus*, & *Dominus* fuit, fuit idem *Christi* & *Ecclesiæ Christi servus*, ideóq; *Ecclesiæ inserviit*, quia iis à *Christo præpositus* fuit, at & nunquam magis *Dominus* (ex ipsius *Christi* exemplo & *doctrina*) quàm cùm sic *inservierit*.

Cap. XI.

Regiminis forma Marcionis tempore. Blondelliana æra à seipso concultata. Conclusiones Blondelli ex narratione Epiphanii, quàm infirmæ, & quàm nihil contra nos valent. Marcionis Historia, Absolutionis & communionis non Episcopatus petitio. Canon Ap: XIII. Πρεσβύτεροι *de Episcopis. Excommunicatum non admittere ad communionem, ad Presbyteros pertinet.* Συλλειτουργὸς *paritatem non arguit, ut nec* σύνδουλος, συνεφεστώτης.

§.1. Sequitur *Ecclesiastica*, quam *D. Blondellus* vocat, *Regiminis forma, quo tempore Romam Marcion advenit.*

§.2. Res aliquantò implicatior, & quæ paulatim, & per gradus à nobis explicanda est. *Marcionem*, inquit (*postquam ab Episcopo parente ob stuprum virgini illatum Ecclesiâ pulsus est*) *Romam, Aniceto Pii loco An: Dom:* 150. *ordinato, se contulisse memorat Tertullianus. Melius tamen Epiphanius, transfugium illud antequam Pius sederet, contigisse refert.* Ἀφικνεῖται εἰς Ῥώμην μετὰ τὸ τελευτῆσαι Πίον τὸν ἐπίσκοπον Ῥώμης, &c. *Adver: Marc: l. III.*

§.3. De *annorum* hâc in re *quatuor*, aut *quinque* intervallo, aut

aut discrimine. *Patres* illos venerandos committendos curate, nulla nos necessitas cogit, nec enim *D. Blondello* in rebus tantillis litem intendimus, quibus tanto majora non desunt, in quibus æquitatem ejus desideremus.

§. 4. Concedamus igitur *ante Pii*, sed & *post Hygini Papatum*, *Marcionem Romam venisse*. Certè si quid ex hâc θεσίᾳ exurgere putetur, quod *Episcoporum* dignitati obesse videatur, necessarium erit, ut *D. Blondellum* iterum monendum curemus, hunc ipsum *Epiphanio*, & *D. Blondello* definitum temporis articulum solemni *Blondelliana* (*Episcopatus caput supra Presbyteros attollentis*) æra, *An: Ch:* 135. integro septennio, si non decennio, posteriorem esse, Ideóque aut hoc *advenientis Romam Marcionis tempore*, *Episcopos Presbyteris majores* fuisse, aut cum *Walone D. Blondellum* calculos suos rectè non posuisse, etiam cùm ex alterâ potius parte errasse ipsorum plurimùm interfuerit.

§. 5. At quid demum *hoc advenientis Romam Marcionis tempore* factum est, quod *Presbyterorum* causæ faveat? Illud omne, ut videtur, ex his *Epiphanii* adventum ejus recensentis *verbis* petendum est. *Romam*, inquit *Epiphanius*, *petit Marcion, postquam Hyginus Episcopus decesserat, Et* τοῖς ἔτι πρεσβύταις καὶ ἀπὸ τῶν μαθητῶν τῶν Ἀποστόλων ὁρμωμένοις συμβαλὼν, ἤτι συναχθῆναι καὶ ὑδοὺς αὐτῷ συγχωρῆσαι, Σήλῳ λοιπὸν ἐπιβὰς ὡς ὐκ ἀπείληφε τιὰ πρεσβείαν τι, καὶ ἔσδυσιν τ ἐκκλησίαι, ὅπνοῦν ἑαυτῷ, καὶ προσφέρει τῇ τῶ ἀπαλεῶν & Κέρδωνος αἱρέσει, καὶ ἀρχὴ πεπλεῖναι τοῖς κατ' ἐκεῖνο χειρῶ προσβυτέρους τῶτο ζήτημα. Τί μὴ ὑδελόπαλέ με ἐπιδέξαδς; *illis* statim respondentibus, Ὅτι ὐ δυνάμεθα ἄνευ τ ὀνήσεως τῶ πάππα πατρός σε τῶτο ποῆσαι, μία γάρ ἔστιν ἡ πίστις καὶ μία ὁμόνοια, καὶ ὐ δυνάμεθα ἐναντιωθῆναι τῷ συλλειτυργῷ παρὰ τὸ σόν. *Cum senioribus usque tunc superstitibus, quique ab Apostolorum discipulis prodierant, collatione factâ, se in Synaxin recipi petierat: Nemo verò ipsi permisit. Cæterum invidiâ* (potius *irâ*) *elatus, velut cui nec præcedentia, nec ingressu Ecclesiæ datus; id sibi cogitavit, ut ad Cerdonis impostoris hæresim confugeret. Incepit autem Presbyteris, qui tunc temporis erant, hoc quæsitum prætendere, Quâ de re me non suscepistis?* Illi verò, *Quia id facere non possumus, sine honorandi Patris tui permissu, una enim fides est, una animorum consensio, nec possumus Collega* (ad verbum, *Comministro*) *bono Patri tuo contraire.*

§. 6. Quid hinc ad *D. Blondelli* causam adserendam elici magis possit, quàm ex quâcunque προσβυτέρων mentione sperandum

dum erat, ego certè defixis & intentis oculis nullus video.

§.7. Tria sunt, quæ *D. Blondellus*, ad προσαγωγὴν, aut παραμυθίαν modum, hîc præfibanda censuit, quæ an vera sint, an secus, scire, nostri certè non interest.

§.8. *Quartò* igitur hinc concludit, *de sede Romanâ, per quadriennium viduatâ, invadendâ Marcionem cogitasse.*

Quintò, Turbonem hunc sexennio ad minimum in ipso conatu oppressum.

§.9. Hæc certè nec verè ex *Epiphanii* narratione concluſa sunt, nec quoviſmodo rem noſtram attingunt.

§.10. An *sedem*, i. e. *Cathedram* seu *Episcopatum Romanum invadendi lubido Marcioni* unquam *insederit*, non opus est, ut, *inspecto perspicillo* noſtris vafri hominis pectore, definiamus. Aut quid hâc in re ab aliis definiatur, huc adferamus. Certè de εἰσόδου τῆς ἐκκλησίας, *ingressu Ecclesiæ*, de *receptione ad sacram Synaxim* ab eo petitâ præcipuus hîc sermo est, & προσδοκίαι fortita quædam, &, si non mendoso Codici imputanda, saltem, *secundaria* mentio.

§.11. Ille ob *stuprum à Patre suo, Episcopo existente, Ecclesiâ Helenopontica* arcebatur, *Romámque adveniens* ἵνα ἐνωθῇ, *ad communionem recipi*, nec certè ad *Episcopatum promoveri*, sed *in Ecclesiam*, à quâ justè amovebatur, *admitti postulabat.*

§.12. Hoc planè infimum *Christiani* hominis *privilegium* ei *negabatur*, nec igitur, sine magnâ insaniæ mixturâ, cui ad ima aditus non patebat, ad summa adspirare poterat. Imò, cùm hâc spe excideret, vilissimum sibi remedium excogitat, ad *Cerdonis hæresin* fugit, non jam *Episcopi*, aut *Doctoris*, sed *Discipuli* locum avidè arripiens.

§.13. Imò, cùm *Presbyteros, quorum nemo petitionem ejus admisit, interrogaret, quâ de causâ eum non susceperint*, ex ipsorum responso patet, non *cathedram Episcopalem*, sed aliquem inter *fideles* locum ab illo expetitum fuisse. Illud enim & ex usu *Ecclesiæ*, & *Can: Ap:* XIII. cautum fuit, ne *qui ab una Episcopo excommunicatus sit, & ad aliam properet civitatem, sine commendatitiis literis*, i. e. *sine prioris Episcopi permissu, suscipiatur.*

§.14. Verùm, post multas, & quas piget referre, ambages, rem tandem acu pungit *D. Blondellus, Hinc*, inquit, *apparet secundo à Christo nato sæculo* (imò post æram tuam, *Doctissime Blondelle*, ex quâ id factum ipse alibi negas) *parce Episcopis Presbyteros*

byteros, ejusdem collegii fratres, & ministerii consortes, Romæ creditos, Nullum tunc temporis reale inter eorum munera discrimen ibidem excogitatum, solúmque πρεσβυτερείας, *jus pro Cleri fraternitatisque totius arbitrio, relictum esse.*

§. 15. At undenam hæc omnia tam festinanter, & currenti calamo concluſa ſunt? Ex eo tantummodo, quòd qui hîc πρεσβύτεροι dicuntur, *Epiſcopum Ponticum* συλλειτουργὸν appellent.

§. 16. At, quid ſi *Romana Provincia Epiſcopi*, demortuo jam *Metropolitano*, ſeu *Papa Hygino* ſuperſtites, πρεσβύτεροι & πρεσβύτεροι hîc dicantur? Certè uno indicio ipſe contextus illud nobis ſatis probabile reddit, cùm dicatur, *petitioni ejus* ὐδένα συγκαταθήσεσθαι *neminem annuiſſe.*

§. 17. Certè ſi de *Presbyteris*, quos hodiè dicimus, *communi conſilio Eccleſiam adminiſtrantibus*, ſermo eſſet, dicendum fuit, Πρεσβυτέριον, vel γερουσία, vel συνέδριον, vel demum *junctо conſilio* πρεσβύτεροι *illud non permiſerunt.* Cùm verò de *ſingulis* dicatur, ὐδεὶς αὐτῶν συγκαταθήσεται, argumentum non quidem δεικτικὸν, at nec improbabile, hinc necti poteſt, de eo, quod ad *ſingulos* pertinebat, ſermonem fuiſſe.

§. 18. At, ne in re non adeò certâ quicquam definiamus, illud ſecundò addi poteſt, hoc *Epiſcopalis ſedis vacantis intervallo*, nec novum, nec, à quo nos *Pralatici* abhorreamus, inauditum cenſendum eſſe, ſi, qui viduatam *Eccleſiam* procurabant, *Presbyteri, excommunicatum*, & literis *commendatitiis* ab *Epiſcopo*, qui eum *excommunicaverat*, nullatenus munitum, ad *pacem* & *communionem Eccleſiæ* admittere recuſaverint. Quod tamen unicum ex hâc rei geſtæ hiſtoriâ concludi potuit.

§. 19. Denique, quod ad συλλειτουργῶ nomen attinet, non eſt quòd ex eo *collegarum*, aut *comparium* æqualitas *omnigena* argui, aut concludi putetur, ſed tantùm *hujus* particularis λειτουργίας, de quâ iſtic ſermo eſt, participatio; quo modo *Apoſtoli* Θεῦ συνεργοὶ, I. *Cor.* III. 9. *Priſcilla* & *Aquila*, & *Urbanus*, aliíque *Pauli* συνεργοὶ, *Ro.* XVI. 3. 9. *Epaphras Apoſtolorum* σύνδουλος, aliíque συστρατιῶται in *ſacro Codice* dicti ſunt, qui nullam tamen ſibi cum *Apoſtolis*, ut nec *Apoſtoli* cum *Deo*, ex vi iſtorum titulorum, *æqualitatem* vendicârunt.

§. 20. *Presbyteros* interim, quos ſecundarios dicimus, æquè ac *Epiſcopos*, & *Chriſti*, & *Eccleſiæ*, cui præficiebantur, λειτουργοὺς fuiſſe, (licèt non *Epiſcopis pares*) nihil mirum ſi hîc *Epiphanius* (*Aëriana* ubique & *Blondelliana* ſententiæ ſatis notus hoſtis) libenter

libenter agnoverit, aut si nos, ut gratum illi faciamus, liberaliter largiamur. Reliqua, quæ ex hoc testimonio concluſiſſe ſe putat, ea ſunt, quæ à nobis commemorati, nec vacat, nec litis hujus intereſt.

Cap. XII.

Gallicanæ Eccleſiæ teſtimonium. Hieronymus à Blondello arguitur. Irenæus πρεσβύτερος, verè dictus, qui & Epiſcopus. Neότητες Lu: XXII. 26.

§. 1. Reſtat unicum, quod appellat, *Gallicanæ Eccleſiæ teſtimonium*, quod, ut cum commodo ſuo proponat *D. Blondellus, Euſebii* imprimis, dein Chariſſimi *Hieronymi* (ut & *Faſtos Græcos* taceam) *πρεσβυτέρους*, neceſſariò per modum ὑστερόξυλου, ab illo *coarguenda* erant. Nam, ſi aut *Euſebius* non delitaverit, aut *Hieronymus Euſebianam hallucinationem* novis *πρεσβυτέροις* non cumulaverit, aut *Faſti Siculi totam luculentiſſimæ Hiſtoriæ ſeriem* non *conſpurcaverint*, nullum planè hîc. quod in nos vibrari poſſet, telum, *Gallicana Eccleſia D. Blondello* largitura erat. *Apol:* p. 23.

Illud hîc nobis fixum & ratum eſſe volumus, *Chronologicis* diſceptationibus, ſatis quidem & turbidis, & obſcuris, in operis non adeò fœcundi, aut placidi exitu, nullatenus immiſceri.

§. 2. Nos, ne à *D. Blondello* hâc in re vel latum unguem abſcedamus, & ſic pro *theſauro Carbones in pretio habuiſſe* dicamur, libenter concedemus *Polycarpum An: Dom:* 167. *gladio confoſſum eſſe, Juniique ſequentis* 2do. *Pothinum, Chriſtum Lugduni confeſſum, animam efflâſſe*, ſic ut *Irenæus ſucceſſor ejus relictus, anno Epiſcopatûs, vel nono, vel decimo A: Ch:* 177. *Romam Gallorum Legatus profectus ſit.*

§. 3. Quid igitur ad *Epiſcoporum & Presbyterorum ἰσοτιμίαν* confirmandam, *Gallicanæ* iſtius *Epiſtolæ*, quâ munitus *Irenæus legationem iſtam* ſuſcepit, *teſtimonium* facturum eſt? Certè quicquid ſit, ab *Irenæo Epiſcopo*, jam ſupra *Presbyterorum paritatem aſſurgente* (nec, uti ſpero, *Uriæ*, quas dicimus, *literis*, ab *Eccleſiâ*, cui præſidebat, boniſque *Chriſti martyribus*, inſtructo,) deferebatur. Certè & id integris XL. annis poſt *D. Blondelli* ætam, ex qua *Eccleſiarum*, inquit ille, *conſuetudo immutata eſt, & toto orbe ad unum cæteris ſuperpoſitum omnis Eccleſia cura pervenit*; Nec igitur à teſtimonio hoc, qualecunque demum ſit, nobis valdè metuendum erit.

§. 4. At quale tandem *teſtimonium*? Quæ *Lugdunenſium*

Euseb. l. V. c. 4.

Martyrum ad *Eleutherium Papam Romanum* verba sunt? scilicet, Τοῦτό σοι τὰ γράμματα προσφωνοῦμεν ἡμεῖς, ἀλλὰ μᾶλλον Εἰρηναῖος κομίσει, Πάτερ Ἐλεύθερε, ὃς ἐσπουδακὼς ἔχει σε αὐτὸν ἐν ἐσχάτοις, ζηλωτὴν ὄντα τῆς Διαθήκης τοῦ Χριστοῦ. Εἰ γὰρ ἡμεῖς τόπον τινὶ δικαιοσύνην προεπιοῦμεν, ὡς Πρεσβύτερον ἐκκλησίας, ὅπερ ἔστιν, ἐπ' αὐτῷ ἐν προθύμοις ἂν παρεθέμεθα, *Ut has ad te literas deferret fratrem nostrum communicatorémq; Irenæum hortati sumus, Pater Eleutherie, Te etiam rogamus, ut eum Christi testamenti Zelatorem existentem, in pretio habeas. Si enim putassemus locum cuiquam justitiam parare, ut Presbyterum Ecclesiæ (ita enim est) eum imprimis commendassemus.*

§. 5. Hîc certè libet exclamare, *Ad quid perditio hæc?* Certè omnia tam prolixè producta ad illud unum collimant, ut *Irenæus Episcopus Novennio* jam toto in *Lugdunensi cathedrâ* sedens (ipsius *D. Blondelli* fidem appello, quàm sit hoc verissimum) à *Martyribus Lugdunensibus* (nec enim [à *delegantibus*] illud factum apparet) πρεσβύτερος (aut *Latinè* potius loquentibus. *Senior*) dicatur.

§. 6. Certè de vocis hujus pro *Episcopo* acceptatione, abundè
* Diss. IV. c. 22. in prioribus, præsertim *, cùm de *Polycarpo* sermo incidisset, disseruimus; & in hac re summam & *Papiæ*, & *Irenæi*, & *Clementis*, & *Tertulliani* concordiam advertimus. Nec igitur *Episcopum Irenæum* à *Lugdunensi Ecclesiâ*, aut *Seniorem*, aut πρεσβύτερον rectè dici potuisse dubitamus. Eo quidem modo, quo à *Christo*, *discipuli*, (*subjecti*, aut *inferiores* omnes) νεώτεροι simpliciter, *Luc.* XXII. 26. Et in *sacro Codice*, primique ævi *scriptoribus*, *Ecclesiarum Pastores* aut *Præpositi*, πρεσβύτεροι, non ut *ætatis* tantummodo, sed ut ἀξιώματος, aut *authoritatis* potissimùm titulo, dicebantur.

7. Mirum est, tanto conatu, & apparatu hoc unum (toties decantatum) denuò ad *fastidium* à *D. Bl.* productum esse, At magis stupendum, hâc unâ *æquivoci* nominis usurpatione, omnem statim *Episcoporum* ἀρχὴν sublatam censeri, idque post tempus illud, quo *Episcopos toto Orbe cæteris superpositos esse*, ut & *Irenæum* ad hanc *Lugdunensis Cathedræ* dignitatem ascendisse, ipse nobis *D. Blondellus* largiatur.

§. 8. Dabit verò nobis res ista æstimandi copiam, quid demum, aut nobis, aut Lectori expectandum sit, si *D. Blondelli* vestigiis insistentes, eum ab hoc *Gallicano Ecclesiæ* de *Irenæo* testimonio, ad ipsum dein *Irenæum*, qui proximè succedit, latiùs vindicandum

dum, ſi inſuper ab *Irenæo*, & ipſo ſingulari *Epiſcopo*, ad *Victorem Papam*, à *Victore* ad *Clementem Alexandrinum*, à *Clemente* ad *Tertullianum*, à *Tertulliano* ad *Origenem*, ab *Origene* ad *Cyprianum*, aliósque notiſſimos *Epiſcopalis apicis*, vel *dignitatis* aſſertores, & propugnatores fidiſſimos, ſequi velimus.

§. 9. Nos quidem prudentiùs otio noſtro, pariter, & *Lectoris* commodo conſulendum putavimus, & *Diſſertationi* ſatis jejunæ & horridæ finem jamdiu exoptatiſſimum aliquando impoſituri, ſarcinulas jam noſtras breviter colligendas decrevimus.

Concluſio.

HÆC, quæ jam fuſiùs dicta ſunt, ſi cui nondum perſuaſerint, ſi poſt *myſterii ἀνομίας*, & *Antichriſti* (ut & *Diotrephis*, & *Corinthiaci ſchiſmatis*) procul ab *Epiſcopis* noſtris depulſam invidiam; Si poſt *Ignatio* primævo *Martyri*, & *Hierarchiæ* noſtræ fidiſſimo ἀφανισμὸν abſterſam labem omnem, authoritatémque ejus, firmiſſimis demum columnis ſtabilitam, & *teſtimonia* tam frequentia & manifeſta ex eo pro *Epiſcopis* prolata, ut nihil contra apertiſſimam lucem adhuc vel fingi potuerit, niſi ut *Ignatius Epiſtolas* nunquam ſcripſiſſe credatur; Si poſt ipſius etiam *Hieronymi* liquidiſſimas confeſſiones, ſic ut cauſæ noſtræ ſatis prolixè ſuffragari, refragari neutiquam exiſtimandus ſit; Si poſt ſingula hâc in re *S. Scripturarum* loca, æquâ lance perpenſa (ſic ut ὀλίγιστον & nunquam non, σπανίως & plerunque, ſi non ſemper, veri nominis *Epiſcopum* ſignificare reperiatur) ſi poſt regimen *Eccleſiæ Chriſtianæ* adeò graphicè in iis delineatum, ut à *Chriſto magno animarum paſtore*, & *Epiſcopo*, ad ſingulares *Apoſtolos*, eoſdemque *Epiſcopos*, ab *Apoſtolis* dein ad ſingulares in quolibet cœtu, & propriè dictos *Epiſcopos* (ipſo *Chriſto* inſtituente officium, *Spiritúque* ſancto perſonas deſignante) continuâ ſucceſſione derivatum, ad *Univerſæ* tandem, per quindecim ſæcula, *Eccleſiæ Epiſcopos* (ſolo, per tot ſæculorum decurſum, *Aërio* contrà hiſcente) deſcendiſſe appareat; Si poſt *Clementis Romani* (*Petri* primùm *Diaconi*, dein in cathedrâ ei ſuccedentis *Epiſcopi*) de *Epiſcopis*, & *Diaconis* ab *Apoſtolis* ubique conſtitutis, apertiſſima producta teſtimonia; Si poſt aliorum omnium, quos à *Presbyteranorum* partibus ſtetiſſe *D. Blondelli* intereſt, à *ſtrophis* & *technis* ejus vindicatas ſententias, ſic ut per univerſum *Blon-*

delliana ætæ ſpatium, ad *An:Chr:* CXL. porrectum, quo integro intervallo à ſolis *Presbyteris* ἰσοτίμοις *Eccleſias* ille ſingulas procuratas affirmat, teſtimonium unicum, aut è ſacris, aut *Eccleſiaſticis* ſcriptis (ipſóve demum *Hermâ*) produci nequeat, quod ἰσοτιμίαν iſti quovilmodo faveat; Denique, ſi poſt tot ab omni ævo producta decreta, quibus in univerſum *Presbyteris* ſine *Epiſcopo* quidvis faciendi poteſtas abjudicatur, omníſque in *Eccleſiâ Chriſti* poteſtas *ſingularibus Epiſcopis*, *Apoſtolorum* ſucceſſoribus, concredita affirmatur; adhuc cuivis dubitandum videatur, annon omnis adminiſtrandæ *Eccleſiæ* (*Epiſcopis* poſtmodum natis) *Presbyterorum* conſeſſibus à *Chriſto* & *Apoſtolis* tradita fuerit; Si poſt tantam, inquam, undique circumfuſam claritatem, adhuc cæcutire quiſquam, aut oculos obfirmare decreverit. Unicum certè ſupereſt, quod iſtis, quæ dicta ſunt, adjici opportunè queat, nempe ut *Paritatis*, aut ἰσοτιμίας *Presbyteranæ Origines*, aut *Natales* juxtà poſiti, coram æquis judicibus trutinentur, ut integræ rei geſtæ *Annales* (quibus demum initiis, & gradibus inter mortales primùm conſpici, dein augeri, adoleſcere, tandémque lacertos movere *Presbyteratus* cœperit) dilucidè, & ex ipſis, ſeu χάρτων, ſeu ἀντίγραφων archivis, aut commentariis deſumpti, & à primo (parente dicam, an creatore?) *Johanne Calvino*, ad ultimum *D. Blondellum* deducti, conſcribantur, ut ſic, facta comparatione, ad æquos arbitros res tota referatur, ſimúlque omnibus palam fiat, quid in hâc filiorum contra Patres inſurgentium arenâ, hâc νεωτεριζόντων *palæſtrâ*, & *agone* unuſquiſque præſtiterit, & quæ demum tanti moliminis gratia, à *Chriſto*, ab *Apoſtolis*, à primævis *Eccleſiæ* columnis, à φιλαρχαίοις (ad quos *D. Blondellus* provocat) omnibus, à *pace*, & *unitate Eccleſiæ* univerſæ, à *Principibus Chriſtianis*, ab ipſâ denique plebe, cui rem adeò gratiſſimam ſe feciſſe ſpondent, ſingulis debeatur.

At & hæc certè ea ſunt, quæ aut à me, aut à fratribus meis (ut ut breviter) perſtringi (cùm ſine Satyrâ non poſſint) non optaverim. Det *Deus*, ut conſiliis iſtis locus non ſit, ut ingratiſſimas operas nulla à nobis neceſſitas extorqueat.

Valeat Vir *Doctiſſimus*, *Pacémque* & *Ordinem Eccleſiaſticum* boni conſulat, Nec ad illud (adeò ipſi non inutile futurum) hac qualicunque operâ noſtrâ uti dedignetur.

FINIS.

Typotheta errata sic corrigenda sunt.

PAg. 6. l. penult: le: προσλαβόμενος.
p. 8. l. 21. le: suas
l. 26. le: primam
l. 33. le: impuritatum
p. 9. l. 7. le: Istas.
p. 10. l. 36. le: professione) prognatis
p. 13. l. 7. le: ἐπάγουσες
p. 15. l. 30. le: conventus facere des:
p. 28. l. 13. post-*polluantur*, add: aut, quod *veneni* est, *inficiantur* potius.
p. 30. l. 17. le. Deo Fidio, Imper: dele pro, & fallentem.
p. 33. l. 5. positam,
l. 6. reddendam
p. 48. l. 10. le: Apostolis.
p. 63. l. 17. le: πραν:
p. 69. l. 27. le: videatur, Resp:
p. 75. l. 12. le: argumentum Salm:
l. 36. le: Mæstræus.
p. 80. l. 20. le: ἐλεγφόρησαν (non ut vulgatus codex ἐξελεγφόρησαν, aut ἐξεφόρησαν) *sic delitia protulit*,
p. 83. l. 12. le: ἀνθολκῆς
p. 96. l. 26. le: ipsa-sentina
p. 113. l. 11. le: γνώμη.
p. 116. l. 38. le: ἐυδοπιδωσαν, & Ἰησῦν
p. 121. l. 15. le: eundem
p. 129. l. 36. le: curæ
p. 138. l. 15. le: καθίσεσθε
p. 144. l. 14. le: dabantur.
p. 146. l. 33. dele, ideoque
p. 156. l. 1. le: cupiamus)
l. 22. le: nullis
p. 158. l. 2. le: Gentium, Confinium puta Gentium, Tyri, & Sydonis, Galilæam circumambientium, (dictam exinde Γαλ:
p. 170. l. 5. le: περίστη
p. 176. l. 9. le. περιοχία
p. 184. l. 2. le. συνήχθησαν
p. 201. l. 9. le: καλασθένθ.
p. 202. l. 33. le: illique
p. 203. l. 1. le. Proconsularis Asiæ
p. 207. l. 2. le. occupari.
p. 215. l. 31. le. πλῶν,
p. 220. l. 36. le. tributos
p. 227. l. 34. le. succedebant)
p. 228. l. 28. le. secundario)
p. 231. l. 21. le. δίπλα,
p. 233. l. 9. le. ad
p 235. l. 24. le. iisdemque
p. 236. l. 30. le. valetudinis) tempore,
p. 237. l. 16. le. ἐμβεγχαῖς
p. 240 l. 29. le. ut interpretes
p. 243. l. 16. le. Interpretibus.
l. 34. le. (sic ut ἐγκύκλια
p. 251. l. 13. le: qui ad munus al:
l. 30. le: (unde
p. 254. l. 14. le: nata.
p. 256. l. 34. le: (annis post ipsorum exitum XX.)
p. 260. l. 18. le. proponantur.
p. 261 l. 32. le. cum
p. 265. l. 29. le. quod ὑποδίσι serv:
p. 273. l. 14. le. in pretio erant
p. 277. in marg. l. 8. le. denatis.
p. 281. l. 12. le. constituros Episcopos)
p. 283. l. 7. le. stomachi halitu, cal: